



Handwritten text, possibly a title or address, at the top of the page.





*Ex Lib. Semin. Aquino. Dono
don MAGICARVM Thopil. mag.*

**DISQVISI-^{archid}
TIONVM TO-
MVS SECVN-**

Cat **DVS,** *Inscriptio*
IN QVO AGITVR

**DE MALEFICIO, VA-
NA OBSERVATIO-
ne, Divinatione, & Con-
icelatione.**

**AVCTORE MARTINO
DELRIO SOCIETATIS
IESV Presbytero:**

246167



MOCVNTIAE,
**Ex Officina Typographica Ioannis Al-
bini, Anno M D C.**

[Handwritten signature]



SERENISSIMO PRIN-

cipi

ERNESTO AR-
CHIEPISCOPO COLO-
NIENSI, S. R. I. ELECTO-
RI, EPISCOPO LEODIENSI, &c.
MARTINVS DELRIVS Societa-
tis IESV Presbyter.

S I Primus DISQVISI-
TIONVM MAGI-
CARVM Tomus C. T.
placuit, ERNESTE

PRINCEPS, vt audio, spero non
minorem gratiae locum huic Secundo
fore. Vincit multiplici varietate, curio-
sitate, vtilitate. Vnam ille MAGIÆ
speciem continebat, tres iste complecti-
tur: in eum conieci, quæ de nefariis
MALEFICIIS, quæ de inanibus
OBSERVATIONIBVS,
quæ de infinitis fermè DIVINA-
TIONVM generibus, Historici,



Λάζυοτε βίβλον, ἢ δὲ
 Σοφὸν ἐκπόνημα, μᾶλλον
 Σοφίης λόχος, μαδ' αὐτῆς
 Λάζυοτε, κ' πίοοτε
 Ὀδων Φατῆς γὰρ ἔνδον
 Σελίδας κρυπίασκει. Αἰσχ.
 Πέλει λόγος ἀμοιβῶν
 Νόσος καθάρμα γινῶναι.
 Λαίψαλῆς ΘΕΟΙΟ
 Ἀμάρυγμα δ' ἀνδρα, νούσου
 ἱαμα μὴ λαβέοται
 Σοφῆς Φρενός, τεκνούσης.
 Φίλος χερὸς προύσης.
 Βίβλ. ἢ δὲ ΔΕΛΡΙΟΙΟ
 Προποδηγέτις σφαλέντων.
 Βίβλ. εὐρυχανδῆς ἢ δὲ
 Θεόκραντὸν ἐστὶ δῶρον.
 Ἀληθιῆς ἔρασει
 Λάζυοτε τῆνδε βίβλον.
 Περὶ μερῶν ἔργα ὄσοις
 Φύσεως δαίναι ἡδύ,
 Οἷσιν δίκη μέμηλε.
 Οἷσιν μέμηλε ΘΕΙΟΝ,
 Λάζυοτε ΔΕΛΡΙΟΙΟ
 Σοφὸν ἐκπόνημα βίβλον.

ΟΙΟ ΚΑ. Δ.

IN

IN MARTINI DELRII
 nouiter excusam Magiam
 Odarium.

CAPUT ic̄ta fus dolore
 Fluiatilem obteritque,
 Exestque sæpè cancerum.
 Et ante viperina
 Testudo tabe pota
 Mundam vorat conilen.
 Iaculis onusta capra
 Virtute præpotentis
 Dictamni opem sibi fert,
 Quos icit ipse dæmon;
 Siue ille cancer, siue
 Serpens, nocensue pestis;
 Quid agant? adeste cuncti.
 Huc dæmonum tenebris
 Illuse quisquis etras:
 Desertione quisquis
 CHRISTI furis, Magiæ
 Maniæque captus cestro:
 Tabescis & qui amato
 Felle INFIDELITATIS:
 Huc, quisquis insciens es
 NATVRAE & artis eius;
 DELRII liber sagacis

VI

a 4

Mox



Mox in manum inferatur.
DELR I liber, SOPHIAE
Germanus ille foetus,
Animo imbibatur altè.
Nam paginae recondunt
Animi medelam. Egentes
Ratione nosse morbi
Purgamina: auiternæ
De MENTIS igne cufum
Hominem, sibi medelam
Animo sagace promptam,
Manuque latam amica,
Abiudicare, turpe est.
Hoc DELRII volumen
Cœli euolutum ab arce
Per inuia in viam dux
Erronibus patefcit.
Hoc in manum volumen
Date VERI & ÆQUI amantes.
Penitusquè quid recondat
NATURA, cui voluptas
Est nosse, IVRA quifquis,
Verumque NVMEN optas
Date in manum volumen
ADELRIO euolutum.

CL. D.

IN

IN EANDEM ALIVD.

SEV multa certo pollicere Apolline
Ventura, seu minare multa credulis,
Sive exta specios, astra Cælo seu notes,
Impostor es, mendax, superbus, improbus,
Fatère. verus iste te produit liber,
Mentita veris corrigit, fallacias,
Commenta, tricas, si aude consutos dolor,
Præsente cuncta dissuit vitrix DEO
Vis ingen I potentis, & constans labor.
Atq; istud audeas impius conuellerè?
Impostor es, mendax, superbus, improbus,
Fatère. verus iste te produit liber.
Veri peritus auctor, innictus malis,
Magicisq; laruis, nominis notum decus
DELRIO, facta dictauerat omnia.
Spectata virtus, certa stat scriptis fides.
Fatère. verus iste te produit liber,
Seu multa certo pollicere Apolline
Ventura, seu minare multa credulis
Impostor es, mendax, superbus, improbus.

OS OCVLVS SIS
IGNARO.

SVPE.



SYPERIORIS ET CENSORVM APPROBATIONES.

R. P. Oliuerij Manaræi Societatis I E S V VicePræpositi Prouincialis licentia pro hac etiam operis parte Tomo Primo inserta est.

Hunc tertium *Magicarum Disquisitionum* librum à R. P. Martino Delrio Societatis I E S V Theologo conscriptum, quod multiplici sit variaque eruditione refertus, nihilque contineat quod Catholicæ fidei aduerfetur, dignum iudico qui prælo mandetur. Datum Louanij 8. Februarij Anno Dom. 1599.

Guilielmus Fabricius Noniomagus Apostolicus ac Regius librorum censor.

Tres posteriores, quartus, quintus, & sextus, *Disquisitionum Magicarum* libri, auctore viro docto P. Martino Delrio Societatis I E S V Presbytero, ob

to, ob multiugam eruditionem, iucundam rerum abditarum varietatem, ac soliditatem doctrinæ, Lectori, hisce potissimum tēporibus, multo vtilissimi futuri sunt, vti & *Priores* earumdem *Disquisitionum*. Proinde in magnam vtilitatem Ecclesiæ omnino typis mandandos esse iudico. Datum Antuerp. XXVI. Kal. April. Anno 1599.

Syluester Pardo Sacra Theologia Licentiatu Cathedralis Eccles. Antuerp. Canonicus, Librorumq. Censor.

P.A.R.

II OCTAVO

III OCTAVO

I OCTAVO



PARTIS PRIORIS
LIB. III.

S V M M A R I A.

Q V A E S T I O I.

Quid & quotuplex maleficium.

Maleficium esse, desinitur, & dividitur.
Quaedam concurrentia ad omnia maleficia.

Varia efficiens causa seu instrumenta maleficij. de pulueribus. De herbis. festucis & similibus, quae substernunt. De unguentis. De halitu seu afflatu. De verbis, minis, increpatione, laude, rebus sacris, ut aqua lustrali, vi aperta, infanticius, de sanguinis suctione. de strigibus veterum opinio. Gelo.

Q V A E S T I O II.

De maleficio somnifico.

Ritus sollemnis exemplum D. Bernardi. Virgilij & Ovidij loca.

Q V A E S T I O III.

De amatorio maleficio.

S E C T I O I.

Quid sit, quaedam huiusmodi credita veteribus. lynx, qualis avis. De nostri cui philtis, de his

S V M M A R I A LIBRI III.

his quae fiunt intra corpus. quod in his ut plurimum misceant res sacras, & exempla.

De his quae fiunt extra corpus. Sacrilegia quae his immisceantur. De imaginibus amatoriis. De pergamento virginea ex cute pueri. Cur in hoc potissimum maleficio rebus sacris abutantur, & exemplum quoddam de Eucharistia.

S E C T I O II.

Quae vis maleficij amatorij, probatur late non posse voluntatem eo cogi, sed appetitum tantum, L. eorum, C. de malefic. & Mathem.

Locus Baruch. 6. v. 42. accurate tractatus. Qui funiculi apud Ieremiam, qui vero apud Poetas. Loca Virgilij, Valerij, Nemesiani, Propertij. ut nunc quid sint, defensus interpres vulgatus. Theocriti locus. Oliua aduri solite. Epityrum edulium. Hesychij locus. Ossa quid significent Hebraei. Quid ossa oliuarum. Mentis & corpori haec quam noxia. ostenditur ratione & exemplis.

De Hippomanes, quotuplex sit, explicantur varii auctores. Varia iudicia contra huiusmodi Magos. & quae iuris Romani poena. Anton. Guibertus refellitur. Exemplum vltionis diuinae, quod in Africa accidit.

S E C T I O III.

De remedijs contra philtis & amoris visum. vana quadam gentium. Loca Virgilij, Tibulli,



SUMMARIA

Tibulli, Nemesiani, & Propertij. Error Pomponatij. De antidotis naturalibus. De antidotis moralibus & Christianis. Ex Helinando qua solcant amorem adferre, vel fouere natum. Qua vitanda. Remedia facti.

Pulchra exempla, Hypatia. Appa & Gele. Sacerdotis cuiusdam. Cardanus refutatus cum remedio suo.

QUESTIO IV.

De maleficio hostili.

Quid sit. de ingredientibus. notata quadam opinio Grillandi.

SECTIO I.

De fascinatione.

De etymologia nominis. Quid vox significet. Locus Deuteron. 28. v. 56. Locus Sap. 4. v. 12. Locus Gal. 3. v. 1. Vulgaris error de fascinatione. variis eius cause. vera sententia de fascinatione. Fascinationis definitio. Tibulli locus. De auersione superstitiosa per desinationem. Plinij remedia, qualia. Locus Eccles. 31. v. 15. Origo falsæ huius opinionis vulgi.

SECTIO II.

De maleficiis venenatis.

Que sit potestas Diaboli in mortalibus. Lutheri error. Locus 2. Cor. 7. v. 4. Lamb. Danaus notuus. Saga possunt occidere, & morbos inferre. Elzan.

LIBRI III.

Elzan. magus plurimos occidit. Saga Helnetie quam multos. imo & proprios liberos votauerit. De aliis in superiori Germania. item in Salassis. item apud Geneuenses.

Modi duo per introsumptionem, & eius exempla. tertius per inhalationem. exemplum Agyrie Itali. & aliud Alsaticum. & aliud Nigre silue. Qua causa huius veneficij inhalatorij. Bodini error. De venefico Italo Parisiis agente.

De venenis qua extrinsecus adhibentur. varij modi. Loci de hac re Horatij, & Lucani. Telephron a lamis in specie mustela naso truncatus. Locus Apuleij. Gnosticorum immanes cibi. hinc causa calumniarum in Christianos, de infanticidiis. Venena quadam mira efficacitatis. De stygis aqua. Iuberti sententia notata.

SECTIO III.

De abortu, difficili partu, & lactis deficcatione.

Stadlein lacerta sub ostio posita infantes in utero materno necabat. Perpetua pragnatio cuiusdam apud Apuleium. difficilis partus Alcmene. Exemplum lactis furati. & vitus. accidit Treueris. De lacte exsiccato, etiã in muliere per solas minas. De frumenti furto per maleficium.

SECTIO IV.

De sagittariis, assassinis & imaginum fabricatoribus maleficis.



SUMMARIA

c. vii. de sagittariis, explicatum, quod genus hominum sint isti. Ritus horum, & exempla nonnulla. ut Punkleri & aliorum. De Finnis & Lapponibus sagittariis.

c. vii. de homicid. in 6. Qui proprie affasini. De iconopaeis maleficis. Notati Cardanus & VVierus. Althca stipes fatalis Meleagro. Loca Ouidii & Horatii. Historia Duffi Regis Scotia. De Enguerrani uxore. De statua Simoni Bulgaro exitiosa. De alia tricupiti, de qua alii que in Circo Byzantino magica fuerit.

SECTIO V.

De morbis variis à demone
illatis.

Damones varios immittunt morbos. Notantur Pomponatius, & Lemnius. Locus D. Matth. 17. v. 14. De Lunaticis & Epilepticis. Firmici locus.

Exempla, Thallus sic affectus per Apuleium aliud ex malleo exemplum. Locus D. Luc. 8. v. 27. & 13. ver. 11. 1. Reg. 16. ver. 14. 15. 23. Cur magna in his auctoritas Sprengeri & Niderii.

Exempla ab iis allata varia. Dementiam adferunt. Exemplum ex Mathiolo morbi Gentilium à demonibus, ut Cerericorum. Panicorum & Fanaticorum. Quo pacto demon inferat morbos.

SECTIO

LIBRI III.

SECTIO VI.

De mira rerum solidarum & magnatum
in corpus ingestione ac
egestionem.

Exemplum mulieris Zaberuensis. Item & alia septem oclone. & precipue mirum ex vita S. Petri Tarentasij.

Que in corpore naturaliter innascantur? Exemplum Comitum cuiusdam. Que naturaliter innasci non queant.

Quo talia pacto demon possit ingerere, & exorere. Exempla duo Amb. Paris. de Studio-fo, & pastore. Tertium Remigij. Refellitur modus Paracelsi. de fulmine & aqua.

SECTIO VII.

De maleficio deuouendi.

Esse aliquos energumenos, & que ad hoc requisita ut possessi à demone dicantur. An penes homines sit potestas sic deuouendi. An diaboli subintrent ipsa corpora? Discussa sententia B. Hildegardis. Notatus locus scriptoris Annal. Ecclesiasticorum, cur id Deus aliquando permutat.

SECTIO VIII.

De maleficio ligaminis.

De vulgi quadam opinione, & ex ea consuetudine nuptiali. Solere homines reddi maleficiatos.



SYMMARIA

De variis modis ligaminum. Cur plura vi-
ri maleficiati, quam femina? Cause maleficij
proxime.

De Lemniis feminis maleficiatis. De Bohē-
mis mulieribus. Valazca. Propertij locus. Pa-
lumbi presbyteri & Veneris historia.

De virilium ablatione notatus locus Spreng-
geri. De muliebris arctatione. De impedimento
respectiuo. Quoddam esse impedimentum per-
petuum, contra Canonistas quosdam, & quod
huiusmodi.

Mira Dei permissio quadam apud Karen-
tinor. de fonte Salmicis.

QVÆSTIO V.

Quibus personis malefici queant nocere?

Nemini sine Dei permissu, quo habito pos-
sent cunctis hominibus. cur infantibus permit-
tantur nocere. Cur ut plurimum his insidiantur.
infanticidiorum exempla. Opinio vulgi de in-
dolentia acquirenda. De unguento Pagano,
Cur interdum & bonis nocere permittantur.

Vulgi opinio discussa & interpretata, quod
iustitia administris nequeant nocere. Ostendi-
tur contrarium aliquando accidisse. Anania
ratio reiecta quadam. Niderij sententia notata.
Goninus magus Parisiensis.

QVÆSTIO VI.

Cur Deus patiatnr maleficos rebus sa-
cris sic abuti?

QVÆ 7

LIBRI III

QVÆSTIO VII.

Cur per maleficia tantopere demonem
grassari Deus patiatnr?

SECTIO I.

1. Fit ad gloriam Dei. quia sic ostenduntur,
suauitas, clementia, sapientia, potentia, iustitia
&c. attributa Dei.

2. Fit ad hominum utilitates varias. Primò
eorum, quibus nocitū, patientiam, constantiam,
cavitatē, humilitatem, & reliquas virtutes. ex-
empla heremita cuiusdā. & D. Iuliani. Deinde
& ceterorum fides confirmatur, & varij errores
extirpantur. docentur esse demones. docentur
haeretici veram non habere fidem, quia non pos-
sunt ista sanare, vel demones fugare. Exempla
Lutheri, item Parochi Lutherani. Ministra-
rum Augustanorum. Ministrorum Caluini-
starum in Picardia. Demones interfuere funera
Lutheri, & Belgica iconoclastia. Demonis ima-
gines cur Caluinistae linguant intaēlas, Dei &
Sanctorum cōstringant? varia eius rei exempla.

SECTIO II.

Vindicta peccatorum precipua est causa.
Aliquando alienorum, ut in discipulo B. Eleu-
therij & infantulo apud D. Gregorium. item
ob parentum iniustam imprecationem. vel et-
iam coniugum.

Vt sunt contumacia in Deum, & alios supe-
riores vel parentes, Nabuchodonosor a Aegyptij;

b 2

duo



S Y M M A R I A

duo iuuenes Florentini. Decem fratres, ob diras parentum. Loc. Proverb. 30. v. 17. Odium & vindicta cupiditas & inuidia.

Exemplum Saulis, aliud Alex. ab Alexandro, & quatuor in vita S. Arnulphi.

Carnalis libido, etiam coniugum. & quae huc diriguntur. Sara mariti. B. Magdalena puella apud D. Hieron. puella apud D. Prosperum, cur tam multa demoni liceant in contagatos?

Cruelitas iniusta. ut Boleslai Regis. Geila ducis. item accusatio vel criminatio calumniosa. ut de tribus feminis, & vno viro, calumniantibus D. Gregorium Siculum, & D. Danielem Stylitam.

Agnitæ veritatis impugnatio & apostasia. exempl. variorum in sacris literis, canonibus, & D. Cypriano.

Blasphemia ut Alexander & Hymeneus. Sartor Vigorniensis apud Tho. Waldensem blasphemans contra Sacrosanctam Eucharistiam. Gaianus blasphemus in Deiparam. item alij Constantinopoli & Neomagi.

Imprecatio, qua quis sub conditione se demoni addicit. Colonensis virgo apud Niderium, de prætermissa mensæ benedictione. de Petro Bernensi iudice, & prætermisso crucis signo. De hospite Spandacensi.

De capitano Brauo. de Nobili quodam Silesio. De virgine Saxonica, De quodam maledi-

L I B R I I I I.

ledico in martyrem. de Goduino Comite.

Vlura vitium. de monialibus quibusdam. Cur elemosyna data sagis noceat.

Duritia & inimicicordia in pauperes. de sagis ideo mendicantibus. de Pictuensi quodam. Irrisio sacrorum mysteriorum, contemptus titulum & censurarum Ecclesie. De Batauo missam imitante. De Nouato. De Proculo Ariano. De Donatistis. De indigne sumentibus Eucharistiam. exempla tria. Epachij mors. Multi periere ob contemptam excommunicationem Episcopi.

Templorum & factarum rerum direptio, & Ecclesiasticorum reddituum ac iurium inuasio.

De Comite Matiscouensi. De Orgerio Oebnomo. De aliis duobus. Item de pena quorundam militum in Hispania, post hanc vitam, ut apparentes declararunt. De Deioica propter elemosynas saluo. De Berneto propter corruptelam & iniustitiam damnato. De Alfonso Rege Aragonum precibus Cluniacensium liberato purgatoris penis contra hereticos, & de confessione.

Irrisio & contemptus sanctorum virorum, & festorum. de muliere quadam. exemplum punitæ femine quia fuerat ingressa virorum monasterium, virilem habuim mentis, item contemnentis festorum celebrationem. Pusillanimitas, desperatio, curiositas. Theophilis Oeconomi.



SUMMARIA

Propter culpas veniales. Moses ob lenem
fram. Religiosa quedam ob precipitem gulam.
alius ob tepiditatem & distractionem in ora-
tione.

QVÆSTIO VIII.

Cur cum ista damna plerumque diabo-
lus possit per se inferre, malit
per alios?

Quia in maiorem hoc cedit Dei contem-
tum. Pluribus nocet: Quaedam non posset tam
commode per se, v. g. hereses spargere, abuti
rebus sacris per sacrilegium. Ut plura illi Deus
permittat in homines. De remediis, remissive.

PARS POSTERIOR
LIBRI TERTII.

SIVE DE
VANA OBSERVATIONE.

QVÆSTIO I.

Quid sit?

Definitio ponitur.

QVÆSTIO II.

Quale sit peccatum?

Quando lethale. }
Quando veniale. } *Exempla singulorum.*
Quando nullum. }

QVÆ-

LIBRI III.
QVÆSTIO III.

Quotuplex sit.

A causa finali ostenditur esse quadruplex.
(Fortuna.
Si expectentur } corporis.
bona, } animi.
(Supernaturalia.

QVÆSTIO IV.

Vnde queat dignosci, quando sit huius-
modi vana observantia?

SECTIO I.

Quid quando non constat causam habere
vim huius effectus supernaturalis a Deo. Quid
quando constat esse effectum naturalem vel di-
uinum, sed adduntur varia circumstantia. Po-
nuntur de singulis exempla.

SECTIO II.

Ostenditur particularibus casibus vana ob-
servantia.

1. Quando requiritur fides in hominem.
2. Si effectus tribuitur sigillo, characteri, fi-
gura, verbis, &c. que repudiata lib. 1.
3. Quando verba sacra vel opera pia detor-
quentur ad res vanas. & que res tales censenda
que res indirecte spectent ad Dei honorem.

b 4

Expli-



SVMMARIA

Explicata sententia Caietani, & limitata, de illis qui ex mera deuotione faciunt.

4. Per certam ieiunia voluntaria, & orationes ab Ecclesia ad hoc non instituta nec probata, euentum aliquem exspectare. De arte Notoria.

SECTIO III.

5. De gestantibus reliquias, Euangelium D. Ioannis, & similia periammata.

Que necessaria ut hec sint licita, sententia de his Augustini explicata, veteres etiam Canonis. c. illud, 26. q. 2. c. non liceat. 26. q. 5. c. non obseruetis 26. q. 7. Cassiodori locus exponitur.

SECTIO IV.

De omnium obseruatione late differunt, & enumerantur eorum genera. varia ex D. Augustino. De Salsatoribus. De auris tinnitu. locus Catulli, & alterius incerti Poete. Spatulomantia. Sternutatio. Ex nomine, exemplo Augusti de Nicopoli. Ex verbis fortuito prolatis. De iis qua domi contingunt. *δυσσοχημὶα*. De iis qua foris. *τὸ ἐξ ὄψεως*. Exempla. D. Augustini locus. Omnis mentio habetur in sacris litteris. Locus 3. Reg. c. 20. ver. 33. Vanitas omnium.

Signum a Deo petere aliquando licitum. varia huius exempla. Serui Abraha. Gedeonis. Ionatha. D. Augustini. Gregorij VII. Clodouas Regis.

LIBRI III.

Regis. Omnia obseruare illicitum. Caietani loci notatus. Omen offensi pedis notatum in Graccho, Crasso, Pratesilao, Tibullo. De omni sternutationis, ex Theocrito, Aristotele, Propertio.

SECTIO V.

De strenis an sit vana obseruantia. quando liceat eas mittere. De Kalendis Ianuariis & earum celebratione. Explicantur c. 1. Concil. Antisiodori. c. non obseruetis. c. non licet. c. si quis Kal. 26. q. 7. c. 12. Concil. Toletan. 4.

SECTIO VI.

De superstitione temporariorum ad sciendam ligna, herbas colligendas, &c. Qui obseruant certos dies festos. ut pronuncios serenitatis vel pluuie. vel ut naturalis efficacitatis maioris, quo ad herbas, phlebotomiam & similia. vel ut infansior & omnisos. Dies Egyptiaci, qui sint in c. non obseruetis & c. quis existimaret, 26. q. 7. D. Augustini loca. Locus ad Gal. 4. v. 10. Paterum, quid Ambrosio & Augustino.

Qui aquam benedictam uno dominico quam alio plus virium putant habere. Qui eius diei Parasceues vim inesse incendij putant extinguendi.

SECTIO VII.

Obseruantia vana in sanandis morbis & variis noxis repellendis.



SUMMARIA

Quando consideratur ut oblatio sit ex elemosynis, vel crux empta elemosynis. Qui pilos vel capillos agri miscent cera oblationis. Qui mergunt imagines aquis. Qui certas adhibent ligaturas. Qui per anulum desponsationis meriunt. Qui porcorum linctri collum applicant. Qui cingulum egrotantis metiuntur. Qui stramen bipenne diuidunt. Qui animalia lustrant per ignem. Qui libum S. Lupi pitunt, &c.

Qui utuntur absurdis orationum formis. De curatione vulnerum inter milites Hispanos frequente, ponitur formula & discutitur.

SECTIO VIII.

Discutitur & refellitur superstitiosus tractatus Felicis Malleoli Tigurini. Sanare morbos quando pius, quando non. Quando liceat benedicere animalibus, quando non. Quando liceat exorcizare & excommunicare animalia bruta. Exempla Sanctorum. S. Vithelmus anguillis maledixit, B. Pruminus vermibus venenatis. Episcopus Lausanensis sanguisugis, Heluetij vermibus luger, Curienfes insectis, Lauffkasser. Quibus formis exorcismorum hac in re uti liceat. Exemplum Apostolorum & S. Hilarionis. S. Blasius quomodo benedixerit animalibus. De S. Antonij porcis, & cur illi appingantur. Locus Coloss. 3. ver. 17. Quomodo in nomine Iesu omnia facienda. *l. eorum.*

LIBRI III.

eorum. C. de malefic. Azo & alij illam sequentem, reprehensi. Formula in quibus dicitur, Si B. Maria peperit, &c. hoc fiat, & similes ostenduntur esse illicita, etiamsi capias si ut signum vel ut causam. Nunquam licet uti opera demonum, no ad bonum quidem. De facto Theodori Sedunensis Episcopi utentis ministerio demonis in campana transferenda. Quomodo intelligendum Dei preceptum, de parcendo inimicis. Nulli contractus usurarij unquam liciti fuisse: & contrarium, est error. Rychmus seu versus an superstitiosus. Ritus abseni & non necessarij, nec ab Ecclesia approbati, indicium sunt superstitionis.

Christi Domini ritus in sanando ceco. De B. Marco quadam fabella.

De ritu Helix, et Propheta in puero suscitando. De ritibus baptismi.

Renotatio de illis formulis vulgaribus nulla existit. De Ananias apta remedio, docetur esse vox Magica & idololatrica ex Hebraea compositione. *מאך & מאך, & דובע, & אבני, & נדע.* Magica voces plerag, ex Hebraeo sumpta. Serpentes quomodo ab Apostolis sublatis. Serpentum incantatores ab Ecclesia non tolerantur. Potentiori utens forma eundem consequitur effectum, quando deest pactum. Cur per malos Sacerdotes seruata forma consecrationis fiat transsubstantiatio, per bonos, non seruata illa, non fiat haec?

Cur.



SYMMARIA

Curationem a demone petere non licet. Non ideo licita est formula, quia verba eius singula sicut ex sacra scriptura.

Quomodo fidei promissa sanatio & miraculorum patratiol in quibus dubius sequenda benignior interpretatio. quid hic dubium, quid certum. Distinctio utilis inter dubium de re, & dubium de persona.

Potest res esse illicita, & non peccare eam faciens, & e contra quoque. Quando agitur de salute vel periculo animarum, tunc iudicandum non quod lenius est, sed quod anima iucius & securus.

SECTIO IX.

Exempla variarum formularum vana obseruantia. Spadix, Spadix, si laboras, &c. Ante par ante, &c. Alligare equum stoloni sterili. Brachium circumulare funiculo lanceo. Consumm est.

Injicere phiala vitrea nouem hordei granula. Filum per chrysmata trahere. terream imaginem sub altari abscondere. Tempore missa dentes tangere, &c. Manus lauare cum egroto, vel eum cum certis verbis manu prehendere. Tribus missilibus panibus quedam inscribere. Ferra sexta egrotum ducere versus orientem, &c. Gustare & uidete quod bonus, &c. Ad sanguinem sistendum, certo numero guttas stillare
in cyatho

LIBRI III.

in cyathum frigida, &c. item dicere certas orationes, vel versiculos e Psalms, vel Chnurat, cura, sarite, &c. Tribus diebus ante solis ortum dicere super equo quadam verba. Ad inueniendam furem, facere crucem in crystallo cum oleo, & nomen Helena subscribere, &c.

Item, lapillos ex fluente pro numero suspectorum collectos & domum relatos ignire, &c. Item ad excutiendum furis oculum dicere terribilem quandam orationem, & percutere clauum aneum mallico cyparissino, &c.

Item ramum auellanum die Sabbati ante solis ortum abscondere, &c.

Vt falsa & ficta oratione, quam tribuunt S. Adalberto: videtur vero potius esse Adalberti heretici olim damnati.

Legere Psalm. 108. iuxta certam versiculorum distributionem, aliter quam existat. Ad curanda malificia, accipere tres olei violacei mensuras, & consistere contra solem, ante ortum, exprimere nomen Iasi & matris eius, & angelorum gloria, &c. Item ferre inscripta nomina trium regum, cum certis versiculis, vel verba incognita & absurda, ut veterum, Dahnata, Daries, &c. recentiorum vero, Abracamon, &c. vel illa inscripta pani, Irioni, Kihthi, vel istud, Hax, pax, max, &c. contra morsus canis rabidi.

Vel contra dolorem dentium, Strigiles, falcesq,



SVMMARIA LIBRI III.

*cesq, &c. vel, Galbes, &c. Galdes, &c. Item
Gibel, Gat, &c. Vel in piscium captura illud
Constantini, Iao Sabaoth.*

*Quod est abusi Dei nominibus. Liber
Bamachij, & Caichari. virgas parallelas vel
certorum verborum committere mediis par-
tibus, &c. Thoraci lignum rotundum cum
certo marmore appendere. Liber Lenini
Crucij.*

MAR-





I


MARTINI DEL-
RII DISQVISITIO-
NYM MAGICA-
RVM
LIBER TERTIVS.

QVI EST
DE MALEFICIO, ET
de vana obseruatione.

A Diungo postetiùs istud, quoniam pau-
ca & minùs difficilia de illo nobis oc-
currunt dicenda.

PARS PRIOR DE
Maleficio.

QVÆSTIO I.

Quid è quotuplex maleficium?

NON disputo, *an sit?* id sup-
pono, qui negant; eos Sacræ
literæ, Iuris vtriusque san-
ctiones, Historici, Poëtæ,
communis consensus, & sæ-
culorum omnium memoria damnat. Nul-
lum Magiæ genus amplius cacodæmonem
oblectat. quia (vt ait Synesius) calamitates
mortalium conuiuia sunt malorum dæmo-
num.

Tom. 2. A num.



2 DISQUISIT. MAGIA.

a Rubr.
Cod. de
malefic.
& marhe-
mat.
b extra de
frigid. &
maleficia.

num. Sumimus autem maleficij nomen non pro damno, seu peccato quouis, sed pro signo effectiue magico atque superstitioso; quo, qui vititur, maleficus (a) qui vero læditur, maleficiatus appellatur. (b) Describi sic potest; Maleficium est magia species, quã quis ope demonis alteri damnus parat. Dixi, speciem magiã, vt ad huiusmodi damna vocis latitudinem coerceram. Addidi, ope demonis; si enim pactum & fœdus cum dæmone desit, nihil res ad hanc tractationem pertineat, non magis quàm homicidium ferro patratum, vel raptus virginis, vel furtum, aut latrocinium. Dinidi maleficium potest aspectu finis, vel aspectu efficientis. Efficientem causam hienõ voco Deam permittentem, neq; dæmonem perficientem, neq; prauam malefici cõsentientis & cooperantis liberam voluntatem, hæc enim tria semper in omni maleficio cõcurrunt. nec enim capillus de capite cadere potest, sine Dei permissu; nec dæmon plus damni potest inferre, quam Deus permittit; nec vult, id quod permittitur, patrare, nisi maleficus in maleficiũ consentiat. Quod manifestum est facere sacrilega imitatione Dei Opt. Max. qui sacramentorum ministerio salutem vt conferat, ministri voluntatem requirit. Requiri hanc malefici intentionem docet, quòd contactum vel pulueres strigum videamus tantum nocere illis, qui-

Lus

LIB. III. P. I. Q. I. 3

bus nocere voluerunt, quod multis exemplis Nicol. Remigius confirmavit (c) & verò certum est de maleficiis, quæ composita non sunt ex naturalibus venenis. Sed voco efficientes causas, instrumenta, materiamq; nocendi, quæ ad nocendum immediate cõcurrunt. Huiusmodi efficientia sunt varia.

clib. 1. de
monolat.
c. 3. & lib.
2. c. 8. & 9

Primò nocent pulueribus quibusdam minutis, in cibum potumue infusis, vel nudo copori affricatis, vel in vestes diffusis: horum, qui necant atrii; qui morbum tantum adferunt, cinericei, vel interdum ruffi coloris sunt, contra, quo puluere malum tollunt, & medicinam faciunt, is pluriimum albus est, Vis tamen ista, non ex pulueris colore, vel aliis qualitibus manat; sed tota pendet à pacto cum dæmone inito, colores tantum deseruiunt declarandæ conuentorum fidei, & ne sagæ decipiantur, quid (vt dici solet) pro quo præbendo. Hoc inde colligitur, quia nonnunquam qui color albus vni medicinam facit, is in alterius strigis potestate lethalis est, & cinericeus penes vnam, morbos, penes aliam, lethum adducit; quin etiam vni & eidem sagæ aliquando necem infert, aliquando sanat à morbo (d) prout dæmoni signum lubet commutare. Putarim huiusmodi pulueribus cibos insectos à Simone Mago apud Anast. q. in S. S. 23.

d horum
exempla pe-
te a Nic.
Remig. l. 1
c. 2. & l. 2.
c. 7. & 8.

2. Maleficium patrant herbis, festucis, aliis-

A 2



4 DISQUISIT. MAGIC.

aliisque id genus friuolis in humum proie-
ctis, quæ supergredientibus (quibus tamen
malefica voluerit) ægritudinis vel necis cer-
tissima causa sunt. (e)

e vide
Remigi-
um d. c. 8.

3. Utuntur vnguentis albis, vel subruissis,
instar bituminis; in quibus interlucent per-
mixta metalli micæ, & simul luteæ candi-
cantesq; guttæ: si vnguentum hoc igni inji-
cias, fulgorem, strepitum, nidoremque edit,
cui similem, res alia nulla. hoc nõntillæ sem-
per habent manus illitas, ne qua nocendi e-
labatur occasio. lethale, si demulcendo vel
summas vestes attigerint. (f)

vide Re-
migium.
lib. 1. c. 3.

4. Solo halitu afflatuue inficiunt, sic so-
lent esse causa puerperis abortiendi summo
cum vitæ periculo, vt exemplis comprobant
Nic. Remig. (g) Sprengerus, & Loyherius, &
Spreng. in hoc dæmones posse Pfellus olim docuerat
malleo. lib. de demon.

g lib. 2. c. 7
Spreng. in
malleo.

Loyherius
lib. 2. de
spect. c. 5.

5. Grauiissima damna inferunt solis ver-
bis, vnde Lucanus, (h)

h Lucan.
lib. 6. Vir-
gil. 3. Ge-
org. Naso
9. Meta-
mor. Se-
nec. Me-
d. c. 1.

Mens hausti nulla sanie polluta veneni
Excantata perit. (verba.)
Virgil. Miscueruntq; herbas & non innoxia
Nempe quæ docuit dæmon. vnde Oni-
dus vocat Hecateia:
Proximus horrendis infamia pabula succis
Conterit, & tritis Hecateia carmina mi-
(scet.)

Seneca; multis venenis enumeratis, de Me-
dea; Addit

Addit venenis verba non istis minus
Metuenda.

Quodque mirum, interdum nocent so-
lis minis, vel increpatione; imò & laude. cre-
ditum id non gentilibus modò, qui baccare
frontem cingebant, vt hoc malo obuiarent;
sed & ætati nostræ probatum experientia
(i) quod & ego fateor, sed addo, hæc omnia i docet
non virtute verborum, sed opera diaboli ad Remig.
signum concurrentis perfici. lib. 3. c. 3.

6. Nec rebus sacris parcant, vt quæ asper-
gillum pulueribus contigerat, & sic asper-
gens aliam aqua benedicta, miseram confe-
cit, apud Remig. lib. 1. cap. 2.

Denique quædam grassantur apertius,
quæ per dæmonem strangulari vel præcipi-
tari alium curant, vel puerulos noctu iniecta
culcitra præfocant (k) vel acu post aurem in-
fixa necant, vt apud Sprengeram illa obste-
trix Heluetia; vel è cunis rapiunt, & lanci-
nant, aut in vsum vnguentorum, vt alias do-
cui, vel in cibum sibi gratissimū, vnde Glof-
sarium vetus Striga λεισπύζορος: ducta voce
à Λαstrygonibus Homeri Odyll. anthropo-
phagis: sic etiam legimus Eucherus & Gno-
sticos, qui magiã utebantur, infames fuisse
infanticidiorum; à quibus, in Catholicos
hanc Nationes calumniam deriuarunt. In-
terdum puerulis virulenti quippiam instil-
lant, vnde moriantur vel statim, vel tabe-
lant,

k vide Re-
migium
d. c. 7.



6 DISQUISIT. MAGICI.

paulatim, interdum & sanguinem exsugunt. hinc orta vetus opinio de Frestia vel Strige auicula, de qua Q. Serenus;

” Præterea si forte premis Strix atra puellos
” Virosa immulgens exertis ubera labris.
Et alia opinio ab Ouidio comprobata his
versibus;

” Nocte volant, puerosq; petunt nutriticæ egentes,
” Et vitiant cunis corpora rapta suis:
” Carpere dicuntur lætèntia corpora rostris,
” Et plenum poto sanguine guttur habent.

Meminit & Iustus Pompeius. Talis illa Gelo, si præstigiola non fuit, quæ incassum Mauritio in crepundis mortem molita. (l)

Altera restat diuisio à sine perita; secundum quam omne maleficium vel est somnificum, vel amatorium, vel hostile.

I Nicephor. lib. 18. c. 9.

Q V Æ S T I O II.

De maleficio somnifico.

SIC voco, quando aliquem potione vel malo carmine & prælatâ manu suspensio abscessâ, & ad singulos digitos affixâ candelula accensâ, vel aliquando ipsis digitis prodigiose ardentibus, & à flamma non abiunctis integris manentibus, aut aliter profundo mergunt somno, ut interea vel infantulos rapiant, aut necent, vel furto quid subtrahant, vel stupro adulterioque contaminent;

LIB. III. P. I. Q. II. 7

nent, faciunt hoc interdum magi, & fieri potest naturalibus venenis soporiferis; recentia exempla congerunt (m) Per. Binsfeld. & Nicolaus Remigijs, & patet exemplo quod narratur in vita D. Bernardi; nam ibi tot annis adiacentem maritum incubus vxoris sefellit, quod eo dormiente factum oportuit. Pleraque magia secreta sparsim Virgil. attigit, in his & istud Aeneid. 6. de Cerbero & Cymæa:

m Binsfeld. de cõfess. ma. les. p. 1. conclus. 5. Remigijs lib. 2. c. 4. vita D.

Cui vates horrevo videns iam colla colubris, Melle soporatum, & medicatis frugibus

(offam

Obijcit: ille fame rabida tria guttura pan-

(dens

Corripit obiectam, atq; immania terga re-

(soluit

Fusus humi totog, ingens extenditur antro. Occupat Aeneas aditum custode sepulto.

Sic & Ouid. 7. Metamorph. de Medea;

Peruigilem superest herbis sopire draconem, Qui cristâ, linguisq; tribus præsignis, &

(vncis

Dentibus horrendus, custos erat arboris

(aurea:

Hunc postquam sparsit Lethæi gramine succi Verbag, ter dixit placidos facientia somnos, Somnus in ignotos oculos ubi venit, & auro Heros Aesoni inpotitur.

Eadem imitati in Medea Seneca, & in

A 4

Argo-



8 DISQVISIT. MAGIC.
Argonantius Valerius Flaccus. Sed de hoc
maleficio nulla difficultas.

QVÆSTIO III.

De amatorio maleficio.

SIC vocant quicquid dicitur, sic, daturue
eo sine, vt in amorem quis, Venerisque
furias pertrahatur, plurima huiusmodi phil
tra veteres nobis comemorantur, Theocr.
& Virgil. in *Poem. accut. Iyngem*, quam Lan
gius ait a Germanis vocari, *Wudals/Was
ferochs/ Ruerdrommel*; Latini *Fruillam*
vocat: *Hippomanes*, laudant idem Theoc

n lib. 2. de Virgil, Propertius; *Remoram*, & *Sippen*, Ari
stoteles (n) *vana* quoddam oscillum, Plinius,
mal. 2. 14. (o) alia multa verus poeta Letius apud A
l. 9. c. 17 pulcium *Apolog. 1.* & Lucianus in *Dial. Bac
ol. 3. c. 42* *chid. & Melina*; & ex recentioribus Marsil.
l. 32. c. Ficin lib. 13. *Theol. Platonis*, Pomponatius de
4. plures *Incant. cap. 5.* & Cælius Calcagninus *integro
citat Ti
epere, de amatorio Magia*. Veteribus his vi
raq. 13. detur communis error, etiam nolentes hu
lege con- iusmodi philtris in amorem pellici posse;
nubiali. quem errorem mox discutiemus. Prius vi
p de forti- deamus maleficia hoc in genere nostri auil.
leg. 9 3. a que nobis, omnium optimè & exactissimè,
n. 15. G. „ Gill. scripto prodidit. (p) Amatoria (inquit)
9. 5. a „ fortilegia, vel sunt intra corpus, vel extra
n. 2 „ corpus (*maleficiati*.) In corpore commu
niter

LIB. III. P. I. Q. III. 9

riter fieri solent per cibum, vel potum. (q)
Et in his frequenter admiscet (quod vix lo
lent (r) in hostili vel omnifero maleficio)
Sacramenta Catholica Ecclesie, vt hostiam
consecratam (s) vel nondum consecratam,
sed circumscriptam notis & litteris sangui
neis: super qua dici curant, quandoque
vnam, duas, tres, quinque, vel plures missas;
quibus celebratis, tradunt hostiam ipsam,
non integram, prout est, sed in puluerem red
ductam valde subtiliter, personæ malefici
andæ, quam assumere faciunt in cibo, sicut
in menestra, vel in potu: eodem modo fa
ciunt cum calamintha immixta aliis specie
bus, & tradita, vt supra, in cibo vel potu, ex
quo dicunt illam esse naturæ attractivæ, &
quod poterit cor & voluntatem absorben
tis trahere ad amorem personæ tradentis.
Sed omnes sunt nugæ & dæmonis fallacia,
&c. } *postea*; Bis aut ter habui in facto sor
tilegos, qui, huic sortilegio siue maleficio
incumbentes, hostiam immiscuerant. vnum
videlicet clericum religiosum; qui hostiam
ipsam sacratissimam accipiebat, cuius par
tem ipse sceleratissimus, qui cupiebat amari,
assumerat, dicendo quedam verba satis tur
pia atque nefanda, quæ hic referte non ex
pedi; reliquam verò partem hostiæ miserat
ad ipsam mulierem, non in forma hostiæ, sed
minutatim contritam, & in puluerem reda
ctam,

q l. si quis
aliquid
s. qui
abortio
nis. D.
de pan.
l. 3. s.
hac ad
iectio.
D. ad
le. Cor.
desiccat.
r Gril
lan. d.
q. 3. nu.
18. in fi.
lgloss.
in c. ac
cusatus.
s. sane.
de he
ret. in 6.



10 DISQUISIT. MAGIS.

Etiam, sumendam in cibo aut potu. Iterum habui alium, qui hostiam nondum sacratam acceperat, & super illam circumcirca, cum sanguine annularis digiti, nonnulla verba sacris turpia descripserat, deinde ipsam hostiam super altari deposuerat, hoc est super nudo lapide consecrato, sub linteamine tamen altaris absconditam, & à quodam Sacerdote rotundæ conscientiæ super illa quandoque missas celebrari fecerat, certis orationibus ad eius propositum superadditis, deinde hostiam ipsam sumserat, quæ tamen non erat expressè consecrata; cuius partem alteram pro se assumpserat, alteram verò partem personæ maleficiandæ tradiderat, redactam in puluerem, ut proxime dixi; afferentes uterque ipsorum, qui hostiam ipsam assumpserant, indissolubili amoris vinculo adinvicem se colligandos, nihilominus nullum effectum apparentem vidi, nec percepi. Nec sunt adhuc duo anni elapsi, quod alium similem casum audiri, Romæ accidisse, de quadam impudica muliere; in cuius cophinis repertæ fuere duæ hostiæ, super quibus ambabus erant descripta quædam verba sanguinea, &c. quas ipsa tenebat, ut asseruit, ad effectum tradendi cuidam alteri mulieri, ad instantiam viri, qui eiusdem mulieris amore concupiscebat. Aliàs quoque nondum est annus elapsus, quod duæ impudicæ mulieres

res

LIB. III. P. I. Q. III. 11

res Romæ, quas vidi, & audiui; quæ acceperant oleum baptismatis, quo inuixerant sibi labia, dicentes hæc verba (fides abrenuncio tibi, &c.) & cum labiis illis sic inunctis osculatæ fuerant viros quosdam, causâ captandi amorem ab ipsis, ut ipsæ asserebant. Nihilominus demum omne experimentum fallax fuit, & suorum excessuum condignas vidi luere pœnas. Aliud exemplum à triennio & citra in eadem Vrbe contigerat: quod quadam turpissima mulier acceperat particulam cutis illius, qua infans indutus egreditur de utero matris, quamprimum venit in lucem, illamque similiter super lapide nudo sacrato absconderat, & super illa plures missas numero quinque celebrari fecerat, cutemque prædictam postea assumerat, & baptizauerat sub nomine personæ maleficiandæ, cum aqua baptismatis & caeremoniis consuetis, deinde eandem in puluerem redegit, ad effectum tradendi personæ maleficiandæ: tamen interim capta fuit, nec perficere potuit sortilegium, sed congruas sceleris sui luit pœnas.] Hæc ille, qui addere potuit, aded nefarios etiam esse huiusmodi sortilegos; ut & femine viris sua menstrua, & viri (quorum utramque vix pudicæ aures tolerant) semen in cibum potumque aliis permixta, & certis verbis condita, præbeant; ut multorum constat confessionibus; stercorea quo-



22 DISQUISIT. MAGIC.

quoque & alia huiusmodi excrementa, vt
„ Sprengerus tradidit. Prosequitur deinde
„ Grillandus dicta sua, inquit: Extra corpus
„ autem siue extra intestina fiunt maleficia
„ amatoria per aliquas mixturas compositas
„ ex herbarum foliis vel radicibus, metallis, re-
„ ptilibus terræ: plumis, intestinis, membrisque
„ auium, piscium, vel animalium: aliarum uel si-
„ milium rerum naturalium [adde, maximè
t Grillan. expetere (t) vel capillos vel unguium præse-
9.3.n.23. gmina, vel fasciam, vel quid aliud vestimenti
quod solitum tangere corpus maleficiandi;
aut si nihil huiusmodi queant nancisci, vel
epistolam, vel quid aliud de illius domo] &
„ tunc adhibent certas ligaturas, quibus hæc
„ inuoluta consuunt in chlamyde vel tunica
„ maleficiandi, vel abscondunt sub capite le-
„ cti, vel inter plumas, vel materatiam, super que
„ ipse dormit: aut sub limine ostii, vel alterius
„ loci, super quo ipse maleficiandus vir trans-
„ iturus, aut mulier transitura sit.] Hæc ille
„ partim d. 9.3. n. num. 15. partim 9.5. num. 3. ubi
„ etiam addit sacrilegia quædam istorum. Ipsi
„ (inquit) sortilegi admiscent sæpius in istis a-
„ quam benedictam, scilicet Fontis Baptismatis,
„ aut communis amphoræ existentis in
„ Ecclesia, aut oleum sanctum Baptismatis,
„ Chriſmatis, aut extremæ Vnctionis, ramos
„ oliuarum benedictarum, ramos palmarum,
„ candelas benedictas, sacros agnos dei, thura
„ ben-

LIB. III. P. I. Q. III. 23

benedicta, cereos paschales & his similia. “
Quandoque autem capiunt aliqua ex reli- “
quis sanctorum martyrum, si habere pos- “
sunt: scilicet particulas ossium, capillorum, “
vel vestium. Alij autem capiunt frustula “
quædam indumentorum sacerdotium, a- “
liorumque panniculorum benedictorum: “
quibus sacra mysteria venerantur celebra- “
turque, sicut camisia, purificatorij, corpora- “
lis, tunicellæ, manipuli, amictus, stolæ candi- “
dæ, lapidis sacrati, mappæ altaris, patenæ, su- “
darii, calicis, & similia, & ista omnia, vel isto- “
rum partem admiscere solent in sortilegijs “
amatorijs, adhibitis eorum nefandissimis “
precibus & diabolicis verbis, ad turpes libi- “
dinis actus tot Sacramentorum, & aliorum “
sacrorum perpetrantes abusum.] Mox sub- “
dit tertium quoddam genus sortilegij ama- “
torij, his verbis: Quidam ex his qui sunt ex- “
pressæ professionis, deferunt quandoque “
imagines quasdam ad loca sacrificiorum, “
terra, vel cera, aut gemmarum, seu alia qua- “
uis mixtura confectas, illasque baptisant “
prius nominæ personæ maleficiandæ, sub “
deuotione & inuocatione Diaboli, cum eis- “
dem ceremonijs, quibus uti solent nostri sa- “
cerdotes in vero baptisate: & adiciunt “
quædam verba turpia & nefanda: quibus “
imaginibus quandoque aperiant pectora, “
& icipiarum corda ingenti calore ignita red- “
dunt:



dunt: aut tantum detinent, quod liquefiant, putantes quod eodem modo cor hominis maleficiandi similiter aduratur, seu mollescit, & obediens reddatur ad votum sortilegi vel amantis] Io. Salisberienf. lib. 1. cap. 11. Vultricoli sunt, qui, ad effectus hominum immutandos, in molliori materia, cera, vel forte limo, eorum quos pervertere nituntur, effigies exprimunt, cuius illusionis in Pharmaceutria Virgilius meminit:

Limus ut hic durefcit, & hac ut cera liquefcit
Ino eodemq. igni, sic nostro Daphnis amori.
Nato quoque in libro Heroidum,
Deuonet absentes, simulacra q. cerea fingit,
Et miserum tenuis in securi erget acus.

Sic ille, locum Ouid. ad maleficium amatorium referens, quem ego potius retulerim ad hostile. Hoc maleficium paulo post ostendam fuisse vetustissimum, Græcis Latinisque probe cognitum, à Chaldæis acceptum. Ut plurimum vtuntur pergameno virginea: quam consciunt ex cute pueri recens nati, & ante baptismum mortui, vel abortiui, inscripta characteribus & verbis magicis, cuius miram potentiam atq. efficientiam nugantur magi recentiores (u) & exemplum suggerit Leloyher. (x) Vtebantur & olim funibus quibusdam & ligaminibus de quibus nos postea. Grill. præterea rationem

u Pica-
trix, Abo-
nus, & A
grippa.
x lib. 1. de
speltris.
cap. 5.

nem inuestigat, cur ad amatoria duntaxat abutantur rebus sacratis: & multis responderet, qui volet eum legat. Hodierno tempore, etiam ad hostile veneficium buffones baptizant, & eis (quod horrefco cogitans) venerabilem Eucharistiam exhibent deglutendam. Sic nimirum quotidie deterior fit mundus, & homines in grauiora hoc sæculi sine scelera præcipitantur. de amatorio philtro miraculum narrat, publica fide & multorum sæculorum continua attestazione confirmatissimum, Tho. Bossius, Oratorij presbyter: cuius opera, quam hæreticis odiosa, tam Catholicis utilis fuit: is ergo de Notis Ecclesiæ (y) Nouum miraculum (inquit) y L. 14. c. 7 contigit Aufidi in Piceno. Siquidem anno 2 Legi- 1273. quædam mulier, cum fumsisset ore eu- charistiam, nõ deglutiit, sed seruatam secum detulit, vt illa vteretur ad amorem mariti conciliandum sibi per veneficia. Quamobrem, sic malis artibus edocta, super prunas in tegula repositam proiecit: quo facto (mirabile dictu) cepit Eucharistia apertissime in carnem conuersa sanguinem latè emittere, ita vt prunas exstinxerit, neque cohiberi potuit eruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamuis mulier nihil non egerit mi- ciendo cinerem, puluerem, ceramque apponendo. Tum nouo euentu attonita, linteo tegulam cum carne diuina & sanguine in- uoluens

“ L. 14. c. 7
“ star. in
“ d. 5. ad-
“ iectio.
“ & d. 5.
“ qui a-
“ bortio-
“ nis. A-
“ zon. ii.
“ C. de
“ malef.
“ & ma-
“ the. Ol-
“ drad.
“ conf. 210



Codeff. „ uoluens, stabuli propinqui stercore infodit.
Es. Ang. „ Latuit res annos septem, quamuis aliquot
in l. co- „ mirabilia euenerint: quæ vndenam nasce-
rum. C. „ rentur, alios quidem latebar, mulierem non
de male. „ ita, facti ac sceleris sui consciam. Iis exactis,
Alberi. „ illa tandem aperuit rem gestam sacerdoti:
rubr. C. „ qui, cum se eò contulisset, reperit intactam
de heret. „ carnem, sanguinemque recentem, linteum
Vital. „ que illæsum. Miraculum patefactum cun-
tract. de „ ctisque divulgatum, ex omnibus locis innu-
malef. „ meros ad sui spectaculum commouit, & cõ-
Grillan. „ mouet adhuc post annos tercentum & sex-
d. q. 3. a „ decim. Visitur enim caro, visitur sanguis vi-
u. 15. Ti- „ treis ampullis inclusus, ad tantæ rei memo-
raq. d. l. „ riam sempiternam, neque post tanta tem-
13. S „ porum spacia quicquam ex ijs est corruptû
tracta. „ aut tabefactum.] En quo pacto Deus tam
de pen. „ manifesto miraculo nefarium mulierculæ
minuend. „ sortilegium inhibuerit. Sed nunc videamus,
Pet. Loy- „ quæ vis huius sortilegij amatorij.
ber. d. c. 5.

Anno. Gui

SECTIO I.

DICO primo: hisce philtris voluntas
 nullius cogi potest, ad, quem non vult,
Clari, „ amandum: sed bene potest imaginatio per-
Farina. „ turbari, humores concitari, & totum corpus
S. alior. „ interius quasi accendi: adeò vt quis, dæmo-
Canon- „ ne varijs tentationum illecebris interius
nist. ve- „ certante, castro quodam libidinis vexetur, &
ro, vt „ sic vehementer trahatur ad desiderium car-
 nalis

nalis copulæ cum aliquo: quod si tum tem-
 poris maleficus amator accedat, & artibus,
 quibus solent mulierculæ capi, eam instan-
 ter vrgeat, facile fit, vt in nassam præda ca-
 dat.] Atque hæc est ratio & modus, quo per
 ista diabolus solet decipere: vulgus autem
 nequit distinguere inter actiones volunta-
 tis, & motus concupiscentiæ, imperusque
 portionis inferioris. Vnde non oportet cre-
 dere ijs, qui quæue causantur coactionem
 voluntatis. verè enim nolendo volunt, &
 vellent abstinere, sed volunt peccatum com-
 mittere.

Hæc sententia communis est Iuriskon-
 sultorum (z) & Theologorum. (a) proba-
 tur primùm leorum, C. de malef. & Marthe-
 ni Constanti. Imperat. ait, *aut pudicos satius, §. sa-*
animos ad libidinem deflexisse intelliguntur: ne, de he-
non (ait) coëgisse, sed ait deflexisse: idèd, si lex ret. in 6.
 Rhemnia vigeret, Wierus hic non effuge-
 ret frontis inustionem, nimis quàm mani-
 festò Imperatoriam sanctionem calumnia-
 tus.

Secundò probatur ratione, quia multa
 sunt pharmaca, quæ vim habent naturalem
 turbandi humores, irritandi semen, excale-
 sciendi totum corpus: & si nullæ res tales
 inuenirentur, posset dæmon rebus, quibus
 vellent, vri: tanquam signis conuentis, & de-
 inde iuxta pactum ipse per se & turbatio-



nat. Et nem, & flatulentiam, & pruritum, & calor
Palu. in rem in corpus inducere, simulque persona
7. d. 34. certa importunam suggestionem imagina-
Sprenger. tionem, quasi valde dignæ amari, obijcere: &
Mulier. p. sic in huius amorem inflectere posset: sed
1. g. 7. Ca- volentem tantum. Nam in voluntatem, pro-
stij lib. 1. prer arbitrij humani libertatem nulla da-
de iust. ha- moni iurisdicctio, nulla coactio competit:
ret. pun. c. quæ omnia superiore libro probauimus,
15. Mich. q. 24.

Medm. li. Tertio probatur exemplis, vt Marci An-
2. de rella tonij Triumviri apud Plutarch. (b) & alte-
in Deum rius, de quo Cleodemus apud Lucianum: vt
fid. Ang. Marci hæretici & Magi, apud D. Irenæum:
Silu. Ro puella: adductæ ad S. Hilarionem, apud D.
sell. Fum. Hieron. Iustinae & Cypriam Magi, apud Na-
Caeta, zianzenum & Nicephorum, (de quo con-
Grassius, sule Pamel. in vita D. Cypriani) vt etiam hæ-
Et alij retici cuiusdam apud D. Epiphan, qui, quod
Summi- paulo antè exempli narrationem, dixerat à
sta, Bins- Mago coactas mulierculas, id intelligen-
sel. in d. l. dum, de vehementi persuasione & forti in-
eorum. q. clinatione, non de necessitatis absolutæ co-
1. Ang. & actione. Item probatur historia Basilij Pseu-
alij omnes domonachi & iuuenulæ monialis, de qua
quod scia. D. Greg. Magnus egittitem Sceleti Sethi de
b Plutar. quo Nicetas. legite illa accuratè, & inueni-
in vita tis inectam propensionem, sed defuisse ne-
M. An- cessitatem patendi.

ton. Lu- Quarto probatur auctoritate SS. Patrum,
 vt omit-

vt omitam Epiph. Irenæ. & duos Grego. *cia in Phi*
iam citatos: probatur auctoritate D. Hiero-
lospende. nymi, dum docet quosdam dæmones amo- *Irena. li. 1.*
ribus & amatorijs canticis deseruire (c) & c. 9. D.
alibi maleficia contendit vim habere, vt a-
memus quæ odisse deberemus, & deteste-
mur quæ nos amare decuisset. (d) Cassianus
Hilario. quoque: Incentores, ait, libidinum atque *Greg. Na*
luxuria: quosdam spiritus esse propheta
zian. ora- commemorat: Spiritus, inquit, fornicatio- *ti. 129. in*
nis decepit eos, & fornicati sunt a Deo suo.] laud. Cy-
(e) non quæro an rectè explicet dictum O-
pria. & scæ, sed quid senserit ipse, id apertè testatum *Nicepho.*
asserò. *li. 5. c. 27.*

Denique probatur S.S. locis esse aliqua *Epiph. l. 1.*
 huiusmodi maleficia. Nahum 3. v. 4. *Propter tom. 2. cõ-*
multitudinem fornicationum meretricis spe-
tr. hæres. ciose & grata, & habentis maleficia: quod de Ebionita. *D. Greg.*
 his rectè nosset Era. Ribera fuit interpreta- *li. 1. Dial. c.*
 tus. Apud Baruch in epist. Ieremiæ, nisi fal- *4. Nicet.*
 lor, mentio habetur malefiej amatorij con- *l. 2. histor.*
 cremationis, verba sunt ista (f) *ai de zvnai-*
κεις περιέμεναι χοινία εν τῆς ὁδῶς ἐγκά-
λυται, Ἰουδαῖον τὰ πίνοντα, ὅταν ἴ τις ἀ-
τῶν ἐφελκυσθεῖσαι ὑπόπνος τῶν ὁδοῦν-
ρευσόμενων κοιμηθῆ, τὴν πλησίον ἐνεσθῆ,
ὅτι οὐκ ἤξιώτα, ὡς περ καὶ αὐτῆ, ὅτι τὸ χοι-
νιον αὐτῆς διεσπείρη. Quæ vulgatus sic vertit: coll. 7. c. 32
 Mulieres autem circumdatæ tunibus in vijs *Os. 4. v. 12*



§ *Baruch.* sedent, succedentes ossa oliuarum, cum
 6.2.42. autem aliqua ex ipsis, attracta ab aliquo
 „ transeunte, dormierit cum eo, proxima iua
 „ exprobrat, quod ea non sit digna habita, sic
 „ ut ipsa, neque funis eius diruptus sit.] Qui
 locus insignis, adhuc densis obsidetur tene-
 bris, ignorantia antiquitatis. vnam eius par-
 tem, quæ de funiculis est, nobis Herodotus
 clarissimè exponit *lib. 7.* vt habet versio La-
 tina (Græco nunc exemplari careo) in hæc
 verba: vna iisdem Babylonij lex est, omni-
 „ bus modis exsectanda. Nempe omnibus
 „ mulieribus indigenis commune est, semel
 „ in vita ad Veneris templum desideribus,
 „ cum externis vitis consuetudinem habere.
 „ Ceterum cum pleræque sint diuitijs tumen-
 „ tes, quæ sui copiam facere recusent, hæc ve-
 „ hiculis cameratis subuectæ, pro templo cõ-
 „ sistunt, relicta interim à tergo magna famu-
 „ litij turba. Pleræque etiam hunc in modum
 „ faciunt ad templum Veneris sedent, nodis,
 „ corollisq; tempora reuinctæ, è quibus dum
 „ alia seorsum abeunt, alia regrediuntur,
 „ Nam diuerticula vndecunq; sic funiculis
 „ distincta aditum præbent externis ad mulie-
 „ res illas, quam cuique libuerit deligendam.
 „ Porro cum semel illie cõfederint, non prius
 „ domum regrediuntur, quam hospitem ali-
 „ quis pecuniam mulieri in sinum iniecerit,
 „ & cum eadem à fano seorsim abducta rem
 habue-

habuerit. Hospitem autem illum, qui pecu-
 niam obtulit, dicere oportet: tanti ego tibi
 Deam Mylittam imploro. Mylittam enim
 Assyrij Venerem appellant. At verò pecu-
 niam illam, quantulacunque sit, non est fas
 rejcere, siquidem in sacrum conuertitur
 vsum. Neque mulieri etiam permittitur ho-
 spitem aliquem repudiare: sed quicumque is
 est, qui pecuniam obiecerit primùm, hunc
 illa lequitur citrà delectum. Postremò vbi
 iam congressa fuerit cum externo mulier,
 Dea expiata, domum reuertitur. Iam, quæ
 forma sunt elegantiore, citius (vt par est) ex-
 pediuntur: quæ verò deformes, diutius eo-
 guntur desiderere pro templo, antequam legi
 faciant satis. Fitque interdum vt vno atque
 altero anno aut etiam triennio, atque diu-
 tius expectare oporteat miseræ. Alicubi,
 nempe in Cypro, similis quedam lex est.]
 Hactenus Herodotus: ex cuius narratione
 facile intelligas, quibus funiculis circumda-
 ta dicantur: & quis funis diruptus, nempè
 is qui semitam ad illam faciebat: nam disce-
 dens hunc dirumperebat, vel hospes, vel ipsa
 femina: sed & illud intelligitur: vltimo loco,
 cum obijcit funem non diruptum, defor-
 mitatem exprobrati, quod eas mortalium
 nullus cubili dignetur. Quæ retracto, quæ
 olim hac de re publicè Louanij dictaui, ea
 referens ad nodos, & ligamina amatoria,
 B 3 de



22 DISQUISIS. MAGIC.

de quibus egere veteres Poëta. Virgilius
Eclog. 8.

*Terna tibi hæc primã triplici diversa colore
Licia circumdo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco:*

Nompe amati simulacrum, ligabant
conceptis verbis, vt apud eundem:

*Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Necte Amarylli modo, & Veneris, dic, vin-
(cula necto.*

Valerius, in *Ciri*, addit & aliud, in finem
despuere ter:

*Terg, nouena ligat triplici distincta colore
Fila: ter in gremium mecum, inquit, despuere
(virgo,*

*Despuere ter virgo, numero Deus impari
Nemesianus Ecl. 4. (gandet.*

*Hæc eadem nobis, que versicoloria fila,
Et mille ignotas Mychale circumtulit artes.*

Erant hæc fila vt plurimum lanæ, &
rhombo torquebantur, vel deuoluebantur
ab orbe vel glomo: Propertius *lib. 3.*

*Improba non vicit me moribus illa, sed herbis:
Stamina rhombi ducitur ille rota.*

*Illum turgentis rana portenta rubeta,
Et lectæ sœltis anguib; ossa trahunt:*

*Et strigis inuenta per busta iacenta pluma,
Cinetaq; funesto lanæ vitta viro.*

Hoc est vitta lanæ suspensio: quod
& ipsum magicum. *Et lib. 2.*

Desi-

L. III. P. I. Q. III. S. I. 23

Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.

De trina despuitione Tibullus, *Eleg. 2.*

*Hæc mihi cõposuit cantus quis fallere possis.
Ter carne ter dictis despuere carminibus.*

Sed ad rem, magicum mysterium cuius meminit Ieremias, & à quo populum Dei dehortatur, est adoletio τῶν πύργων, de cuius vocis significatione non omnino res certa, nam ceteri vertunt *furfures*, nofter verò, *ossa oliuarum*, inter quæ quid melius & fidelius versum, certius definiti posset, si Hebræa illa epistola existeret; nunc de Græcæ vocis significatione decisio pendet. Puto non vnã esse significationem huius vocis. Hesychius, πύργος τὰ τῶν σίτων ἵκεται τῶν φλόγα: & sanè huiusmodi tritici vel hordei furfures, siue pelliculas, quæ molendo fecernuntur (sic etiam Dioscorides & Theophrastus usurpant) succendi solitis in beneficio amatorio plerique existimant, & nituntur loco Theocriti *Eidyl. 2.* ὅν ἔρω πὰ πύργος, vbi Scholiastes ἔρω exponit πικρὸν καύσω, igne abluo. Vix crediderim furfures solitos adoleri, (qui parum ad hoc idonei) sed bene farinam in mola, de qua tamen paulò antè locutus erat Theocritus, nec necesse habebat repetere, quare malo πύργος illic exponere, vt hic facit noster. Nam de eodem maleficij genere locutũ poetam

B 4,

illic,



illic, & hic prophetam, eo procliuior sum: quodd eodem Eidyll. fatetur Theocrit. amatoria illa maleficia Græcos à Babylonijs didicisse. Sicut ergo laurum vrebant veteres & bitumen; & statuas ex argilla vel ceta: (de lauro Virgilius:

Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum.)

Bituminis, ni fallor, meminit Horatius, sed locus non occurrit, de statuis argillaceis & cereis:

(quescit, Limus ut hic durefcit, & hac ut cera li- Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.)

Sic etiam puto solitos adurere ossa oliuarum, hoc est, minutas oliuas, & duriores ceteris, ac penè ossæ: quæ est vocis Græcæ altera, minus nota significatio, apud Athenæum (g) ex Callimacho & Philamone: pro quodam minuto ac viliore & coloris fufuracei oliuarum genere, quodd *πίτυρον* vocarunt. Vnde & fraces ac magmata oliuarum Helychio videntur dicta, *πίτυρον*, dum scribit: *πίτυρον ὀσμώδουατα ἰδαίων*. vbi fortassis *πίτυρον* legendum: nec in voce vt opinor peregrina quærenda. Ita Græcorum compositio. *πίτυρον* edulium nouit Athenæus, & Varro *lib. 6. de lin. Lat.* Apud Plautum, si vnum epityrum edam apud il-

g lib. 2.
Conuiniij
Sophist.

lum esuriens insanè benè. Epityrum vocabulum est eibi, quo frequētius Sicilia, quam Italia vsa] sic Varro. Locus Plauti est in Mili. glorio. nempe siebat ex pityrodi oliua contricta. meminere & Cato & Columella, lib. de re rustica, conficiendi modum indicantes & Græcicas magnæ Græciæ vrbes, id conficere solitas: forte etiam vocem *πίτυρον* sic contrahcbant vulgo, dicentes *ἐπίτυρον*. Sed cur noster vertit, *ossa oliuarum*? certum est Hebræos, quæ in quaque re fortiora & duriora sunt, ea vocare *ossa*, vt ossa obsidentiū *חֹנָאֵךְ חֹנָאֵךְ* chonach arsmoth: (h) scitum etiam, hanc oliuam minutam h *Pf. 53.* plus ossis, quam carnis edulis præbere. con- v. 9. stat quoque Hebræa phrasi, genitiuum fixum habere vim mobilis recti: & ideo, *ossa oliuarum*, accipi posse pro ossis oliuis: sicut in Mosaicis scriptis (i) *asinus ossis*, ponitur i *Gen. 49.* pro asino osleo. Quare suspicor hoc loco à v. 13. Ieremia scriptum fuisse *asinus ossis* *Zethum*, quod ad verbum significat *ossa oliuarum*, & Græcos interpretes gnaros significationis, quam diximus, vertisse *τὰ πίτυρον*. Nonne vero similitimum est, Babylonias, quæ Magicis nugis erant addictissimæ, veritas ne diu illic execubare cogèrentur, se à sortilegijs huiusmodi non abstinuisse: maximè quas nec diuitiæ, nec forma, nec genus commenda-



bant? quærebant ergo istæ blitæ ac diobolares vndecumque lenocinium, & Pityrides oliuas, quæ vilioris precij, infumebant flammis. Et quam vesanæ flammam alebant inclusam, longè aptius atq; expressius ossium, quàm furfurum, adustione contestabantur: simul enim sic querebantur de duritie ac rigore hospitem, & aduentorum, quos illarum nulla miseratio tangebat: ideo non solas oliuarum carnes, siue cutim (nam in his oliuis cutis potius quàm caro) sed solidas oliuas cum nucleis ossis adolebant, nimirum duritiam illam sibi inuisam hoc pacto molituræ, & corda ferrea amore liquaturæ. Si *furfures* vertas, perit elegans ista mysterij magici analogia. Verisimile est cum ista vrent addidisse, quod solemne reperio: sic se ossa hospitem vrent, vel, in hospite suo hæc se adolere: vel precari, vt sic hospites earum amore torrerentur: quæ omnia Virgilius & Theocritus posuere. Demum sic adusta & in cineres redacta spargebant in ventum iacta trans caput. Theocritus:

ἀλφειῆ τοι πρῶτον πυρὶ πίπτουσι, ἀλλ' ἰ-
(πίπτουσι.)

Farina primum igne liquecunt, sed disper-
Virgilius: (ge.)

Fer cineres Amarylli foras, riuosq; fluenti
Transq; caput iace.

Scd

Sed hæc fatis vel nimis, de loci Baruch explicatione: quæ si probetur, bene erit: sin, meliora expecto.

Sit secunda conclusio questionis, hæc philtrea & menti & corpori vt plurimum valde noxia sunt. Nota minus esse noxia, quæ non dantur intus sumenda, quia si per nudas incantationes facta, vt plurimum solum nocent menti: si per illigationes aut contactum extrinsecum, etiam corpori solent nocere, si habeant venena malâ admixta, quod in his non frequens: si verò dentur in potum & cibum, solent vt plurimum valetudinem vehementer debilitare, & de statu mentis deijcere. quia eorum ingredientia solent esse admodum periculosa: vt fluores menstrui, sperma (vt patet ex vetustis libris pœnitalibus) cerebrum felis vel asinini pulli, vterus hyenæ, virga lupi, remora, ossa rûbetæ, scinci, & præ ceteris (quod vocant) Hippomanes, quod est triplex, ne quis fallatur; vnum cuius mentio apud Theocritum in *Pharmaceut.* tradit esse plantulam quandam Arcadiæ: alterum, quod vt canit Tibullus:

Virus cupida stillat ab inguine equæ. Et Hippomanes facta semina legit equæ.

vt Propertius. Qualis est suum apria: tertium, pellicula quæ reuellit a fronte pulli equini recens editi, cuius odor equas in fu-

rorem



K Aristot. rorem redigit, de quo Aristoteles (k) *Phil.* lib. 6. hist. nius, Columella, Virg. & alij. Quam hoc no-
anim. c. 18 xium sic docet interitus Caligulae, qui mor-
Plinius l. tuus cum ei Cefonia hoc potandum porre-
8. cap. 41. xisset, vt narrant Ioseph. (l) & Sueton. & Lu-
Columel. uenal. eo respexit:

L6. Virg.

in Georg.

l. 1. an-

riquit.

Suet. in

Calig.

m Euseb.

in Chro.

De cunctis autem philtris Ouidius pra-
dentissimè: *(lis)*
Nec data profuerint pallentia philtra puel-
Philtra nocent animis, vinq. furoris habet.
Eusebius (m) testatur his Lucretium
Plutar. in poetam primò dementatum, deinde furoris
Lucu. A- impatientia seipsum interemisse. de Lucul-
risk. in lo prodidit Plutarchus, his cum primò actú
Mag. Mo in furorem, mox etiam interemptum. de
ral. D. quodam similia narrat Aristoteles, Virgo il-
Greg. d. la ineantata à Basilio (vt ait D. Gregor.) febri-
cap. 4. citare incepit, & vehementer anxiat, ma-
Hier. in gnisque vocibus cum stridore clamare. Mo-
vita D. do moritura sum, nisi Basilius monachus ve-
Hilar. niat, & ipse mihi per suæ curationis studium
Spreng. salutem reddat.] en verba mente captæ, &
p. 1. q. 7. corpore languentis. Illa vero, de qua D. Hie-
Cuspinia. ronyni. scribit, postquam amator, magicis
in Ludo- artibus instructus, ab Æsculapij sacerdoti-
nico Ba- bus, redijt, & subter limen domus puellæ
uar. Ant. tormenta quædam verborum & portentosa

fas

fas figuras sculptas in æris Cyprij lamina de-
fodit: & ilicò amore insanire virgo, & ami-
cra capitis abiecto rotare crinem, stridere
dentibus, inelamare nomen adolescentis:
magnitudo quippe amoris eam in furorem
verterat.] de tribus ordine Abbatibus, suc-
cessiuè ab eadem fortitaria toxico amatorio
necatis, lego apud Sprenger. de Frider. duce
Austriæ, electo rege Romanorum, quem
Lud. Bauarus vicit, auctor est Cuspinianus.
de Stephano quodam equite Neapolitano,
Anton. Panhormita: de puella, cui amator
membranulam inscriptam in sinum iecerat,
& narrationem, & iudicium nobis proponit
Per. Leloyherius: quare cum tam noxia so-
leant esse philtra, meritò Athenienses Te-
mnia sagam morte mulctarunt (n) & ni-
mis laxi fuere Arcopagita, cum alteri, mor-
tuo eo qui acceperat (o) ignouerunt: pru-
dentissimeque iura civilia: quibus seqq. pæ-
næ receptæ: de quibus, quo ad praxim actû ri-
sumus fusius lib. 5. Sect. 16. nunc breuiter. Si
præbens amatorium quid, non adhibuit
magicam superstitionem, nec mors secuta
fuit, pæna relegationis & damnationis in
metallû olim puniebatur (p) hodie iudicis
arbitrio extraordinariè punitur. (q) Quod
si mors fuerit secuta, quam vt plurimum se-
qui tradidit Hippolytus de Marsil. insignis
Criminalium iudiciorum tractator (r) tum,
si ob

“ Panhor-”
“ mita li.”
“ 4. de”
“ gest. Al-”
“ fonsi”
“ Pet. Le-”
“ loyher lib.”
“ de spect.”
“ t. c. 5.”
n De-
mosth. cõ-
tra Ari-
stogitone.
o Aristor.
libr. 1.
Magn.
Moral. c.
17.
p d. §. qui
abortio-
nis.
q Menoc.
de arbit.
ind. cas.
358. Bim-
sel. in d. l.
corum q. 3
r in Leiu-
si ob



dem D. ad leg. Cor. de scar. l. 5. recep. sent. ut. ad legem Corn. de scar. l. 1. q. iur. c. 16. n. 1. ul. nemo aruspici. Et ibi DD. C. de malef. Et to alienatum, tunc si accessit ars magica, ad mathe. Et huc punienda est audacia lethali supplicio. sic intelli- go Meno- ch. de arb. cas. 388. n. 5. x arg. l. 3. §. ex Sena. d. fest. 16. ruse. D. ad legem Corn. de sen. Et ibi Bart. Et Menoch. d. cas. 358. n. 7.

si ob malum finem præbuit philtum (vtpote causa abortus, vel illiciti amoris) siue tum adhibita sint artes magicæ, siue non, mortis reus censetur, ex communi sententia iuris interpp. arg. d. §. qui abortionis, quod & olim prudentum opinione receptum Iul. Paulus tradidit: (f) neque id acerbum debuit videri Antonio Guiberto (r) dignus enim plane supplicio malus adeo animus, fini improbissimo, per summum periculum & pessimum exemplum studens. Quod si non dedit ob malum finem, sed bonum (vt puta ad arcendam feminæ sterilitatem, ad conciliandum mariti animum à se immeritò alienatum,) tunc si accessit ars magica, ad mathe. Et huc punienda est audacia lethali supplicio. capitale est enim his vti artibus (u): si verò non adhibuit quicquam magicum, sed naturalibus vsa fuit, quæ putabat non nocitura, extra ordinem mitius punienda est, citra (x) mortem. Hæc vera, si desit hæresis suspicio: hac accedente, quid dicendum, videbitur.

Humanam vindictam præuenit aliquando diuina ultio. Siffridus presbyter in Chronico suo, narrat anno 1260. accidisse, vt adulescens quidam in Misnia, vt suis potiretur amoribus, à Mago in locum ædium desertum deduceretur: cui cum spectrum, puellæ illius quam amabat imagine, per malefici incanta-

L. III. P. I. Q. III. S. II. 31

cantationes se obtulisset, amator ille perditus, manum ei porrigens, à malo dæmone parietibus alliditur, & miserabilem in modum necatur: qui eius quoque cadaver tanto in Magum impetu proiecit, vt semianimis longo tempore iacuerit.]

Inunc, & animam committe ignibus doloso hoc pulueris magici mantello contectis. Nōne potius audiendus Phocylides: qui cecinit, omninò fugiendas amatorias incantationes & philtia: idque verum, etiam quoad coniuges. quia etiam si conciliarent amorem (quod nunquam vel raro contingit) tamen semper, vt minimum, reddunt debilem, attonitum, & mentis emota: quemadmodum piscibus (acuta & apta est Plutarchi (y) similitudo) accidit, qui non re-

y in con- iugalib. admoni- tionibus.

SECTIO II.

RESTAT de remediis videamus. & constat ex dictis, inutilia esse antidota contra philtia, & remedia illa Gentilium, quæ per incantationes aut lustrationes quædam fiebant: quæ Christianis etiam profus illicita sunt. Virgilius 4. Æneid.

Hæc se carminibus promittit soluere men-

(168)

Quas velit, ast alijs diras immittere curas.

Verè



32 DISQUISIT. MAGIC.

Verè dicit promittere, nec enim præstabat. Tibullus lib. 1.

Quid credam? nempe hac eadem se dixit a-
(moros)

Cantibus aut herbis soluere posse meos.

Et me lustravit radiis, & nocte serena

Concidit ad magicos hostia pulla Deos.

Non ut totus abesset amor, sed mutuuus esset.

Orabam: nec te posse carere velim.

Putabant enim his lustrationibus alterutrum euenire, vel ut amore laborarentur, vel votis potirentur. Nemesianus inducit pastorem querentem hæc omnia sibi in calsum cecidisse:

Quid prodest quod me peregrini mater A-
(mynæ)

Ter vittis, ter fronde sacra, ter thure vaporo

Lustrarit, cineresq; auersa effudit in amnè,

Incendens viuo crepitantes sulphure lauros:

Cum sic in Meroen totis miser ignibus arsi?

Vittas intellige functi viri, ut dictum superius. Omisit & aquæ aspersionem, de qua Propert. lib. 3. loquens de amore:

Quod mihi non patrij poterant auertere a-
(mict,

Eluere aut vasto Thessala saga mari.

Hanc secuti opinionem gentilium videntur, non Eunapius modò, in vita Edeffij, de illa quam magus Philometor in amorem pellegerat, magus verò Maximus amore sol-

uit

L. III. P. I. Q. III. S. II. 33

uit: & Plin. sed & Pomponat. homo malè Christianus. Opus est in antidotis distinctione. 1. si naturalia tantum sunt medicamenta, maniam purgantia, & ardorem libidinis temperantia (ut agnus castus & huiusmodi) dummodo noxia non sint valetudini, licebit eis uti. 2. si verò dubitetur num insit illis vis naturalis, an verò sint merè superstiosa remedia, tunc ijs abstinendum. tale quod de Scythica seu Promethæa herba refert Propertius: quod de insperfo corpori puluere, in quo se mula volutauerit, vel hirci vrina bibita, vel rubeta in corio pecoris recentis alligata, & de virga lupi Plinius (2) & 2 Plin. lib. Pomponat. tradidere. 3. si moraliter improba sunt remedia, planè vitanda & vetita sunt, 39. Pomponat. lib. tale remedium Crætis apud Laertium, sci- licet sui suspendium: talia Rasis ac Pauli de incantatione licentiosa balnea, tripudia, commellationes, & quæ sequi solent deteriora: tale etiam illud Faustinae, quo vsus M. Antonin. philosophus, qui gladiatorem eius adulterum occidi iussit, & illam incedere inter caput & collum. (a) Quartò si sit admixta supersticio, tunc pertinent ad vanam obseruantiam, de qua 2. p. huius lib. agendum: si verò dæmonis pactum interueniat, pertinent ad dæmoniacam Magiam, de qua dictum lib. 2. Quintò optima sunt remedia Christiana, tum illa quæ contra cuncta maleficia vim

a Capito-
lin. &
Suidas.

Tom. 2. C habent



34 DISQUISIT. MAGIC.

habent Ecclesiastica, de quibus agendum lib. vi. tum etiam quedam moralia, quibus caro maceratur, & concupiscentia domatur: vt opera penitentia, humi cubationes, cilicia, flagella, ieiunia: his interdum etiam sub mortali, si magna necessitas, homines vti tenentur: vt & alij quae partim in omittendo, partim in committendo posita. In omittendo, vt vitare conspectum rei amatae, & oculi, & alia libidinis irritamenta, de quibus optime Helinandus disseruit. (b) Vis extinguere libidinem? (ait) amoue ligna de igne si stridet incendium. ligna innumerabilia sunt, potissima autem:

b habes
apud D.
Antonin.
lib. 6. hist.
Sum. tit.
13. cap. 6.
§. 4.

Ocia, segnities, somnus, caro, femina, vinum,
Prosperitas, ludus, carmina, forma, puer.
De primo est illud SS. in desiderijs est omnis ociosus. & Ouidij,

Ocia si tollas, perire cupidinis arcus,
Despectaq; iacent & sine luce faces.

De 2. dicit Martialis,

Queritur, Aegyptus quare sit factus adulter:
(ser:

In promptu causa est, desidiosus erat.

De 3. canit Dionysius Cato, in distich.
Moral.

Plus vigila semper, nec somno deditus esto.
Nam diuturna quies vitij alimenta mini-
(strat.

De 4. ait Apostolus: Bonum est non maculare carnes.
De 5.

L. III. P. I. Q. III. S. II. 35

De 5. ait Helinand. mulier dicitur a molliendo, vt & malleus. quia sicut faber per malleum molliat ferrum: sic diabolus per mulierem molliat & malleat vniuersam terram. D. Hieron. Ferreas mentes libido demar. Claudianus;

Ferrea lasciuia mollescunt corda sagittis.

De 6. Apostol. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, Virg.

Et Venus in vino, ignis in igne furit.

De 7. Ouidius; (dis.

Luxuriant animi rebus plerumq; secundis.

Salomon in Prouerb. Prosperitas stultorum eos perdet. D. Augustinus: Secundae res Sapientum animos fatigant: plustobfuerunt Salomoni, quam profuerit ipsa sapientia. contra, aduersitas aliquando retrahit a peccatis. ided ait Dominus Osee 2. Sepius aures tuas spinis, vt semitas tuas non inuenires, & post amatores tuos non cureris. Spinæ, sunt aduersa.

De 8. ludi nomine iocum intelligit omnem. castitia enim libidini repugnat, teste poeta:

Non solet in mæstos illa venire choros.

De 9. carminis nomine omne melos musicum comprehenditur, siue voce, siue instrumentis fiat. Esa. Cythara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum, in conuiujs vestris: hinc, & opus Dei non resuscitis. addit Helinand.



36 DISQUISIT. MAGIÆ.

nand. Difficile inuenitur aliquis leuis vocis & gratis vitæ: quippe cum vocis leuitas cantum desideret, vitæ grauitas planctum.

De 10. est illud,

Rara est concordia formæ atq; pudicitie. & illud:

Lis est cum formæ magna pudicitia.

De 11. ait Helinandus: Quantum enim periculi sexus adfert in muliere, tantum ætas in puero. periculosa est ætas pueri, periculosior societas, periculosissima verò familiaritas. Vnde legitur in vitis pattum; Nō habendam familiaritatē cum femina, puero, vel heretico. Hactenus ex Helinando Antoninus.

In faciendo consistunt, occupatio mentis in curis grauioribus, cogitatio mortis & inferni, lectio bonorum librorum, preces ad Deum fusæ, implorata auxilia Beatorum, & Angelorum, & maximè Beatissimæ Dēiparæ Mariæ; quæ, vt castitatis amantissima, summo opere desiderat homines hæc spurci amoris lue liberare. Vtile quoque frequenter meditari, non externam illam & perituram cito speciem, quæ fragilis, caduca, sæpe nendosa & fucata, & falsis tantum lenocinijs adumbrata; sed rimari cogitatione internam & profundiorē corporis constitutionem. quid illa fuit, antequam nasceretur? stilla seminis spurci & olidi. quid nunc est? fæccus stercoreum. aufer cuticulæ pelliculam, quid

L. III. P. I. Q. III. S. II. 37

quid illa tetrius aut horribilius? quid cadaueri propius: sterquilinum niue contactum albet. soluantur niues: pax, pax naribus & oculis, clamabunt omnes, & diffugient. Niue fugacior est forma. non liquatur, sed vanescit. illam aqua excipit: hanc quid nisi deformitas & formido, qualis mormolycij? cum anima diffugerit, quid futura hæc siue Lais, siue Helena? esca vermium, cadauer putridum, scærens, tabe dissoluendum, ex cuius spinæ medulla serpens terribilis enascetur. Hoc amen, hoc depeream! Narrat Suidas de Hypatia Alexandrina; eam cum consilio nequiret auditoris adamantis importunam sollicitationem abrumpere; panniculos ei suos, fluore menstruo maculatos, obieciisse: Hoc (inquiens) est adolescens quod amas: nihil autem pulcrum. Appa & Gelâ Foroiulicensis ducis Gisulfi filiæ, carnis putridæ sub mamillis positæ odore, suam defendere castitatem. Barbari enim natura ita fatere Longobardorum mulieres opiuati, intactas reliquere. (*Annal. Baior. lib. 3. & Ant. Bonfin. lib. 8. Rerum Hungaricar. Decad. 1.*) Sed & Th. Cantipraten. piū quendam virum, cum cogitationes importunas, cuiusdam mulierculæ, formosæ dum viveret, animo abigere non posset; sepulchrum narrat eius aperuisse, & amplexum cadauer tabidum, faciem faciei eius contaminatæ tabe,



38 DISQUISIT. MAGIC.

vermibusque imposuisse, & in hoc fatore voluntatum ore; donec fator & horror, omnem libidinis memoriam superassent. Quanto efficacius hoc illo ridiculo, & quod nisi præfata lectoris venia nequit referri, quod Hieron. Cardanus (c) præscribit; eum qui (sic ait) stercora recentia amicæ in suo ponat calceo, & calceum statim induat; amore liberandum. vtatur ille suo remedio, apagè has sordes. equidem terro odore amorem cum fastidio commutandum crediderim, quamdiu fator durabit: post, nescio; nisi quis mentem similibus (quas dixi) cogitationibus muniat, armetque. His remedijs continentur, quæ ex Auicenna Niderius posuit (d) excepto sexto, quod implet Formica - met fatetur sæpè non proficere.

c lib. 2. de
variet.

d lib. vlt.
Formica -
rij.

QVÆSTIO IV.

De maleficio hostili.

HOSTILE vocatur, quicquid in bonis animi, corporis aut fortunæ damnum infert, aut aptum est inferre, aut ideirco adhibitum fuit à malefico vt inferret. primum actu, secundum potestate, tertium intentione huiusmodi est. quæ in his interueniunt, vt plurimum sunt frigida, amara, noxia, & naturæ humanæ hominumque salutis contraria, idèd venena mala vocari vult (e) Gril-

c 9. 3. n. 25

land.

L. III. P. I. Q. IV. S. I. 39

land. contra quam in amatorio, in quo censet vt plurimum interuenire, res calidas, dulces, amœnas homini, & coadiuuantes naturalem calorem & potentiam luxuriandi, & ideo à lege hæc vacari bona vel non mala venena, quia non sunt instituta hominis necandi causa: (f) hæc perpetuò vera non esse, facile credent, qui præcedentem quæstionem accuratè legerint. De præcipuis ergo hostilis maleficij generibus nunc agamus, & quia prolixa atq; varia disputatio est, in suas sectiones eam partiamur.

fl. 3. §. hæc
adsectio.
D. ad leg.
Corn. de
ficar.

SECTIO I.

De fascinatione.

DE Fascinationis etymo falsam arbitror opinionem illorum, qui deducunt à fando, quod incantationibus inducatur. potius fascino formatur à Græco Βασνάω, mutatis duabus litteris. Βασνάω significat inuidere, hoc est, teste Tullio, nimium videre. nam qui inuidet, ab inuidèdo nequeunt oculos suos auertere. Vbi nos habemus Deuter. 28. v. 56. inuidebit fratri suo: ibi Græcè est, Βασνάει; quod D. Augustin. (g) vertit, fascinoabit, Chaldeus autem, habebit oculum nequam.

l. loent.
Hebraic.

Fascinationis nomen tam latè patet, vt ad omnem grauem deceptionem porrigitur.

C 4



h Sap. 7.
v. 12.

i ad Gal.
3. v. 1.

*Videtur
Calum. in
c. 22. Exo.
de fasci-
natione,
cum vul-
go sensisse
Eiusq; dis-
cipulis Be-
ned. Are-
tius aper-
tius id sen-
sit proble-
ma. de Fa-
scinat.*

sententia est. quare nihil probant pro vulgari delirio, de fascinatione proprie dicta; qua fieri putant, vt quis belle valens, solo alterius inuido vel maligno adpectu, aut maligna laude, vehementer lædatur, pueri potissimum, agni quoque, gallinæ & pecora. cuius rei (vt in mendacio necesse est) varias atque nonnullas pugnantis singuli causas comminiscuntur, sunt, qui ad astrum natale fascinantis confugiunt: sed tunc omnes illi nati hora fascinatores forent. Alij causantur inuidiam animi: hanc volunt in oculos erumpere, aërem inficere, & sic se penetrare in eius, qui visus fuit, oculos propter rectitudinem visuorum radiorum. hoc refutatum

40 DISQUISIT. MAGIC.

tur. sic ait sapiens; (h) Fascinatio nugacitatis obscurat bona. Græcè est βαρκαρία & φαντομας, id est, fascinum vile, nugax, & nihili: phrasi Hebræa, hoc enim voluit, nos à vilissimis & minimi precij quisquilijs terrenis, sic præstringi & ludificari, vt ad vera bona cæcutiamus. Sic D. Paulus (i) quis vos fascinavit, non obedire veritati? hoc est, quis vestram salutem & veram fidem vobis inuidens, aded vos dementavit, vt ad lucem clarissimam caligeris; & aded subito defeceritis ab ea fide, quæ tam manifestè vobis tradita fuit, ac si penicillo prædicationis ante cuiusque mentis oculos Christus pro vobis crucifixus foret? vera hæc locorum istorum sententia est. quare nihil probant pro vulgari delirio, de fascinatione proprie dicta; qua fieri putant, vt quis belle valens, solo alterius inuido vel maligno adpectu, aut maligna laude, vehementer lædatur, pueri potissimum, agni quoque, gallinæ & pecora. cuius rei (vt in mendacio necesse est) varias atque nonnullas pugnantis singuli causas comminiscuntur, sunt, qui ad astrum natale fascinantis confugiunt: sed tunc omnes illi nati hora fascinatores forent. Alij causantur inuidiam animi: hanc volunt in oculos erumpere, aërem inficere, & sic se penetrare in eius, qui visus fuit, oculos propter rectitudinem visuorum radiorum. hoc refutatum

à nobis

L. III. P. I. Q. IV. S. I. 41

à nobis supra li. 1. q. 4. & incidunt isti in Anicennæ delirium; qui vim animæ vnus effectiuam in corpus alterius tribuebat. Alij (vt Balduin. Ronsseus epist. 48.) spirituum putridorum ex oculis fluentium vitio id tribuunt: sed hi supponunt visionem fieri emissionem rei alicuius in obiectū; quod cum Aristotele præcipui Peripaterici negant. Si respondeant, nihil emittere videntem eo quod videat, sed spiritus istos erumpere ex oculorum partibus quæ circa orbem circumiectæ; ad eum modum, quo nos ipsi falsi sumus, lippitudinem adpectu propagari: Occurri facile potest, sic tantum nocere omnia contagiosa, vt lippitudinem, & pestem; item venenata, vt scorpionum & buffonem: sed nihil horum dici fascinare proprie loquendo, solum verò dici inficere. Alij confugiunt ad temperiei & substantiæ dissimilitudinem: sed inter res eiusdem speciei nequit tanta esse substantiæ pugna atque dissimilitudo. non enim basiliscus basilico, non vipera vipera, sed hæc homini, ille ceteris animalibus, nocet. Nam vt vnum animal alteri tam sit noxium, id ex vehementi antipathia nasci necesse; hanc verò ex differentia specifica, quam sequitur differentia temperamenti.

Sit ergo conclus. i. Fascinatio proprie dicta (prout illam vulgò sumunt) est aliquid,



non naturale, sed fabulosum superstitionis-
sumque. hanc conclus. optimè docent, Le-
onard. Vairus, Laurent. Ananias, Francil.
Valesius, & Iulius (k) Schalig. Probatum au-
thoritate magni Basilij, qui spernit vt mulie-
brem nugacitatem (*homil. de Inuidia.*) dein-
de quia (vt vidimus) naturalis idonea causa
nulla assignatur. tertio, quia nec Hippocrat.
nec Galenus, nec vllus veterum medico-
rum (si Valesio credimus) huius fascinationis,
cum fusissimè tamen egerint de cunctis
morborum differentijs & causis, memine-
runt.

Secunda conclusio, Restat, fascinatiõ na-
scatur ex pacto; ira, vt aspiciente malefico vel
laudante, Diabolus modis sibi notis lædat
eum quem dicimus fascinari.

Hæc est sententia D. Basilij supra quam
copiose & solidè probat Vairus d. lib. 3. cap.
1. Hinc iam sequitur fascini definitio: fasci-
num est perniciofa qualitas, demonum arte
illata, ob tacitum expressumue hominis &
dæmonis pactum. hanc malam qualitatem
Diabolus per ærem circumstantem distan-
dit; ærem infectum sibi proximum homo
respirando, per cordis arterias, ad eor attra-
hit, vnde labes & tabes mox toti corpori
communicantur. (l)

Obijciuntur nobis nonnulla. primo au-
thoritas poetarum; vt,

Nescio

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat
(agnos)

Item Baccare frontem

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Et contra hanc fascinationem in si-
num despuabant Theocrit.

ὡς μὴ βασκανθῶ τοῖς ἐς ἑμὸν ἔπιουσι κέ-
λων

Vt non fascinet ter in meum expui sinum.

Solent quidam huc referre illud Al-
bij Tibulli, (m)

Hunc puer, hunc iuuenis turba circumste-

(ut arcta:

Despuit in molles & sibi quisq; sinus.

Prior illos versus refutat; qui docet, il-
lum, de quo agit, vt insanum ac lymphatum
cinctum fuisse corona puerorum & cetero-
rum, qui tamen, ne quid ijs detrimenti ab
aspectu tactuue insani hominis continge-
ret, despuendo se sibi consulere arbitra-
bantur. huius superstiosæ auersionis, vt
consuetæ, testis est Theophrastus *li. de Cha-
racterisimis*, in superstitionis descriptione. 2.
objiciunt auctoritatem Aristotelis in Pro-
blem. & Plinij, qui multa nobis remedia cõ-
tra fascinationem inculcant: putant igitur
esse aliquam naturalem. 3. SS. obijciunt, quæ n *Eccle-
asiteri*, nihil oculto nequiuu creatum esse (n). *Isaïc 31.*
Sed ad 1. respondeo locutos esse ex vulgi v. 15.

opi-

Vairus

l. 2. & 3.

de fascino.

Anan. l.

4. de nat.

dæm. Va-

les. *Sacra*

philos. c.

68. Scha-

lig. *de sib-*

ul exer-

cu. 349.

I vide

Vairum

li. 2. de fa-

scino, cap.

vl.



44 DISQUISIT. MAGIC.

opinionē, vt solent poëtae. Ad 2. ab his quædam tradi remedia sanandæ naturali contagioni, & morbis flatulentis, vt est ruta; de qua cùm loquitur Aristoteles, satis disertè negat, morbum fascinationi tribuendum; vt etiam est Orchis Pliniana. hæc autem physica remedia dumtaxat probant, ijs sanati morbos aliquos naturales; quos imperitum vulgus ex fascinatione natos putans, decipitur. Tradit & alia quædam Plinius remedia, sed planè superstitiosa, vt (quod dixi) despucere in sinum, oscillum limatum portare, digitos turpiculum in morem intentare, & huiusmodi nugacissima alia; quæ vero morbo effugando planè constat inutilia. Ad 3. dico dici oculum nequissimum, quia cõcupiscentiæ & peccati fenestra esse solet, malorumque animi affectuum index illecebrosus.

Vnde igitur orta opinio illa de oculo vel laude fascinante? fortassis inde, quòd pueri, qui solito crassiores, nitidiores, pulchrioresque sunt, à feminis virisque occurrentibus solent attentius aspici, laudari, palpari, motitari, in vlnas & palmas accipi. Verissimum verò est dictum illud Hippocratis; habitum, qui ad summum bonitatis attingit, esse periculofum: & illud Cornelij Celsi; Qui nitidiores solito sunt, suspecta sua bona habere debent. Cùm ergo infantuli, ob naturalis habitus teneritudinem, cùm visi sunt optime va-

L. III. P. I. Q. IV. S. II. 45

mè valere, sæpè ex inopinato in magnum aliquod vitæ discrimen incidunt, vulgus non intelligit causam tam repentinæ mutationis, & quia hanc non intelligit, suspiciosum in malum, culpam in adspicientium atque laudantium oculos & verba coniicit: quos cum quotidie pueruli pulchelli & obesuli plurimos habeant: facile anus aliqua rugosa & deformis in hoc numero reperitur. quod genus cùm sit tetrum, morosum, & odiosum, ei potiùs adscribitur noxa, quam ceteris. Hanc vulgi opinionem paulatim (quæ mortalium curiosa leuitas est) etiam doctiores nonnulli superstitiosi sunt secuti. tandem ab infantulis ad agnositum, in quibus causa non admodum dissimilis. deniq; proserpens per audaciam ignorantia, ad equos, segetes, & alia fabulam produxit.

SECTIO II.

De maleficijs venenarijs.

SECUNDO se loco nobis offert *veneficium*, propriè dictum. Wierus nullum agnoscit huiusmodi, quia putat nisi vero ac naturali veneno sagas nocere non posse: nec ab eo longè abit Lerchemeras Lutheranus. Sed huic magistrum eius Lutherum: illi, venerandum (vt solet vocare) præptorem suum Agrippam, perfidos perfidis, pollem



o Com-
men. in
epistol. ad
Galat. c.
3. in Ger-
manico.

46 DISQUISIT. MAGIC.

possem obijcere, si qua tenebrionum isto-
rum auctoritas foret. Sanè Lutherus nimis
magnificat hæc in re demonis potestatem.
dicit eum in toto mundo regnare (p) & mox
regnum illud quale sit, explicat his verbis:
Sumus autem nos omnes corporibus & re-
bus subiecti Diabolo, & hospites sumus in
mundo cuius ipse Princeps & Deus est. Ideo
panis quem edimus, potus quem bibimus,
vestes quibus utimur, imo aer, & totum quo
vivimus in carne, sub ipsius imperio est.]
Hæc ille blasphemus. Ergo iam Princeps
& Deus dæmon illi: qui certè mundi pars
fuit nos Deum vnum cognoscimus, dæmo-
num iudicem Principemq;, mundi vt con-
ditorem ac rectorem, sic Dominum Deum-
que. Ergo, corpus & res omnes Lutheri dia-
bolo subiectæ nos didicimus, nec in res Io-
bi, nec in corpus quicquam iuris dæmonem
habuisse, nisi discretis à Deo pro illa vice ver-
bis concessum. Ergo Lutheranis aer, & om-
nia quibus vivunt, sub diaboli imperio
sunt: nos fatemur Domini esse oues & be-
ves, & volatilia cæli, & silvarum feras, & ce-
te, & pisces, & quicquid creavit: nec horum
quicquam ad dæmonem pertinere. Mea
sunt omnia, dixit Dominus: excipit Luthe-
rus, que in mundo sunt omnia, & ea adiudi-
cat diabolo. Scio B. Joanni dici mundi princi-
pem Io. 12. v. 31. & 14. v. 30. & a B. Paulo prin-
cipem

L. III. P. I. Q. IV. S. I. 49

cipem & rectorem mundi, Ephes. 6. v. 12. & ab
eodem 2. Corinth. 4. v. 4. Deum sæculi huius:
sed imperitè Lutherus mundum & sæcu-
lum accepit de rebus que in mundo existunt
omnibus, quod de solis malis hominibus
per metonymiam dictum, qui eum mundo
seruiant & sæculo, mundi & sæculi nomine
nominantur, & quia seruos se & mancipia
diabolo dedicant, ipse princeps eorum &
rector, & quia eum colunt, sic Deus eorum
dicitur, sicuti & Iurconum Deus est. venter.
hanc lectionem & interpretationem am-
plectuntur Cyrillus & Ambrosius, in D.
Pauli epist. & D. Aug. l. 27. cont. Faustum c. a.
& 9. & eam non improbant alij quidam Pa-
tres: communior tamen ea disunctio est,
vt dicatur, in quibus Deus, huius sæculi exca-
cauit mentes: & sic diabolus non vocatur
Deus, sed qui est vnus & verus Deus, sic ma-
lunt Irenæus lib. 3. cont. her. cap. 7. & lib. 4. c.
48. Tertullianus lib. 5. cont. Marcionem D.
Chrysof. Theophilæ. Oecumen. & Primas in
d. c. 4. Nullus verò Patrum sic diabolum re-
rum ceterarum corporearum, vel Princi-
pem, vel Deum vocauit, sicut dixit Lutherus:
qui satis apertè in Marcionis & Manichæi
errorem deflexit. Nec etiam Lambertus
Danæus Calvinianus (p) satis consideran- p cap. 3. de
ter locutus, cum dicit diabolum quicquid in sortiar.
his terris natura est corruptibile, corrumpere
posse,



48 DISQUISIT. MAGIC.

posse, nisi à Deo conferretur. dicere debuit, si Deus illi permittat. Nam si Deus conseruationem subtrahat, ipsum illud per se corrumpatur, non per dæmonem. Sed his omissis

Sit concl. Permittente Deo, maleficijs suis sagæ complures mortales morbis grauissimis vel morte afficiunt.

Probatur hæc sententia primum auctoritate D. Augustini libr. 10. de ciuitate Dei, quod habes cap. nec mirum, §. magi, 26. q. 5. & serm. 207. de temp. & lib. de diuinat. dæm. cap. 6. & Conc. Constantinopol. in Trullo can. 61.

2. Probatur iure Pontificio, d. c. nec mirum, & const. Inno. VIII. Alex. VI. Hadr. VI. Leo. X. de malef. & incant. in 7. Decretal.

3. Ex iure ciuili, l. multi, C. de malef. & Mathem. l. eorum, C. eo. t. §. item lex Cornelia. Inst. de pub. iud. Leonis Imp. Nou. 65. Carolina constitutione: denique leges & praxis Italia, Hispaniæ, Galliæ & Germaniæ hoc confirmant.

4. Historijs omnium gentium. paucas tangam. Narrat Villamontius scelerum omnium scelestissimum quiddam, Venetijs maleficum fuisse, qui dæmatorum in Tirimibus animas emebat promittens liberationem à tetra illa seruitute pœnæ, & nunc meant

L. III. P. I. Q. IV. S. II. 49

merans decem anteos pro illorum anima, quam chirographo proprio sanguine notato vendebant addicebantque dæmoni & malefico. mox ne retractare possent certo contactos veneno subito necabat. Addit se interfuisse supplicio, quod de isto sumebatur. (*lib. 1. Itinerarij c. 33.*) quis vnquam talia vel fando audiuit: narrat præterea And. Theuetus, (9) in Africæ oppido Guzola, Elza-
nam quendam spacio duorum annorum malis artibus plus quam octingentos homines interfecisse. Narrat Spreng. in *Mall. p. 2.* duas in Episcopatibus; Basileensi & Argentinensi, concrematas obstetrices, quia vna earum quadraginta, altera innumerabiles pueros recens in lucem editos necauissent, inditis clam in eorum capita grandibus aciculis. Scribit Ioann. Nider. *Formicarij lib. 5.* in territorio Bernensi quosdam maleficos vtriusque sexus suos proprios infantes occisos deuorasse: idemque factum ab alijs in disitione Lausanensi. Et I. C. quidam Francofurtensis, (10) Præterito anno (inquit) Co-
mes quidam superioris Germaniæ octo veneficas, quæ CXL. interfecerant infantes, Vulcano tradidit. Anno LIII. captæ sunt Berlinæ duæ feminae veneficæ, quæ glaciem ad perdendas fruges perficere conatæ sunt. Et quæ mulieres rapuerunt furto alterius vicinæ mulieris infantulum, & ipsum disse-

q. lib. 7.
Cosmogr.
c. 13.

r Godel.
c. lib. 1. de
Lamijs.
c. 7.



„ etum coxerunt. Factum est diuinitus, vt ma-
 „ ter quarens infantem, interueniret, ibique
 „ ollam, & imposita amissi infantis membra
 „ videret. Captis itaque mulieribus & in tor-
 „ tura examinatis, dixerunt, si processisset co-
 „ ctio, tunc futura fuisset ingens glacies, ita vt
 „ omnes fruges perderentur.] Scribit Carda-
 „ nus, (f) circa annum Domini, 1536. Salassie
 „ circiter quadraginta viros ac feminas coniu-
 „ rerum. ca. ralle, inter quos carnifex erat, vt cum pestis
 „ antea sauisset, tunc vero iam mitesceret, vn-
 „ guentum conficerent, quo, tangentes por-
 „ tarum coronidas, inficerentur: puluerem
 „ quoque confecisse, quem super vestes clam
 „ spargerent. Latuit aliquam diu hęc res, sub-
 „ latique multi. Sed cum cuiusdam, nomine
 „ Neri, fratrem atque vnicum filium sustulif-
 „ sent, vixque alij quam Domini domuum, aut
 „ filij perirent, simulque animaduertissent an-
 „ drogynam se in domos insinuantem, atque
 „ eos maxime perire, quorum domos ingre-
 „ deretur, deprehensa coniuratione omnes
 „ exquisitissimi tormentis necati sunt: falsi
 „ etiam decreuisse in pompa celebri Diui cu-
 „ iusdam, subsellij perunctis vniuersos ciues
 „ occidere, parataque ad hunc usum supra vi-
 „ ginti ollas. Tentarunt & idem alij Geneue
 „ post, sederuntque pœnas.]

9.3.5. Grillandus (r) docet hęc contingere vel
 introsumptione, vel applicatione exteriori

Per

per contactum. Eorum quę per intussum-
 tionem fiunt, agnoscit duos modos, nempe
 vnum per cibum aut potum, quando vene-
 na (vt plurimum) in puluerem trita ijs im-
 miscent: alterum agnoscit, qui fit per inun-
 ctionem, quando maleficiandum (inquit)
 (u) siue masculus sit, siue femina, dormien-
 tem, suis liquoribus, aquis, oleis, aut pingue-
 dine, siue alijs similibus vnctionibus plura
 & diuersa venena continentibus inungunt;
 quandoq; femora, quandoque autem ven-
 trem, aut caput, guttur, pectus, costas, seu
 aliam partem corporis personę maleficiā-
 da, quę sic dormiens nihil sentit, & est tan-
 ta vis & potentia illius vnctionis, quod pau-
 latim durante calore ipsius dormientis, in-
 greditur intus carnes, & vadit ad penetralia
 cordis viscerum maleficiati: vnde paulo post
 causantur ingentes dolores in corpore eius,
 cum primum scilicet maleficium vel factu-
 ra (vt dicunt) tangit intestina maleficiati. il-
 linc succedunt maximi vlulatus, & lamenta-
 tiones tam crebra.] Addi debet tertius mo-
 dus per inhalationem. omnium enim pesti-
 mum est veneficium illud, nec enim huius-
 modis vel crassioris materię vehiculo indiget,
 quibus facilius occurrit: sed ipsum tenui-
 tate sua, ore attractum citò ad cor se pene-
 trat. Hęc causa cur agyrta ille insignis vene-
 ficus, in quadam Italie ciuitate, cum alio suo

u. d. 9.3.7.
29.

D

2112



antagonista, de theriacæ contendens efficacia, vicerit. alter venenū illi liquidum, quod poterat efficacissimum, infuderat. cui sumptione antidoti mox obuiavit. Ipse contra alterius hiare itussi pixidulam ori apposuit, in qua buffo inerat viuis, cum semiclausa & sapiculè semiaperta velociter pixidula, ingessit halitum virulentum, & breui momento hominem confecit. Scilicet hic Christiano populo dignus est ludus, & bene institutæ resp. quæ certamina huiusmodi permittunt. Ipsi etiam malefici interdum afflando vel inficiunt, vel necant. Narrat Sprengerus, (A) mulierem quandam inter Breisfacum & Friburgum, cum vicina litigasse, mox cum noctu ante ostium domus aliquid ageret, ventum quendam calidum è domo feminæ alterius ex opposito habitantis, in faciem ei insufflasse, vnde & subito lepram contraxerit. In diocesi eadem & territorio Nigræ Siluæ, maleficam dum à lictore strui lignorum preparata imponeretur, ei dixisse, En tibi à me mercedem, simul in vultum eius insufflasse: & ecce, miser operitur totus horrenda lepra, quæ paucorum dierum spacio eum pluribus adiunxit.

Hæc veneficia inhalatoria, non satis à nonnullis intellecta video. Bodinus vim refert ad ipsius anhelitus virulentiam. Sed nulla tanta potest esse hominis cum homine antipa-

x Mallei
p. 2. q. 1. c.
11.

antipathia, vt docui sect. precedente: nisi forte ex alimento, vt de puella Aristotelis, Napelo nutrita, legimus: sed tunc non cui veller malefica dumtaxat noceret, verum cunctis mortalibus noxius anhelitus strigis foret. Danæus tribuit veneno in ore gestato. hoc Bodinus impugnat argumento, cui dicit responderi non posse, nempe quia venenum hoc prius noceret ipsi malefico quam alteri. Nodum vides (Lector) insolubilem. Sed ride, quod vides. quid si dicat Danæus, maleficum prius se antidotis contrarijs præmunisse? concidat nimirum stramineus ille ventosi hominis Achilles. sic ille ipse Bodino non ignotus faciebat Italus Parisijs, tam carus Catharinæ Medicæ, qui chirothecis, globulis, vel pulueribus suaefragrantibus alios solo necabat odore, illæsus ipse. Vera causa est, hæc ex pacto fieri per demonem vt plurimum, afflante incassum Mago, & putante hæc halitu fieri suo. Est quidem venenorum quorundam mira efficacia, quæ possint subitam lepram inducere, vel lethum: & possit demon, quæ nouit antidota, suis præscribere, & illi innoxij possent in alios pestem transfundere, sed id fati contingere putandum.

Hæc interius sumpta, Grillandus (y) scribit fieri per compositiones & mixturas multiformium venenorum, quædam ex her-

harum folijs, feiticis, aut radicibus. animalibus, piscibus, aut reptilibus venenosis, lapidibus, & metallis, mixtura quam vtilius ignorari, & interdum in pulueres, interdum in liquida, addo & in vnguina reduci.

- Alia dicit Grilland. esse extrinseca, vt sunt
- a* Grill. 9. in primis quæ solis verbis fiunt (z) in quibus iam docui ex pacto, ad signum constitutum, omnia fieri à demone, vt sunt etiam, quando latenter (vt idem ait) (a) sortilegia sub certa quapiam forma composita, chlamydi assunt, vel in lecto abscondunt ipsius maleficiandi, seu in aliquo loco subterraneo fouea facta, aut sub limine ostij, super quo destruendus sit transiturus, aut in aliquo loco subterraneo fouea facta.] Quosdam autem addit capere residua eorum quos volunt inspicere, alios exhumare mortuos, & vt eorum vel vestiu, vel carnibus, vel pinguedine, vel ossibus, alios à suspensiois mutuari nonnulla. Quod nec veteribus ignotum fuisse reperio. Sic enim de Canidia Horatius (b) canit ab ea infossum, & terra obrutum, post multas lincinationes insignibus raptis ingenuum puerum, vt posset

*Longo die bis, terue mutata dapis
Inemori spectaculo.*

*Cum promiueret ore, quantum extant aqua
Suffensa mento corpora,
(cu infanticidium)*

Exertia

b Epod.
ed. s.

Exertia vt medulla & aridum iecur

Amoris esset poculum,

(cu maleficium philticum)

Interminato cum semel fixa cibo

Intabuisse pupule.

Et alibi de eadem, (c) quod ad maleficium hostile spectat, dicit amaro vtens sarcasmo,

O nec paternis obsoleta sordibus,

Nec in sepulchris pauperum prudens anus

Non emdiales dissipare pulueres.

Hunc ergo diem ex tribus ternarijs obseruabant: vt & ille qui terna tribus coloribus distincta licia. Sed apertissime quod dixi Lucanus adstruit: (d) in primis enim illam in nudis bustis habitantem depingit, & habitantem tumulos expullis vmbriis, tum addit, primum de nece hominum, deinde & de instrumentis magicis, quæ dixi:

*Viuentes animas, & adhuc sua membra re-
(gentes*

Infodit busto, fatis debentibus annos,

Mors inuita subit, peruersa funera pompa

Rettulit à tremulis fugere cadavera lethum.

Fumantes inueniunt cineres, ardentiaq, ossa

E medijs rapit illa rogis, ipsamq, parentes

Quam tenuere face, nigraq, volantia fumo

Feralis fragmentatori, vesteq, fluentes

*Colligit in cineres, & olentes membra fa-
(uillas.*

D 4

(hæc



56 DISQUISIT. MAGIC.

(hæc è rogis rapere, addit mox quæ de sepulchris sumat)

Ast ubi seruantur saxis, quibus intimus huius
(mor

*Ducitur, & tracta durefcunt tabe medulla
Corpora: tunc omnes animæ defant in artus,
Immergitq; manus oculis, gaudetq; gelatos
Effodisse orbes, & sicca pallida rodit*

Excremèta manus: laqueû, nodosq; recentos.
(sic corrigo)

*Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,
Abrasiq; cruce, percussaq; viscera nimbis
Vulsit, & incoctas admissis sole medullas.
Inferium manibus chalybem, nigramq; per*
(artus

*Stillantibus tabis saniem, virusq; coactum
Sustulit, & neruo morsus retinente pependit.*

(Hæc de suspendiosis, sequitur, de inhumatis)

*Et quodcumq; iacet, nuda tellure cadaver,
Ante feras volucresq; sedet, nec carpere*
(membra

*Vult ferro, manibusq; suis, morsusq; lispors
Expectat sicca raptura è faucibus artus.*

(Efficaciora enim putabant, quæ sic feris erepta, quam quæ ipsæmet maleficæ defecuisent. sed pergit deinde, quo pacto & viuos iugularit, & eorum abusa sanguine & extis.

Nec cessant à cade manus, si sanguine visco

Est

L. III. P. I. Q. IV. S. II. 57

*Est opus, erumpat iugulo qui primus aperto.
Nec refugit cades, vinum se sacra cruorem,
Extiq; funerea poscunt trepidantia mensa.
(Addit etiam de prole exacta seu abortiuo, huiusmodi)*

*Vulnere si ventris, non qua natura vocabat
Extrahitur partus calidis ponendus in*
(aris.

(Subdit, si opus habeat adolescentis vel viri violenter necati anima quam euocet; ipsam indiscriminatim, quos velit necare.)

*Et quoties seuis opus est ac fortibus umbris,
Ipsa facit Manes. hominum mors orans in*
(vsi est.

*Ille gena florem primauo corpore vulsit,
Ille comam leua morienti abscedit ephebo.*

(Nec patricidij expertem putes, non magis quam nostras striges: voluptas præcipua illi, seuire in proximos.)

*Sepe etiam caris cognato in sinere dira
Thessalis incubuit membris, atq; oscula figēs.
Truncantq; caput, comprehensaq; dentibus ora
Laxant, siccoq; herentem gutture linguam
Præmordes gelidis insudit murmura labris,
Arcanumque nefas stygiis mandant ad*
(umbras.

Vides diligentissimum poetam, nihil conatum prætermittere, qui mos illi. L. Apuleius, *Miles. lib. 2.* Nam nec mortuorum quidem sepulchra tuta dicuntur (à lamis:) sed &

D 5

bustis



58 DISQUISIT. MAGIÆ.

bus & rogis reliquæ quædam, & cadaue-
rum præsemina, ad exitiabiles uiuentium
fortunas petuntur: & cantatrices anus, in
ipso momento choragij funebris, perpeti
celeritate, alienam sepulturam anteuertunt.
His meis addit alius, imò verò istic nec vi-
uentibus vllis parcitur. & nescio quis, simi-
le passus, ore vndique omnifariam deforma-
to, truncatus est. En de maleficio hostili,
quod de iisdem Thessalis Lucanus dixerat.
Narrat deinde, quæ vera fuisse videtur ad-
modum probabile. Mox igitur ita scribit.
Insit Telephron: Pupillus ego Mileto pro-
fectus ad spectaculum Olympicum, cum
hæc etiam loca prouinciæ famigerabilis ad-
ire cuperem, peragratata tota Thessalia, fuscis
aibus Laryssam accessi: ac dum singula per-
errans, tenuato admodum viatico, pauper-
tati meæ fomenta conquirō, conspicor me-
dio foro procerum quendam senem, insiste-
bat lapidem, claraque voce prædicabat: Si
qui mortuum seruare vellet, de precio lice-
retur. & ad quempiam pretereuntium, Quid
hoc, inquam, comperior: hiccine mortui so-
lent aufugere? Tace, respondit ille. nam op-
pidō puer, & satis peregrinus es, meritoque
ignoras Thessaliæ te consistere: vbi sagæ
mulieres ora mortuorum passim demorli-
cant, eaque sunt illis artis magicæ supple-
menta. Contra ego, & quæ tu, inquam, dic
fodes.

L. III. P. I. Q. IV. S. II. 59

fodes, custodela ista feralis: iam primum, re-
sponderet ille, perpetem noctem eximie vi-
gilandum est, exertis & inconuersis oculis
semper in cadauer intentis, nec acies vs-
quam diuertenda, imò nec obliquanda qui-
dem. Quippe cum detrectima versipeiles, in
quoduis animal ore conuerso. latent ob-
repant, vt ipsos etiam oculos solis & iustitiæ
facile frustrentur. Nam & aues, & rursus
canes, & mures, imò verò etiam muscas in-
duunt. (*En primum maleficium, sicut Metamorph. Et sic clancularius ingressus*) Tunc diris
cantaminibus iomno custodes obraunt, (*en
secundum de maleficio somnifico, quod in hunc
locum reseruarant*) nec quisquam definire
poret, quantas latebras nequissimæ mulie-
res, pro libidine sua comminiscuntur, si qui
(*custodum*) non integrum corpus mane re-
stiterit, quicquid inde decerptum diminu-
tumque fuerit, id omne de facie sua deseda
sarcire compellitur. Interponit postea nar-
tationem prolixissimam, & abs te nostra,
quare totam prætermitto. finis rei fuit iste.
Telephron, mille denarijs conductus, subit
custodelam, dum vigilat, en mustelâ paruu-
lam in eum fixo intendentem, fugat illam,
sed somno consopitur. interea sagæ, prole-
ctis eius naribus ac auribus, vicariam in eo
laeniam exercent, & ceram in modum pro-
sectarum ei partium applicant examissim.
Quo



60 DISQUISIT. MAGIC.

Quo ille post die per cadaver loquax audito, temptare aggressus, iniecta manu nasum prehendit, & manum nasus sequitur, aures pertractat, ambæ deruunt. sic, pro mille nummulis, debilitatus, in patriam redire nõ sustinuit, sed capillis hinc inde laterum deiectis aurium vulnera celauit, nasi verò decus linteolo pressim agglutinato decenter obtexit. Gnostici hæretici, Zoroastris Magi disciplina imbuti, cuius & libros quosdam in lucem ediderunt, (c) humanas amabant viscera, vt vocat Iustinus, seu cæthæstas Thyestæas, vt vocant Athenagoras & Theophilus, seu sacramentum infanticidij & inde pabulum, vt ait Tertullianus: infanticidij enim fætere contactum certatim confodiebant, sanguinem lambebant, & membra singulis dispertiebatur, vt narrant Minucius, Epiphanius, & Eusebius, quam calumniam Gentiles, in Christianos omnes mendacissime deuolebant. (f)

In applicatis tantum extrinsecus venenis frequentissime demon ipse damnus infert, & verius videtur contingere in veneno, quo (vt refert Iubertus medicus Aquitanus) si stapes inungatur, equitem ipsum necesse perire. Non credo id naturali vi veneni contingere, quia non credo veneni vllius actiuitatem esse tantam, vt per tot inuolucra se diffundat. Nisi quæ de stygia qua traduntur cre-

L. III. P. I. Q. IV. S. II. 61

credibilia, omne illam metallum penetrare, & sola contineri asinina vngula. Equidem aures mihi putarem asininas enatas, si crederem. Grillandus refert nonnulla (g) fauentia Iuberti dicto; sed & in illis concursum diaboli ex pacto, non vim veneni, recognosco. Inter hæc extrinseca, sunt ollarum defossiones profundæ sub limine, quarum certè naturalis vis non attingit effectum, Aliam maleficij hostilis speciem per arma malo imbuta carmine reperio apud Meierum, his verbis: Primum omnium Aurelianum, conatum fuisse omnem regiam stirpem per scelus extinguere, atque per artes Diabolicas & maleficia quoad regni solium grafari. Tradidisse Ducem gladium, pugionem & annulum suum cuidam monacho apostatæ & socijs eius, vt ea dicarentur diabolicis præstigijs, incantarenturque ad maleficia per illa perficienda. monachum illum in turre Mongeya, iuxta Ligniacum, super flumen Matronam, per artes suas euocasse duos ad se cacodæmones, quibus gladium, annulum, & pugionem, vt illis operarentur, tradidit. Ea instrumenta à cacodæmonibus initiata, incantataque, & reddita monacho, atque per eum Aurelianensi. Per ea instrumenta incantasse ac dementasse germanum suum Carolum Regem aded subtiliter, vt vix quisquam posset percipere. Primam in-

g.d.9.3.
n.30.



„ cantationem factam apud Belloacum, quæ
„ adeo erat virulenta, vt regi vngues atque ca-
„ pilli deciderent. Alterum maleficium in
„ Carnomanis, in quo tanta erat vis, vt nemo
„ mortalium iudicare posset, an viueret Rex,
„ nec ne, lacebat enim absque vilo sensu, &
„ spiritu vitali, quantum cerni posset. At
„ postquam ad se redire cœpit, obsecro (in-
„ quit) auferte hunc gladium, qui mihi cor-
„ pus transfodit; idque mihi facit germanus
„ meus Aurelianus.] Taceo, quod de annu-
„ lo nostris temporibus à fratre fratri Regi
„ Catolo nono dato, penè similia narrat li-
„ bellus Gallicus Parisijs de Henrico tertio ex-
„ culus: sed forte id ab hostibus Regijs tum
„ confictum, & cum famosis libellus ille da-
„ mandus.

SECTIO III.

*De abortu, difficili partu, lactis ex-
siccatione.*

„ **D**E triplici hoc maleficio præter Gril-
„ land. q. 6. alij quoque sunt testes. Sic
„ enim scribit Ioan. Nider, lib. vlt. Formicarij,
„ in oppido Boltingen, Laasanensis diocesis,
„ quidam dictus Stadelain, grandis maleficus,
„ captus per præfatum Petrum iudicem loci,
„ fatebatur se in certa domo, vbi vir & vxor
„ simul manebant, per sua maleficia successe-
„ rit

„ sine in vtero vxoris præfatæ septem citciter
„ infantes, ita vt semper abortum faceret, in
„ femina annis multis necasse. Simile fecit in
„ eadem domo omnibus pecoribus factosis,
„ quorum nullum viuum partum edidit in
„ eisdem annis.] postea ex eiusdem confes-
„ sione instrumentum maleficij, quod fue-
„ rit, ostendit his verbis, subter limen ho-
„ stij domus se lacertam posuisse dixit, & si a-
„ moueretur, sæcunditatem inhabitantibus
„ restituendam prædixit: cum autem serpens
„ ille quæreretur sub limine, nec inuenire-
„ tur, quia in puluerem fortassis reductus erat,
„ pulueres seu terram de subter positam as-
„ portabant, & in eodem anno vxori & omni-
„ bus iumentis domus sæcunditas restituta
„ est.]

De pariendi difficultate, & quidem per-
petua sic Apuleius, (h) Eadem amatoris sui
vxorem, quod in eam dicaculæ probrum
dixerat, iam in sarcinam prægnationis ob-
septo vtero, & repugnato fatu, perpetua
prægnatione damnauit. Vt cuncti nume-
rant, octo annorum misella illa onere, velut
elephantum paritura, distenditur. Latino
Græcus accedit scriptor Pausanias, cuius in
Bæoticis ista habentur, Pharmacidas The-
bani à Iunone missas aiunt, vt parturienti
Alcmena impedimento essent, sed eas, dum
Alcmena partum inhiherent, à Tirestia si-
lia



64 DISQUISIT. MAGIC.

lia Historidē tali commento delusas. Ex eō
namque loco, vnde illæ facile audire pos-
sent, clamauit, peperisse iam Alcmenam;
illas, ea voce deceptas, statim abisse. Alcme-
nam illic puerum enixam.]
De tertio, præter Grilland. legi potest illō
vetustior Spreng. Quædam (ait) nocturnis
temporibus & iacrationibus vtique, ex in-
ductione diaboli, ob offensam diuinæ ma-
iestatis maiorem, in quocunque angulo do-
mus suæ se collocant, vrceum inter crura ha-
bentes, & dum cultrum vel aliquod instru-
mentum in parietem vel columnam infi-
gunt, & manus a mulgendum apponunt,
tunc suum diabolum, qui semper eis ad om-
nia cooperatur, inuocant, & quod de tali
vacca ex tali domo, quæ sanior, & quæ ma-
gis lacte abundat, mulgere affectat, propo-
nit. tunc subito diabolus ex mammellis il-
lius vacca lac recipit, & ad locum vbi male-
fica residet, & quasi de illo instrumento fluat
reponit.] Superioribus annis Treuirensi in
ciuitate combusta fuit malefica, quæ consi-
tebatur se solitam ex pariete per epistomū
lac, quod diuendebat plurimis, mulgere: A-
liæ herbis, verbis, vel solo tactu lacte pri-
uant armenta, pecoraque quæ lubet. Bie-
brana Laodunensis saga solis mīnis vbera
vicinæ mulieris sic exsiccauit, vt ad obitum
vsque sagæ, quamuis multos pepererit, lac
sem-

L. III. P. I. Q. IV. S. III. 65
semper caruerit. Claudam hanc sectionem
verbis Grillandi. Quædam veneficia fiunt ad
desiccandum totum lac vnitis gregis, vel fræ-
cundi armenti vaccarum, ad eod quod nihil
casei penitus reddant, quamuis antea in ma-
xima abundantia reddissent: & similiter
abortiones totius gregis, vel armenti indu-
cere possunt, prout alias vidi, & habui in fa-
cto Romæ, quod duæ maleficæ mulieres,
cum istis maleficijs perire fecerant abortan-
do multos pecudum fetus, & matres desic-
cauerant penitus.] De vtribus in hac lactis
auersione insignibus dicam l. 6. c. 2. sect. 1. q. 3.
lit. L. De hoc auertendi lactis maleficio eius-
que remedio lepida narratio quædam exstat
in Ioan. Beetzij Carmelitæ Præceptorio ad 18
præcept. exposit. ult. c. 7. his verbis; Quædam
vetula dierum malorum plena volens ex in-
tidia impedire lac vaccæ vtrini sui, accepit
cultellum pergens ad ostium domus in qua
fuit vacca, & ponens se contra splendorem
lunæ, dixit:

Hier suydick een spaen in molleken ghetwaent
Ende een ander daer toefoo neem ic het melck
(van deser Roe.

Hæc verba audiens dominus vaccæ attri-
puit fustem, & currens post eam atque per-
cutiens a ebar,

Hier staen ic eenen slach / ende eenen anderen
(als ic mach/

Ende den derden daer toe / so behoude ic dit
Melck metter Ros.



Hoc erat optimum remedium] hec Beetzius vir eruditus, qui ante annos ferme centum triginta vixit inter Carmelitani Ordinis viros illustriores. Huic maleficio simile reperit apud eundem eodem loco de frumenti auersione narratum his verbis; quædam mulier circumiit bonarium cum frumento, dicendo illum versum: super aspidem, &c. post veniens ad domum suam, habuit fistulam in solario, quam manu accipiens & prædicta verba dicens, cecidit totum frumentum illius bonarij coram se per fistulam in solario, & ita furabatur frumentum de agro: quæ tandem per quendam Episcopum deprehensa & combusta est.] hec ille licet barbarè bona tamen fide. Quis non agnoscit frumenti huius vectorem demonem? quid ergo rident illud poëta?

Atq; satis alio vidi traducere messes.

Vel. XII. tabb. prohibitionem; NE VBI
ALIENAM SEGETEM PELLEGERIS.

SECTIO IIII.

De sagittarijs, Assassinis, & Imaginum fabricatoribus maleficis.

i li. s. De creatis de sagutar. SVNT vel præcipui huius classis malefici, quos vocant *Sagittarios*, seu *Ballistarios*; quorum Innocentius (†) tertius Pæpa, vocat

vocat artem mortiferam & odibilem, & sub pœna Anathematis, contra Catholicos & Christianos exerceri vetat. Cuius Pontificiæ sanctionis vereor, vt satis probam nobis interpretationem gregarij iuris interpretes euderint, qui accipiunt de bello iniusto Christianos lacessentibus cum arcibus & sagittis. Quæso quid peculiare, in vêtibus arcu & sagittis? an quod eminens, & quasi ex insidijs? quali verò id in hoste distinguendum, dolo an virtute? quasi minus peccet, qui sic cominus latro, quàm qui sclopo de longinquo interficiat eminens? quid ergo? iam olim mihi visum, canone isto percelli singulare quoddam genus maleficorum; qui *sagittarij* seu *Ballistarij* vocati: quos accurate Sprengerns describit. (k) hi fœderantur demoni, nam ex pacto ipsi addunt animæ & corporis dominium; ille vicissim pollicetur se adfuturum, vt quem, longissime distitum, volent, infalibili ictu traiciant. Solennia seu ritualia sunt ista. præstant demoni homagium, mox sexta feria proxima hebdomadæ Maioris, infra tempus missæ, sacram crucifixi imaginem aliquam sibi deligunt, in quam, vt in scopum, tela colliment; vel (quod Pet. Binsfeldius testatur) sclopo post tergum eiuculato glandes plumbeas emittant. Nec constat an aliqua tunc verba ad hanc operis apostasiam

*k p. 2. m. 1.
let q. 1.
c. 16.*



adijant. Postea, certo telorum numero in crucifixi imaginem emisso, credunt se totidem vno die, quoscunque deligent, necare posse; quoscunque illi loco fuerint, etiam remoto, & concluso. Dæmon enim spondet, se tela eo perlaturum, & hostili in corpore defixurum. Ea tamen hæc lege: si hominem necandum maleficus aliquando viderit, & tunc iterum de nouo actuali (vt vocant) consensu eum occidi voluerit. Vltimò pollicetur tantam illis se, balista bombardæ iaculandi peritiam tributurum, vt denarium capiti impositum, absque capitis læsione, valeant deiecere. Subijcit duo exempla huiusmodi facinorosorum. Vnum Pumcleri cuiusdam, quem tandem rustici fossorij instrumentis pertinacem occiderunt: secundum, alterius, qui, eo quòd miraculose pedem de loco, vbi crucifixum tra-

*I. cada-
bolendam
iecerat, è quo recens scaturiebat sanguis; mo-
c. excom-
municat-
nis. de
har. & in
bulla so-
an. 22. & (l)
alia Leo-
nis 10. sess.
9. in Con-
cl. Later.* uere nequibat, in scelere deprehensus, pænas publicè supplicio persoluit. De hoc ego genere lubens prædictum Canonem cahar. & in pio. Nec obstat, quod malefici magi alijs quoque canonibus sint excommunicari. an. 22. & (l) Cum enim maximè execrabile sacrilegium horum maleficio accedat, sitque notius 10. sess. centius reliquis omnibus, meritò dignam 9. in Con- visum, specialem illis pœnam irrogare, qui cl. Later. hanc infidelibus contra fideles operam nauarent.

uarent. Olau Magnus (m) meminit alterius generis sagittariorum, nempe Lappones & Finnos de plumbo conficere iacula, magica digiti longitudine, & ea per quæuis dissita loca mittere in eos, de quibus vindictam expetunt: & hos oborto carcinoma- te in crure vel brachio, intra triduum vehementia doloris emori.

Vt ego nunc de sagittarijs, sic (nisi fallor) optimè Couarruias, (n) contra vulgi sententiam, explicuit alium canonem Innocentij IV. in. de homic. in 6. quem Theologi & Canonistæ, propter historiarum inscientiam, ad omnes homicidas extendebant, qui conductis hominibus aliquem occidi curarant: cum reuera; vt ille ex Volaterrano, & P. Amylio docuit, de certo tantum genere hominum mentio fiat; & gente, cui *Assasinorum* nomen fuit: de quibus, oculati testes, optimè scripserunt, Tyrri (in qua ditione illi degebant) Episcopus Guilhelm, (o) & Cardinalis atque Episcopus Acconensis Iacobus de Virriaco, (p) quem scriptorem à blattis ereptam Moschus, Pastor Armentariensis, vir doctus & probus, publico bono, typis euulgari curauit.

Haud multum à sagittarijs discrepat genus maleficorum; qui quasdam fabricantur imagines, quas vel acubus pungunt,

*m l. 3. c. 17
n l. 2. var.
resol. c. 20.
o belli fa-
cri lib. 20.
c. 31.
p Orien-
tal. hist. v. c. 14.*



lib. 15. vel ligne liquant, vel confringunt; & sic certum ijs, quos tales imagines designabant, interitum tabe, vel alio mortis genere adferunt. Negat hoc totum Hieronym. Catdanus, (g) Wieri dux, caeci caecus: impugnat, non rationibus, sed puris in Heet. Boethum, Francis. Picum, inquisitores Germaniae, & ipsum D. Augustinum, ut erat homo parum pius, conuictijs. Sed canem contempnas latrantem, quam compeleas facilius. Agnoscere huiusmodi imagines & Iuliusconsulti, (x) & Theologi. (f) & confirmant Poetae veteres, quorum fabulae, semper ex vero aliquo trahebant originem: confirmant, non vnus historicus Scoto-
ror. c. 80. *Grill. 9. 5* *Accurs.* *Salyc.* *Ang. in l. multi C.* *de malef.* *Dihoud.* *in praxi* *crimin.* *alij.* *Inquisi.* *tores Ger-* *maniae, in* *Mall. p. 7.* *q. 1. 12.* *Alj. Ca-* *strius. lib. 1.* *de iust.* *hor. pu-* *nit. c. 15.* *Binsf. de* *conse. fa-* *gar. 3.* *alij.* *epist. H. p.* *sp. els.* *v. l. 1. ferm.* *sal. 2.*

rum Hector Boethus, quem ut singularem adducunt testem, mira de Rege Duffo narrantem; sed & alij complures, quorum exemplis Scotica illa narratio confirmatur, & omnes hos ut mendaces rejicere, Cardanicum & Wiericum, hoc est, temerarium & impudentiam plenum sit. Ex hoc ortam illam narrationem de Meleagri necesse, & fatali stipite Altheae, non diffiteor. Sed sine fabula, clare, & velo leuato canit Ouidius, (t) de Medaea saga;

Denouet absentes simulacra q, cerea fingit,
 Et miserum tenues in iecur urget acus.

Perire hoc, & omnino ex arte: sed (u) Horauus imperitiae, quodd, qua huius erant male-

maleficij, illa transtulit ad animarum euocationem: describens enim apparatusum Saganæ & Canidia Lamiarum, dicit duas ab illis statuas fabricatas, *ceream*; referentem nempe maleficio imbuendum; & *lineam* quæ malefica vicaria erat in affligenda altera.

Lanea 3 effigies erat, altera cerea, maior Lanca, quæ pennis compefceret inferiore. Cerea suppliciter stabat, seruilibus, utq, iam peritura, modis.

Duffi historiam pete ex ipso Boerho, *lib. 11. rer. Scoticarum*, & Cardano & alijs. Francie annales (x) referunt, similia his tentata x *Paull.* ab Enguerrani Marignani vxore in Francia *Amyl.* Regem & deprehensam dedisse pœnas. cur *lib. 8.* non & hoc Cardanus & Wierus refutarunt? an quod vno factum loco, nequitum alibi fieri? de alia cerea imagine, de qua Sprengerus, agerur sect. seq. De iisdem sic Meierus *lib. 16.* anno 1462. narrat captos Bruccellæ tres viros ex familia Comitum Stampani cum quodam myropola, qui quandam fascinationem parasse dicebantur, per tres viriles ac totidem muliebres imagines iuniori Principi Carolo infascianda. Custoditi fuere longo tempore apud Quercetum Haynoniæ, ac pariter cum illis Carolus Noyerius ex fuga retractus, qui & ipse è familia erat Stampensi. Con-



jurationem myropola detexit.] Sed cur tot imagines vni occidendo, nempe tres viriles: vt quod per vnam non succederet, per aliam perficeretur? fæmineas arbitror fuisse furiarum Ultricum, à quibus viriles Carolum representantes malè mulctarentur, vt ex Horatij illis iam citatis versibus colligitur, Vel fortè vnica imago fuit, & numerum fama adauxit. Sanè de Painoti agens maleficio Gaguius *lib. 7.* imaginum plurius meminit; at Æmilius & alij vnica fuisse memorant. Illud etiam obseruo iam diu antè fabricatis statujs aliquando abuti Magos, nempe demone illas pro maleficio signo acceptante, tale puto illud quod Ioan. Curopalates narrat *historia sua fol. 24. Veneta edition.* quendam Ioannem Morchazarium, Theophili Imp. præceptorem, eum hæreticus & magus esset ad Patriarchatum Constantinop. euectum, hunc, eum natio perfida & dura (*Bulgarorum*) in Romani Imperij fines excursionem fecisset, tribus freta ducibus; consilium huiusmodi dedisse, fieri debere malleos tres æreos ingentes, & viris manu promptis tradi, cum his se accessurum noctu ad statuam quandam tricipitem, quæ in euripo Hippici olim iam stabat, fecit, accessit; iussit validè singuli singula capita percuterent, vt in tertiam quasi vna plaga decuterentur. ipse laica

veste

veste indutus, ne deprehenderetur, magica quædam verba submurmurat, & vim statuæ omnem adimit: ex tresuiris illis duo fortissimis ictibus duo statuæ capita deiecerunt, tertius remissione manu tantam inclinavit, nec totum auulsit caput reliquum. Suntque similem euentum duces illi experti, secuta namque in eorum exercitu vehementi seditione, & hinc orta pugna intestina, duo duces cecidere, tertius ampla non tamen lethali plaga fauciatus, cum exercitus reliquijs domum se recepit. Non erat hæc imago (vt stultis Græculis plerisque visum) Bulgaris hisce fatalis, sed Magus ea usus vt signo & condicto, & pro imagine malefica. Scribunt Zonaras (y) & Glycas; Si- y Zonar.
monem Bulgarorum ducem Crobatris bel- 10. 3. Gly-
lum intulisse, molestum id erat Romano cas. p. 4.
Lacapeno. sed accessit ad eum Ioannes qui Annal.
dam Astrologus, & nunciavit, vt aliquem mitteret, qui caput statuæ supra Xerolophum locatæ amputaret. eam statuam Simonis fatalem esse, misit ille, truncatur statuæ, notatur hora; nec diu post compertum eadem illa Simonem in Bulgaria ex stomachi dolore interiisse. Quod apud Curopalaten, idem legi apud Cedrenum. Nemi- tam obesa naris puto, qui non statim percipiat, has duas statuas Magico murmure incorcarum illarum imaginum de nouo fabri-

E 5

cata



74 DISQUISIT. MAGIE.

cataram hic locum successisse; & denotam à Ianne & Ioanne (nisi utrobique idem, quod suspicor) vitam quatuor horum Ducum in statuarum capitibus, si potuere id in statuis, iam olim fabricatis, cum nec vlla de Simone, nec de Ducibus illis barbaris foret cogitatio; cur non poterunt in nouiter efficta cerea imagine, & efficta nomine laudendi? si abscisso, vel effracto capite, cur non liquato toto corpore? si id in Græcia contigit & Francia; cur non potuit in Scotia & Germania? Porro ex illis Cedreni, Zonarae & Glycaë locis satis apparet multas in Circo Byzaceno statuas fuisse magici artificij quæ Constantinopolitani imperij euenta prædicere putabantur, certis litteris seu characteribus notatæ; quos stantes Eudociæ Augustæ cum legissent, multa mala Byzantio imminere prædixerunt. Narratur Historia paucis nota ab Himerio Chartulario, cuius apud Suidam mentio; posteritati verò commendauit ex m. s. codice, Iulius Cæsar Buleng. *lib. de Circo Romano cap. 6.* inde petant, qui volent. Bene de saculo hoc & sequentibus vir diligens & multæ lectionis merebitur; si Ismenium, Himerium, Gregorium Monachum, & alios, qui nondum editi, pari sedulitate largiatur publico bono; qua D. Chryl. orationem eius τὸ ἰσχυρὸν δὲ δόμιον, dedit. Solenne denique

L. III. P. I. Q. IV. S. V. 75

nique hodie sagis nostris, effigies has baptizare in nomine Beelzebub, & nomen occidendi illis indere.

SECTIO V.

De morbis varijs à demone illatis.

NEGANT Hippocrates & Auicenna morbos vlllos per demones mortalibus inferri posse, quos secuti Pomponatius & Leuinus Lemnius. Non, quidam demones id velle, non credant; quos malos esse non negarunt: non quoddam demontum vni minorem censeant, quam hominum aut animalium (hoc foret absurdissimum;) sed quia morbi omnes naturalibus ex causis nasci queunt. Verum minus recta hæc ratiocinatio est; possunt morbi ex naturalibus causis oriri: nequeunt ergo demones morborum irrogatores seu immissores esse. Sane Fernellius, Valesius, & alij optimi medici lib. superiore citati, D. Hier. in 4. c. *Matth. D.* Chryl. *hom. 54. in c. 17. Matth. D. Tho. 1. p. q. 115. a. 5.* & alij Theologi contra sentiunt; Iuristæ quoque ex quibus optime hoc probant Pet. Leloy. *lib. 1. de spectr. c. vlt.* & Grilland. sepe citatus, (2) mihi nunc sufficiunt S. S. firmiora testimonia, quam qui non admittunt, habendi pro Ethnicis & Atheis. Iobum Diabolus (1) percussit vlcere pessimo à planta a *Iob. 2. pedis*



pedis vsque ad verticem capitis. sed & alios eadem morbos dæmoni, vt efficienti cause adscribit. In illa vnum diabolus aurium & linguæ vsu prinauit, & simul epilepticum reddidit; (b) quem D. Matthæus lunaticum vocat; non quod dæmoniacus non esset, sed quod & à dæmone obsideretur, & simul plenilunij temporibus, per dæmonem comitiali morbo grauissimè affligeretur, eò quod tunc cerebrum humoribus plenum aptius erat exagitari. Solent quidem alij esse lunatici, non obsessi à dæmone, & hoc sensu de lunaticis locutus Iulius Firmicus. (c) Sed nostri Euangelistæ agebant de eo, qui simul energumenus. Epilepticorum quoque dispositione gaudent dæmones, & ideo non raro se illis insinuant: & per illos, quo tempore corruerant, soliti fuere responsa dare.

¶ Apolo. 1 Apuleius, magnus magus (d) traditur accusatus, quod seruum suum Thallum, remotis arbitris secreto loco, arula & lucerna & paucis conscijs, carmine incantatum corruere fecerit; deinde nescium sui excitauerit. Seruus hic morbo caduco laborabat; eo ignaro sic abusus Madaurensis, vt à dæmone responsum acciperet. hanc ille accusationem sic tractat, vt videatur fateri, certè non diluit. Si recentiores audiamus, Sprengerus (e) prodidit quandam maleficam epilepticum morbum certis infixisse per ova cum mortuo-

¶ Mar. 9.
¶ g. 17. Luc.
¶ 9. v. 39.
¶ Matt. 17.
¶ v. 14.

¶ lib. 3.
¶ Mathes.

¶ ep. 2. mal.
¶ lei 9. 10.
¶ 91. in fi.

mortuorum corporibus subtumulata, præcipue ex earum secta inhumatis, & certis cum ceremoniis exhumatis, & in potu vel cibo præbitis. Apud D. Lucam, (f) vnum ^{Luc. 8.} diabolus vexauit Maniaca illa affectione, ^{v. 27.} quam lycanthropiam medici nominant; cuius præcipuum indicium est, quod domi nequeant contineri, & in deserta loca se proripiant, circaque sepulchra oberrent. Aliam adflixit conuulsione spinæ dorsæ. (g) ^{Luc. 18.} Saullem etiam dæmon per atria bilem di- ^{v. 11.} uexabat. aperte hoc illi sacra Historia tribuit, *Exagitabat eum spiritus nequam*, qui pulsante David citharam recedebat. (h) ^{11. Reg.} ^{16. v. 14.} ^{15. 23.} Hodie, id vtinam non doceret experientia quotidiana! Multa supererunt exempla, vt at dumtaxat recentibus, quæ in iudicio comperta sibi Sprengerus prodidit, cuius & Niderii exemplis, libenter vtor, quia (quicquid hæretici dicant) docti Theologi fuere, & in his de quibus agimus rebus exercitatissimi, & quæcunque tradidere, his similia nostra videt ætas, & recentiores ea confirmant omnia: deinde vixere fermè antè annos centum, quo tempore nondum hæresis Lutheri nata, vt causa nulla fuerit, multa, quæ huic contraria, constringendi: deniq; videmus tum Germaniam dæmonum manifesta & crebra infestatione plenissimam fuisse, vt intelligamus eos tum Luthero, & Zwinglio hoipi-



hospitium parasse, eorumque quasi quosdam metatores praecessisse, ut & nunc Antiebrutum praeveniunt, eiusque sunt veritate ambalones Calviniani, Anabaptistaque. Sed pergamus, ignosce lector parenthesi non longa. nequeo, pro amoris vehementia, memoriam perditorum fratrum sic deponere, ut non subinde & in animum & in calamum incurrant. Sprengerus narrat sequentia. Honesta quaedam persona, & una ex familiaribus Archiducis matrimonio copulata, in praesentia notarii, &c. secundum formam iuris deposuit. Cum tempore virginitatis suae, cuidam ex civibus famularetur, accidit, ut vxor illius gravi dolore capitis langueret: pro cuius curatione, cum quaedam mulier accessisset, & suis carminibus & certis praxi mitigare dolorem haberet, Ego, inquit, eius practicam diligentem observabam, perspexique, quod contra naturam aqua fulva in leutellam quandam, ipsa aqua in ollam aliam ascendisset, cum aliis ceremoniis, quae recitare opus non est, consideransque quod ex illis dolor capitis in domina non mitigaretur, aliquantulum indignata, haec verba ad maleficam protuli: vos non facitis nisi superstitiosa, & hoc propter commodum vestrum. Tunc malefica statim subiunxit, an sim superstitiosa vel non, tertia die tu senties. quod rei probavit even-

Sp. 1. mal.
leg. 1.6.
17

tus. Nam tertia die mane, me sedente, & fuscum apprehendente, tantus dolor subito corpus meum inuasit, primo in interioribus, ut non esset pars corporis, in qua non punctiones horribiles sentirem: secundo non aliter mihi videbatur, nisi quod continuo igniti carbones capiti meo superfunderentur: tertio in cute corporis, à vertice usque ad plantas pedis non fuisset spacium acus, ubi non fuisset pustula sanie repleta. Sicque in his doloribus eiulando, & tantummodo mortem oprando usque ad diem quartum restiti. Tandem maritus dominae meae, ut stabulum quoddam intrarem iniunxit. At ego paulatim incedendo, eo praecedente, dum ante ostium stabuli eramus: Ecce, inquit ad me, pecia panni albi super ostium stabuli. At ego, Video, tunc ille, quantum potes remoue, quia forte melius habebis. Tunc ego, quantum potui, vno brachio me ad ostium tenente, cum altero peciam apprehendi. Aperias, inquit Dominus, & considera diligenter ibi reposita. Tunc, ubi peciam solui, plura ibi inclusa reperi. praecipue autem grana quaedam alba, ad modum quo pustulae inerant corpori meo, semina quoque & legumina, quorum similia nec edere poteram aut intreri, cum ossibus serpentum & aliorum animalium intuita sum. Et sic stupefacta dum inquire-



86 DISQUISIT. MAGIE.

quiretem à domino, quidnam agendum foret. vt in ignem cuncta proficerem iniunxit. Proieci: & ecce subito non post horæ spatium, aut quartale, sed in momento, vt res illæ in ignem fuerant proiectæ, omnem sanitatem pristinam recuperaui. Idem subdit. Mulier quædam maritata & honesta accessit, & iuxta iuris formam vt supra deposuit. Retrò domum (inquit) habeo viridarium, est & illi contiguus hortus vicinæ meæ. Vnde, cum quadam die transitum fieri ex horto vicinæ ad viridarium meum non absq; damno perpexissem, stans in ostio viridarii, & apud me ipsam conquerendo & querulando, tart de transitu quam de damno, vicina subito superuenit, & an suspectam haberem, inquit. At ego territa, propter malam eius famam, nihil aliud, nisi hæc verba, protulit. Gressus in graminiibus damna demonstrant. Tunc illa indignata, quia ad eius forte beneplacitum, me litigiosis verbis cum ea implicare nolebam, abscessit cum murmure, & verba quæ protulit, licet audirem, intelligere non potui. Post paucos verò dies ingens infirmitas mihi incidit, cum doloribus ventris, & acutissimis torsionibus à latere sinistro versus dextrum, & vice versa, quasi duobus gladii essent pectori infixi, & sic die noctuque clamoribus vicinos omnes alios inquietauit, & confluentibus hinc inde pro consolatione

87 L. III. P. I. Q. IV. S. V. Si

latione; accidit, vt lutifigulus præfatam vicinam & maleficam adulterino flagitio habens in amasiam, simili modo visitationis gratia accedens, & infirmitati meæ compatiens post verba consolatoria abscessit. Sequenti tamen die festinè redijt, & inter alia consolatoria subiunxit: Experimentum capiam, an ex maleficio vobis hæc infirmitas contigerit; quod si sic repertum fuerit, sanitatem vobis recuperabo. Accepto ergo plumbo liquefacto, & me in lecto recumbente, plumbum in scutellam aqua plenam super corpus meum appociando infudit, & vbi quædam imago & figuræ diuersarum rerum ex plumbo congelato apparuissent, ecce, inquit, ex maleficio vobis hæc contigit infirmitas, & super limen ostij domus vna pars maleficij continetur. accedamus ergo & illis amotis melius sentietis. sicque maritus meus cum eo pariter ad tollendum maleficium accedunt, & lutifigulus limen eleuans marito iniunxit, vt manum in fonteam, quæ apparuerat, mitteret, & quæcunque inueniret, extraheret, quod & fecit. Nam primò imaginem quandam ceream in longitudine vnius palmæ, vndique perserram, habentem duas acus ex aduerso per latera, ad modum quo ipsa punctiones à sinistro latere vsque ad dextrum, & è contrariò persenserat, extraxit, demum petias pan-



82 DISQUISIT. MAGIC.

» niculorum diuersas, & plurima, tam grandis
» quam semina, & ossa continentes. Sicque
» illis in ignem coniectis ego conualui, sed
» non ex toto. nam licet torturæ & punctio-
» nes cessassent, appetitusque comedendi re-
» diisset ex integro, tamen pristinae sanitati vs-
» que in præsens minime sum restituta. Vnde
» hoc, querebam, quod pristina sanitas non re-
» dibat? Respondit, sunt & alia instrumenta
» alibi abscondita, quæ inuenire non valeo.
» Et qualiter prima instrumenta reposita ag-
» nouisset, dum inquirerem, respondit, ex
» amore quo amicus amico reuelare solet, hæc
» cognoui.]

His duobus subdit alia multa breuia, narra-
ta ex desiderio vlciscendi, dum indignantur
mulierculæ, se ab amasijs, ad nuptias conuo-
lantibus, deserui, & ultionem minatæ mox
exsequuntur. Sed omnem superat admira-
tionem, quod narrat Cornel. Gemna post
calcem *lib. 2. Cosmoerit.* narrat fuscæ calum
Catharinæ Guntheri puellæ Louaniensis an-
norum 15. cuius curationi ipse præfuit an-
no 1571. quæ cum obtrusum à gentili & co-
artanea libamenti frustulum comedisset, in-
cidit in morbi symptomata prorsus prodigi-
osa, quorum ipse spectator quotidianus,
vidit illam eijcientem tor & talia & tanta,
vt ipse crediturus non fuerit oculis alienis.
Octauo morbi mense magno nisu per pos-
ticum

L. III. P. I. Q. IV. S. V. 83

sticum eiecit anguillam viuam & perfectam,
crassitudine pollicari, longitudine sesquipe-
dali: cui & squamæ, & oculi & cauda vni-
uersum vt anguillis solet, triduo ante quam
foras erupit, auditum narrat bis terue in v-
tero sonum non ipsi puellæ modò, sed & ad-
stantibus quoque, velut argutum & tenuem
ab angue productum: & cum egereret, ma-
nifeste puella retulit se sensisse quoddam pri-
mum exserto capite se retraheret per posti-
cum, inde cum impetu exiliret. Post anguil-
la, quam mortuam exenteratamque sus-
penderant, loco sublimi ab animalibus tu-
to, repente euauit. Puella interim cepit
euomere ingentem humoris æquosæ co-
piam, humano lotio non absimilem, sapo-
ris absurdi. Durauit ea vomitio plus 14. dies,
singulis profectò exonerans supra libras
24. vel vt vulgò nominant *gheltes* tres. præ-
terea vrinam intèrea quotidie reddebat bis
terue copiosam. Nullus in ventre tumor,
nulla in toto corpore inflatio exterius ap-
parebat: & ipsa puella potus ac cibi parcif-
simi, vix vnum cyathum, vini, aut cereuisiæ,
liquorisue alterius potitabat. Ed venit hæc
aquæ exeretæ abundantia, vt spatio duarum
septimanatum facile *amas* duas implere po-
tuerit. Post hanc aquæ copiam, ceperunt &
pili confertim exire per vomitum alui, co-
piosissimi numero, digiti longitudine, sed



84 DISQUISIT. MAGIC.

„ longiores alij, alij breuiores, eiusmodi sanè
„ quales annosis canibus euelluntur: aucta-
„ que est in dies ea pilorum quantitas, vt fa-
„ cilè pilas quam plures iustæ magnitudinis
„ implere potuerit: eiecit hos omnes magno
„ fastidio & vomitus difficultate. Interiectis
„ deinde nonnullis diebus, successere aliqui
„ vomitus, qui floccos ingentes pilorum eij-
„ cerent cum materia purulenta instar sanietis
„ interdum simili stercorei columbino aut an-
„ serino: in qua colluuiè & frusta lignorum
„ & membranarum tenuia rudimenta; sed
„ lignorum partes adedò viuæ, vt ex caudici-
„ bus obsoletis diffractis inæqualiter com-
„ minuta portiones viderentur vnguis am-
„ plitudine, aliæ crassitie, intus fungosæ, foris
„ obductæ vetustiore cortice nigra. Paulò
„ post cepit alius vomitus niger vt carbo,
„ dixisses atramentum verum, vel sepia suc-
„ cum, imò carbones veros minutissimè tri-
„ tos atque permistos, singulis diebus pro-
„ deuntes ad quantitatem lib. 2. aut 3. sapissi-
„ mè cum pilis tam copiosis, vt nuci iuglandi
„ includi non possent, omnibus albis, proli-
„ xis, & durioribus: quæ cum per triduum ita
„ durassent, eiecit semel & puri sanguinis ran-
„ quam è vena dissecta libras duas, nulli rei al-
„ terius generis permistas. A vomitu sangui-
„ nis rursum secutus est ater, ac si antimonio
„ trito tinctus fuisset humor, omnino liqui-
„ dus

L. III. P. I. Q. IV. S. V. 85

„ dus in dies singulos ferè ad libras 5. aut 6. at-
„ que hoc portentum septimanam integram
„ constanti horarum lege ac spacio perdura-
„ uit. Cessauit aliquamdiu diuinis humanif-
„ que remedijs adhibitjs. Interea pilos adhuc
„ sed pauciores, gradatimque atrores excer-
„ uebat, imò & breuiores indies: vt cum priùs
„ ex flauo ruffescerent, paulatim liuidi, nigri,
„ tandem aterrimi, ac velut dissecti in frusta
„ minutissima per vomitum redderentur.
„ Quandoque cum his & virulentus humor,
„ & crassus quandoque similimus limo. Cir-
„ ca Septembris medium membranæ frusta
„ maiora, tanquam ventriculi partes, euo-
„ mit: habebant hæc speciem tunicæ crassio-
„ ris, carnosæ, lentæ, fractuque contumacis:
„ quibus profecto vt fortis choroeidi, etiam
„ venarum ductus inarati ramosa propagine
„ spectabantur, interdum medij palmi longi-
„ tudine. Has aliæ sunt è vestigio subsecutæ te-
„ nuiores multò, sed penitus nigra, venarum
„ dumtaxat vestigia referentes, membranæ
„ allantoeidi non dissimiles. Postremo vene-
„ runt & tertij generis tunicæ vasorum pro-
„ fus expertes, aliarum omnium tenuissima,
„ vt locum amnii retinerent. Sed erat his alia
„ multo substantiæ arque figuræ ratio: quam
„ in agnitis factuum inuolucris. Nam huic
„ tenuitati aderat mira soliditas, figurarum
„ ratio quouis miraculo maior. Fragmenta
„ illius



„ illius varia, sed tria præ ceteris rara duorum
„ palmorum amplitudinem superabant, in-
„ ter texta stris profundis sine epigraphis:
„ quæ sese à vertice ad basim secantes mutuo,
„ cancellos in rhombi speciem efformabant.
„ non habeo cui melius conferam quam cum
„ senecta viperæ; quanquam nihil hæcenus
„ à me inspectum fuit, cui posset meritò
„ comparari. Sed hoc in eo præcipuè admi-
„ randum, quod secundum longitudinis du-
„ ctum velut canalis quidam profundior ap-
„ pareret, in sculptis fibris transuersis & raris,
„ prorsus vt in aspera pulmonis arteria. Erat
„ hæc regio penitus cava & circularis, in vnus
„ membranæ fastigio paulatim angustior, an-
„ guini capitis vestigium representans, cum
„ apophyli mastoecidi, seu processu mamilla-
„ ri: in alterius sine sensum latefcens nescio
„ quid ventricosum & inæquale, etiam bifur-
„ cato vertici non absimile, præ se ferret. Vni-
„ uersæ partes inuicem coaptatæ totius an-
„ guillæ longitudinem atque crassitiem satis
„ luculenter expresserant. Illud autem tuber-
„ culum papillare viam fuisse respirationis ex-
„ istimo, fortè per quam & solidis & humi-
„ dis ad sui nutritionem necessariis vesce-
„ batur. Postquam hæc membranas eiecit,
„ secuti sunt lapides ferè innumeri, quos ve-
„ speris semper ac stata horarum periodo ma-
„ gnis cum tempestatibus, animique deliquiis
cructa-

cructabat. Forma fuit eiusmodi, quæ passim
in vetustis ædificiorum ruinis solet occur-
tere. Lapidis solidi, angulosi, inæquales, tum
specie, tum magnitudine, quæ lubinde ad
nucis iuglandis quantitatem accessit, non
absque suffocationis discrimine manifesto.
videbantur quandoque obrecti calce, & co-
agmentati variè, vt ab illis qui parietibus
detrahuntur, distingui non possent. Semel
me præfente quendam eiecit lapidem an-
gulosum vix cum duplicis castaneæ mole
librandum. saxum illud magna spiritus con-
tentione proiecit, vt & vomentem viderim
manifestè, & in lebetem sonitum cadentis
audierim, magno horrore cum animi mei,
tum turbæ vndique circumfusæ. E vestigio
magnam quoque ligni portionem pollicis
longitudine pariter & crassitudine, sed mi-
nore difficultate secreuit. Erat hoc satis po-
rosum staminibus rectis insigne, cui & com-
missura quædam insignior velut per me-
dium totius longitudinis excurtebat. Inter-
ea tamen & pili per vices, sed minores ordi-
ne pauciores, ac nigriores. Accessit aliud
quod omnem excederet fidem. os enim tri-
angulare solidum foris, intus cauum ac spò-
giosum reddidit, tale vt planè constaret esse
fragmentum cruris bubuli, & puellæ parens
diceret, se tale vidisse pridie in suis carnibus
iurulentis. Nec mora, sequenti die articuli



88 DISQUISIT. MAGIC.

ossei, tali digitorum acies, rotula, varix speciei & magnitudinis prodierunt. Interdum tamen & pili & lapides intermixti, atque omnium postremò vitri atque aeris portiuncula.] his narratis Gemma meritò censet horum mirabilium Dei permissione demonem fuisse ministrum, qui causis tamen naturalibus, ordine etiam seruato, quoad potuit, vsus fuit. Idem vellem existimasset, eodem opere, de muliere alia, quæ florente ætate per nouem continuos annos infandis doloribus intestinorum cruciata, primum crassioris tunice rudimenta deiecit; deinde & arboris frusta ingentia pleraque pollicis crassitie ac paulo etiam longiora, pariterque omnia ferè, quæ ad arboream speciem pertinerent; folia scilicet laurinis foliis non absimilia, radices, cordices, etiam quæ tomento alicui inclusos nucleos, nullo tamen vestitos putamine præ se ferent. Quod ego mallem ad prodigiosos demonum effectus, quam ad naturales morborum *ad demonis* referre.

De mentis abalienatione perpetua iam docui, cum de philtiris dissererem, de modica ad tempus exemplum non iniucundum auditu narrat Mathiolus in Dioscoridem *kin prof.* (k) de circulatoribus, haud dubie Magis, Bohemæ. In vinum (inquit) radicis cuiusdam puluerem, cuius gustatu fauces conuelluntur,

L. III. P. I. Q. IV. S. V. 89

tur, immiscent, & cui fucum facere volunt, iubent, vt illo in vino intinctum digitum, quasi prægustandi causa sugat. Tum illic digitum vino madidum in os inditum, sibi mordicus, non sine dolore & clamore, premit inuitas. Interea, perinde atque blanditiis, morientem consolatur circulator; temporum carpique arterias alio oblinat medicamento: deinde nummum in terrâ proiectum hortatur vt tollat. Ibi ille pronus, primum se nequit attollere, mox vnguine viamens factus concidit, statimque, eius more qui metuit ne mergatur in aqua, natat, ac vociferatur simul se fluctibus obrui. Ergo eum erigit circulator, ille, quasi vlturus iniuriam; primum maleficum obliquo ac torto intuitu exprobrare, mox hominem agredi videtur: postremò fugientem circulatorem persequi, donec absterfo tandem illiti medicamento veneno, recipiat animum ac menti restitatur. Vbi autem ad se rediit, quasi qui euaserit à mari naufragus, capillum vestimenta que veluti vela torquere, exprimere que, brachia tergere, & nares emungere, conspicitur.] vt sola vis vnguenti hoc faciat, & non interueniat opera demonis, qui fieri queat, non intelligo.

Gentiles idem sensisse olim, probare possumus ex morbis, quos illi diis suis, hoc est demoniis ascribebant: vt de *Ceritis*, qui di-



Eti quasi *Cerericki* *δημητρεοληπτος*; de lymphatis, Panicis, similibusque iam tradidi. Ideoque eos, qui fanatici erant, & variis linguis in morbo loquebantur, *δαιμονωντας* vel ab Hecate, aut Heroibus infestatos, vocabant. (l) Quare & Levinus Lemnius (m) tandem dat manum, & fatetur daemones huiusmodi causas morborum accidentarias esse: Qui si causam accidentariam vocat, extrinsecam, efficientem tamen, nobiscum sentit.

l Lucian.
in Philo-
psen. Hip-
pocrates
de sacro
morbo.
m lib. 2.
de ocul.
nat. mira.
c. 1.
n Sacra
Philosoph.
c. 27.

Restat explicandum, quo pacto daemones morbos inferat: quod Francis. Valesius accuratè docuit. (n) Nempe illum esse causam externam, eo quod extrinsecus aduenit corpus inhabitaturus, & morbos illi ilaturus. Si morbi ex materia pendeant, mouet internas causas. sic Melancholicos morbos excitat. Nam principio bilem atram, quæ corpori inerat, commouet, & fulgines in cerebrum, & internorum sensuum cellulas propellit. Deinde adauget bilem atram, admotis causis exurentibus, vel detento isto humore, ne expurgetur. Epilepsiam, paralytim, & similes noxas infert, per succi crassioris delationem, obturato ventriculo cerebri, vel obstructis radicibus neruorum. Cæcitatæ causa est vel surditatis, noxia excrementa ad aures vel oculos coaceruando.

Inter-

Interdum potest etiam hæc per se, sine ipsa materia, siue interna causa præstare; si impediatur vel lædat sensationes, & spiritus animales detineat vel subtrahat, & aliis mille, quos nouit, modis. Qui verò morbi ab internis causis non pendent, sed ab externo tantum nocumento, vt plurimum illos per se operatur. Sicut cum malefica irata pozum coctum manui alterius sic fecit conglutinari, vt & acerbissimum inferret cruciatum, & nulla arte posset dissolui, vel de-glutinari. (o) Quo pacto venefici morbi ab aliis dignoscendi agam lib. 6.

o lege Ni-
col. Re-
mig. lib. 2.
demono-
lst. c. 4.

SECTIO VI.

*De mira rerum solidarum atq; magna-
rum in corpus ingestione & e-
gestionem.*

PRODIGIOSI sunt pleriq; morbi per maleficium illati, sed omnium prodigiosissimus mihi videtur, quando per os vel anum gutturem eijcit æger, spinas, ossa, ligna, saxa, frusta vitrorum, acus, cultros & alia ferramenta, glomos pilorum, pannos, fetas, cornu lucernæ, & huiusmodi, quæ vel comestione, vel aliter in corpus immit- ti potuisse videtur impossibile. huius ex- pin Mal-
emplum vnum habet Sprengerus, (p) de leo p. 2. q.
muliere Zabernensî, cui obstetrix quædam, 1. c. 13.
eo quod



92 DISQUISIT. MAGIC.

eo quodd ipsam non accerserat ad puerperium, grauius irata, noctu cum duabus aliis maleficis ad puerperam accessit, & dixit ad vindictam se aliqua in eius intestina vel le immittere, quorum dolorem post semestrem duntaxat sentire inciperet. Dixit, & ventrem eius manu tetigit; ad quem
" contactum puerperæ videbatur, sibi extra-
" hi intestina, & ijs immitti quædam, quæ
" tum oculis dignoscere nequibat. Postea
" sexto vix mense finito, internorum visce-
" rum tortura ipsam subito tam dira inua-
" sit, vt nec (verba sunt Sprengeri) diebus,
" nec noctibus à clamoribus, omnes inquit-
" tando, abstinere posset. Et quia deuotis-
" sima Virginis & Reginae misericordiae ex-
" stitit, in pane & aqua singulis sabbatinis die-
" bus ieiunando; ideo & per ipsius suffragia
" credidit se liberari. Vnde & quadam die,
" vbi opus nature perficere volebat, tunc om-
" nnis illa immundicia à corpore prorupit,
" & aduocans matrem cum filio dixit, sunt-
" ne res ista phantastica? nonne dixi, post di-
" midij anni spacium res ista cognoscetur?
" aut quis vidit vnquam spinas, ossa, simul
" etiam ligna me comedisse? Erant enim spi-
" nae rotularum, longitudine vnus palmae,
" cum aliis variis rebus innumero immixtae.]
Aliud exemplum relatam est à Beniuenio
(q) de muliere Florentina, tertium à Io-
anne

q lib. de
admiran.

L. III. P. I. Q. IV. S. VI. 93

anne Langio (r) de Vlrico Neufesser ru-
stico, quartum de puella Leuuensterensi *causs.*
in historia Germanica, hac de re excusa *r lib. 1. epi.*
anno 1562. tria his addit Nicolaus Remi-
gius. (s) Octatum planè admirandum & *lib. 3. de-*
cui refellendo, nullæ nugæ, nullæ calumniæ, *monolac.*
nullæ phalera vitiligatoris Wieri, *suffe- c. 1.*
erint, adseribam (t) ex vita S. Petri Taren- *apud Su-*
talij, à Gaufrido conscripta, his verbis; *rius tom.*
S. Symphoriani dicitur castrum Lugdu- *3. Maij 8.*
nensis Ecclesie, paucis ab vrbe millibus *c. 23.*
distans, vbi vir fidelis & religiosorum fide-
" lis sedulusque susceptor, magnæ conuet-
" sationis pariter & opinionis Abbatem, ad
" hospitum suum aliquando, quasi vim fa-
" ciendo, pertraxit, huic iuuenula erat fi-
" lia miserabili incommoditate laborans.
" Egerat enim quædam mulier malefica,
" per nequitiam inuidæ foerus inducta, vt
" languore tabesceret desperato, nec viri sui
" presentiam, nec aspectus vllatenus tole-
" raret. Affectione muliebri genitrix per-
" suasa, vt satanas satanam eijceret, famosum
" quendam maleficum accersit. Adfuit,
" explorauit, agnouit, & mulierculam asse-
" tens *inferratam*, terit arborum cortices, po-
" cula verbis & herbis infecta propinat, mor-
" det etiam dentibus proprijs brachium mi-
" seræ mulieris. Res mira, res noua, res (ni-
" fallor) hæcenus inaudita. Ab illo quidem
lan-



languore conualuit: sed interdum, ex costu-
de procedere sentiens velut acus, crucia-
batur atrociter, donec per morsuram bra-
chij, quam nulla cicatrix obduxerat, acus
educeret vis oeculta. Crudele remedium,
sed huiusmodi congruebat auctori. Plures
in hunc modum quam triginta per tempo-
rum interualla prodierant: quædam, vt vul-
gò dicitur, excipietæ, quædam adinitten-
dis filis idonea foramina præferentes, Præ-
terea prædictus Abbas ad domum, vbi hæc
actitabantur, aduenit. Celebris est personæ,
cuius hæc opus & alia non indigna admira-
tione narrantur: sed parcendum adhuc su-
perstiti, & nomen credidi reticendum. Huic
pater anxius miserabilem exhibet filiam,
nec sine lacrymis lugubrem explicat tragæ-
diam. Eadem hora fit fides dictis, & sentiens
acum mulier gemebunda deplorat. Iam
peruenerat ad foramen, solitus iam præces-
serat cruor, iam cœperat apparere, iam par-
ticula eius exierat. Et accedens vnus ex fra-
tribus laicis, eidem Abbati deseruiens, cru-
entam extraxit, annis pluribus ad testimo-
nium conseruandam, Orat Abbas, & locum
vulneris tangens, in virtute fidei pollicetur,
nec ferrum vltra nec chalybem inde pro-
cessurum. Factum est: sed mutata materia
est, malitia necdum prorsus extincta, Cœ-
perunt lignei sudes paruuli, quales vulgò
bro-

brocas appellant, ex quercino robore, vel
fraxinei, pro ferreis acubus egredi, crassio-
res spinis & modicè longiores. Nec vnus
tamen omnes, sicut nec acus fuerant, lon-
gitudinis vel crassitudinis erant. Sed decim
in hunc modum intra annum & paucos
menses ex muliere ligna prodierunt. Ad-
fuit demùm Reuerendus Petrus Antistes,
cui diuinitus seruabatur tanti miraculi ple-
nitudo. Offertur mulier missarum sole-
nnia celebranti, sicut præceperat vespe-
re præcedenti. Eadem hora septimum de-
cimum lignum ex muliebri corpore egre-
ditur, quod sub oculis omnium facellanus
extraxit. Confitentem itaque mulierem
præsul absoluit, & sacram ei tradens Eu-
charistiam ab omni deinceps cuiuscunque
inarteriei progressu iubet esse securam. Sic
ab omnibus iam præstigijs liberata adhæ-
sit viro, filiosque procreauit. Et, vt dicitur,
hodieque superstes, virtutem prædicat,
quam in seipsa feliciter meruit experiri.
Petrus de Fraxineto, dicitur pater, notus,
etiam honoratus inter conuicaneos suos:
vt si quem dubium nouitas tanta reddi-
derit, probare forsitan liceat, quod crede-
re detrectarit.] Hactenus Gaufridus Ab-
bas Alætumbæ; cui Cistercienses & Cla-
tauallenses Abbates negotiorum dederunt
vitæ huius conscribendæ; cum Romanus
Pon-



96 DISQUISIT. MAGICÆ.

Pontifex Lucius eis mandasset, ut eam fideliter conscribi curarent. Sed Monachus fuit scriptor, inquiet aduersarij credo; plus fidei mererentur mendacissimi ipsorum Ministri & Prædicantes. Quid multa? superioribus annis Duacensi cuidam, & Inlulensi ancillæ similia fermè acciderunt. Exemplorum sat habemus; causam ruspemus, quæ sat abstrusa & abdita:

u Galen. lib. 2. ad Glaucum Celsus lib. 5. c. 6. Actius lib. 16 c. 100. Lem. l. 3. de ocul. nat. mirac. c. 40. Alex. Benedict. l. 2. § 3. Anatom. Anto. Beninien. lib. supra cit. c. 3. 18. 24. 94.
Primum fateor, quædam in corporibus humanis solere interdum ex prauis humoribus coalescere, ut sunt tophi, lapilli, capilli, oscilla, conchylia, spinæ, glomi pilorum & quæ talia potuit dæmon in ipsis huleribus, vel in corporis partium congruis sinibus procreare, quod naturaliter fieri posse; consentiunt veteres nouicijque medici. (u) Norunt inecum multi Comitæ filium, qui, ante annos fermè nouemdecim; Luxemburgi; in uirna lacertulas satis magnas eieciabat; quod etsi plerique vxoris eius adulteræ (quam & occidi per sicutum ille postea iussit) veneficio tribuerent; potuit tamen naturaliter contingere, ex humorum corruptione, & renum vitio. Mulier illa Caluini sectæ erat addicta, & ministro familiarior, quam oportebat; ideo nec à moribus nec ab instituto aliena fuit vulgi suspicio.

Secuti-

L. III. P. I. Q. IV. S. VI. 97

Secundo puto non posse naturaliter in corpore humano generari, ex vlla putrefactione, acus, cultros, forfices, & huiusmodi metallica artificiosè conformata. quia calor naturalis, nisi plurimorum annorum spacio, non videtur metalla inibi gignere posse, multoque minus, sic fortuitò ad certam analogiam atque dispositionem artificiosam, videntur tam varij humores conuenire posse: nisi Democriteam & Epicuream reuocemus insaniam, ex fortuito atomorum concursu cuncta construentem. Neque adhuc legi, qui hanc viam naturæ tribueret.

Tertiò, dico hæc omnia multis modis dæmones per maleficos operari posse. Etenim primo possunt sic sensibus illudere, ut quis putet ista in corpus ingeri, vel egeri; cùm tamen reuera duntaxat dæmon cultros veros, & huiusmodi reliquam, quæ euomitur, artificiosam materiam, quæ in ægri corpore nunquam fuerat; vel etiam ipsos humores, qui eiiciuntur, faciat apparere cultros, & reliqua illa, vel etiam aërem sic condenset, & coloret (x) quod verisimillimum est contingere, quando res illæ, quæ visæ sunt solidæ ac densæ, paulo post cernuntur euanescere. Præterea possunt, citra fictionem, res huiusmodi per dæmonem in os occultè ingeri, vnde mox eiiciantur; possunt etiã aliis corporeis partibus inferi & includi. Negat id d. cap. 80. de

x Hoc voluit semper in his accidere Gril. de for. tile g. qu. 3. & Cardan
Wierus, variata.

G



Trallian. lib. 4. ca. 6. Beniuen. de abdit. mor. & sanat. causis. cap. 24. & 80. lo. Lang. d. epist. 38. historia puel. de Leue. ste. & Ger. manicè edi. ta Beniu. & Benedi. citati.

Wierus, homo fronte nulla; licet non videatur neget. testantur enim medici & chirurgi fide digni, quorū nonnullos (γ) ipse laudat, talia sibi visa ex corporibus excerni, vel exsecari, & eamānibus contrectasse sese. Eos verò omnes ad vnum decipi contendere, & sanat. quid est, nisi strenuè pudorem totū exuere? ex modis immittendi, quos comperio, duo tantum mihi placent. Primus est, quem non pratermisit Binsfeldius (z); vt profundo demō somno demergat hominē & sensum doloris eximat; tum dextrè incidat membrum, & materiam illam duram imponat; deniq; eadem subtilitate vulnus adeo consolidet, vt nulla cicatrix vel vestigium relinquitur. quod periti chirurgi nonnullam faciunt.

Dices fortassis; vt hæc queat in partibus carnosis & facilè dilatabilibus, & promptæ consolidationis; quarum exempla recenset Nicol. Remigius (a); non tamen id poterit in aliis, quibus illa facilitas non est propria, v.g. in intestinis, orificio stomachi, gutture, arteriis, & talibus organis, quæ angusta valdè sunt, nec dilatantur, nisi ad functiones suas naturales, vel etiam, si sectione diuisa fuerint, non possunt reuniri. Respondeo, difficilius quidem in his id contingere, absolute tamen posse vt in aliis. licet enim nobis incognitalint medicamenta, iis consolidandis

dis & reuniendis idonea; demōni tamen illa sunt notissima. Præterea quāuis sponte sua non dilatentur, nisi ad naturales suos effectus, vt tamen aliqua adhibita possunt extra consuetum ordinem dilatari & comprimi, cui rei duas historias ad fidem faciendam attulit testis oculatus, chirurgiæ laude clarus, Ambros. Paræus (b): prior est de studioso, qui cū spicam germinis deglutiuisset, eaq; in pulmones per *τραχηλιν* descendisset, natura illā transuersis pulmonum lobis illæsis, integris etiam costarū musculis, & quæ succingit eas membrana incolumi, integram expulit. posterior est de opilione, qui semipedalē cultellum, cui corneum erat manubrium crassitudinis pollicaris, in fauces à prædonibus ore aperto adactum, sex solidos menses, in corpore retinuit, & tandem nata in inguine vomica, inde chirurgus extraxit. At necessarium plane fuit, per angustissimos meatus quosq; à faucibus in inguen cultrū peruenire. His tertiam narrationem Remigius addidit de morione, qui, apud Armoricos, mucronem gladij tres digitos longū per os in fauces adactum, duodecimo post die, per anū egressit. Nonne culter iste, per tot spiras intestinorū subtilissimorū & per illud, quod à re ipsa vocatur intestinū tenue, fuit deuolutus? Neq; in his vlla vnquam maleficij mentio vel suspicio fuit. si natura id potuit & casus,

lib. 2. chirurg. 12.



c Silu. verb. maleficiu. cur ex proposito id adnitens nequeat ille mille artifex solertissimus?
q. 3. Cosmas Philarchus Alter modus est Syluestri Prieratis (c) quem recentiores quidam sunt secuti; scilicet daemone peritiã pollere, res solidissimas diuidendi & cõminuendi partes in minutissimas etiam instar pulueris, & eas iterum vnendi applicatis sicubi opus naturalibus actiuis; idq; tam prepropere & subtiliter, vt cernentium oculi nequeant, ob nimiam motus celeritatem, quidquam horũ aduertere, ideoque putent homines ea integra immitti & emitti. Hi duo modi probabiles sunt.

d Paracelso li. de ocul. philos. Batori Lichtenbergio li. de praeceptis Magicæ articulis. Ludou. Michio lib. de Magicæ demone, & Nic. Re mig. d. ca. 1. lib. 3. Valde miror tertium quẽdam, tam multo placuisse (d) cum sit planè improbabilis. Volunt isti à daemone poros corporis extẽrni Lichtenbergio de praeceptis Magicæ articulis. ne sine læsione poros vagina penetrari, laminamque gladij chalybeam liquari sic iactu lapidem sub aquã recondi, nec manu retractã viam cerni, per quam lapis in aquam penetrarit. Supponit hæc opinio corporum penetrationem esse naturalem, eum Buridanos; quam D. Thom. Scotus, Durand. & alij, melius philosophantes, contendunt à solo Deo perfici posse. hoc ergo primo peccant. Si

Si dicat corporeas hęc dimẽsiones, siue corpora non penetrari: incredibilem quãdam dilationẽ pororum, etiam in partibus corporis non raris, coguntur excogitare: cum tamen isti pori tam sint natura angusti, vt sine insigni læsione distrahi non possint. Nec simile quidquam in illis, quæ pro ratione adferunt, dissimillimis reperitur. fulmen quiddam est subtilissimum & tenuissimum, ea præditum vi naturali, vt duriora atq; resistentia consumat; mollia verò & cedere facilia sine læsione (e) transmittat: at ferrũ ligna, lapides, res sunt spissæ, duræ, & minime aptæ sic se in poros insinuare. Aqua corpus est liquidum, humidum, tenue, fluitans cuius rei solidæ cedens loco, capax etiam liburnarum, rerum quæ iniiciuntur impulsu cõdensabile, & iis exemptis aptum vi sua statim coire & reuniri, vtque sine partium separatione condensatur, sic sine earundem noua medicina rarefit atq; extenditur, quæ quam sint ab humani corporis membris aliena, vel pueri norunt.

e Senec. lib. 3. nat. que. lib. 2. Isido. lib. 13. Etymolog.

SECTIO VII.

De maleficio deuouendi.

SUPPONO, quod Catholicis certum est, Senergumenos à daemonebus sæpe inuadi, & possideri, vel obsideri; hoc est daemones in hominum ingredi corpora & simul



*Mengus in
fuisse demo.
Polydor. de
exorcis. Ty-
raus disp. de
demonia.
g. i. Cor. 5.
v. 11. Tim.
1. ver. vlt.
h. vide Ty-
raem. d. o-
peris. q. vlt.*

potestatem aliquam eos vexandi seu affli-
gendi accipere: ambo enim requiruntur, vt
quis sit energumenus, qua de re doctè post
Mengum, & Polyd. Pet. Tyreus (f) differuit.
sic homines dæmoni tradendi potestatem
cōstat olim Apostolos habuisse ex sacra scri-
ptura (g) & alios quoque sanctos homines
vt olim, sic & hodie eam à Deo accipere,
qua non nisi prudentissime, & cum magna
caritate atque iustitia vtantur, haud diffi-
culter probaretur (h) si huius loci foret. An
verò dæmones, eos quos possident energu-
menos, sic possideāt, vt eorum corpora ipsi-
met subintrēt, posset quis dubitare eò quòd
B. Ildegardis in libris reuelat. suarum scribat
se de quadam energumena in vera visione
vidisse, quod ipsa permissione Dei quadam
nigredine & fumo diabolicæ cōglobositatis
obsessa erat & obumbrata, quæ totā sensua-
litate rationalis anime illi^o opprimebat, nec
eā eleuato intellectu suspirare permittebat:
velut vmbra hominis, aut alterius rei vel fu-
m^o opposita obtegit & perfundit: vnde hæc
rectos sensus & act^o perdebat, & incōueniē-
tes sepius clamabat ac faciebat. Et me cogi-
tāte & scire volēte quomodo Diabolica for-
ma (id est substantia) hominem intraret, vidi &
responsū habui, q̄ diabolus in sua forma, vt
est, hominē nō intrat, sed cū vmbra & fumo
suz nigredinis obumbrat & obtegit. si e-
nim

nim forma illius hominem intraret, citius
membra illius soluerētur, quā stipula à ven-
to dispergatur. Quapropter Deus non per-
mittit, vt hominem in sua forma intret. Sed
supradictis perfundens, ad insaniam & in-
conuenientia euertit, & per eum, quasi per
fenestram vociferatur, & membra illius ex-
terius mouet, cū tamen in eis in forma sua
interius nō sit anima interim quasi sopita &
ignorante, quid caro corporis faciat. Sic illa
apud Theodoricum Abbatem, eius vitæ lib. 3.
cap. 20. Sed hic locus ostendit verissimum ef-
fectū Theologorū, sæpe eos qui assue-
vere multis reuelationibus etiā veris, puta-
re se habere per reuelationē, quod habuere
per discursum opinionemq̄. Indicant hoc
multa. primo quia principio vere tantum
describitur obsessio, nō possessio. Secūdo, q̄
inquisitio hæc parum erat necessaria, & satis
curiosa. Tertio quia suspectū est q̄ ait, Deū
non permittere vt diabolus secūdū suā ef-
fentiā, vt solet esse in suo loco, corpora possi-
deat. cōmunis n. Theologorū distinctio hoc
discrimē statuit inter obsessos & possessos,
q̄ in his sit dæmon, vt erat in statuis idolorū
nōnunquam: & hoc indicant inflationes, &
multa alia quę in possessis cernūtur. Quarto
quia ratio nulla est. nec enim forma dæmo-
nis siue substantia eius spiritalis ipsi cor-
pori cōtraria sic est, vi illud statim destruat.



etiamsi nolit, solo ingressu. Quintò quia non semper anima sopita est. quando dæmon energumenum vel obsidet vel possidet, vt apparet, quia videmus saepe illos omnium recordari, quæ egerint. Deniq; sancti & Theologi omnes sic semper locuti & opinari fuere, vt dicerent dæmonē corp⁹ arreptitij intrare, & ab eo exire. Restat nunc vt quæramus, an malefici possint & soleant sic alios deuouere, ac dæmoni quasi mancipare? Multorum confessionibus constat eos id putare, fatentur enim se dæmones in brutorum vel hominum corpora immisisse, & ipsi dæmones cum exorcisantur, id solent prætexere, se à tali vel tali immisissos. præmittam, quæ recentiora sunt, à Remigio & aliis allata, duo tantum adscribam ab iis commemorata, quorum fides reiici nequit.

i In S. S. „
q. 13. „

Anastasius, Nicenus (*i*) de Simone Magico multos (ait) tentantes eum dicere præstigiatores, cum eos esset allocutus, & deinde conuiuij prætextu bouem sacrificasset, & eo cõuiuio excepisset, variis morbis & dæmonibus eos subiecit. D. Hierony.

k In vita S. „
Hilarionis. „

(*k*) nobis proponit dæmonem à B. Hilarione eiectum, quem magus in virginem immiserat; Perducta (inquit) à parentibus ad monasterium seni traditur, vlulante statim & confitente dæmone, vim sustinui. Inuitus abductus sum. Quam bene Memphis

somniis

somniis homines deludebam! ô cruces! ô tormenta, quæ patior! Exire me cogis, & subter limen ligatus teneor. Non exeo, nisi me adolefcens, qui tenet, dimiserit. Tunc senex; Grandis, ait, fortitudo tua, qui licio & laminâ strictus teneris. Dic, Cur ausus es ingredi puellam Dei? Vt seruarem, inquit, eam virginem. Tu seruares, proditor castitatis? Cur non potiùs in eum, qui te mittebat, es ingressus? Vt quid, respondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum, Amoris dæmonem? &c. En vt magus immiserat dæmonem verè: & sic opinor etiam multa eorum quæ narrat Anastasius, à quo Glycas p. l. fuit eadem mutuatus, & in primis, de quo nunc agimus, Deo permittente, potuissè verè à Simone mago id patriari: quare Annalium (*l*) scriptori eruditissimo, nequeo as-

l. tom. 1.
anno 68.

sentiri; qui mira illa Simonis ab Anastasio prodita, iudicat tantum fuisse imposturas, hominibus per imaginem & visum ostensas, cum nulla veritate consistenter: sunt enim in iis multa. quæ & posse & solere contingere, lib. præcedente *de Dæmonicâ Magiâ* satis copiosè ostendimus. Hæc autem immissio malorum spirituum, non provenit à facultate cogendi; quæ nulla Magis competit in dæmones. Nam vel sponte dæmones ex pacto obsessum vadunt, linguntq; se obtemperare; vel inferiores dæmones ad id adi-

G 5

guntur,



guntur, à dæmone superiore volente hac in re malefico gratificari. Vtroque tamen casu Dei permissio requiritur, vt causa sine qua non posset hoc fieri: permittere verò Deus id consuevit, non nisi ob graue aliquod obsessi peccatū (m): non raro propter parentum iratorum imprecationes, quatuor exempla suggerit Ioan. Casarius (n).

m Vide Ty-
rañ d. ope.
cap. 29.
n l. 5. exem-
plar. cap. 11.
12. & 26.

SECTIO VIII.

De maleficio ligaminis.

NVLLVM hoc frequentius hodie est maleficium: adeo vt in aliquibus locis vix audeat quisquam clara luce matrimonij solemnina celebrare, ne quis malus coniugum votis illudat. Id si fit, quia, quo pauciores adfuturi, & rei conscij fuerint, hoc plurimum insidias effugiunt; nihil ad hunc tractatum pertinet cautela huiusmodi: si, quòd antelucanos conatus magicos, minùs polere credunt, res superstitione non vacat. Sed ad ipsum maleficium veniamus. Solent malis verbis hominem reddere (vt Canones loquuntur) frigidum & maleficiatum, hoc est ad actum coniugij inidoneum. Hoc illos posse & solere probatur, tum auctoritate canonum (o), tum communi sententia Theologorum (p), tum praxi Ecclesiæ, quæ sic affectos post triennij experientiam irri-

o cap. si per
fortiarat,
23. qu. 1. &
toto tit. ex-
tr. de fig.
& malefic.
p In 4. dist.
34. D. Tho.
3. p. q. 58. a.
2. & alij ci-
tati ab En-
riquez. li. 2.
de matri.
cap. 8.

tam

tam, & adiuncta septem testium iuratorum q ca. lauda-
manu, separare consuevit (q), tum ex o-
pinione Rabbiorum veterum, & Berosi & malefic,
(qui exstant) existimantium à Chamo tali vide P. En-
damno multatum Noëmum fuisse; tum ex-
riq. d. c. 8. n.
emplis mox referendis, & experientia quo-
tidiana; tum denique ratione potest hoc
fieri naturaliter, castratione, elisione, ru-
ptione, desiccatione, infrigidatione, & si-
milibus ex causis; quas cum norit dæmon,
poterit illis vt. Deinde fit saepe, vt qui cum
vna nequit, queat cum aliis; vel qui cum cæ-
teris potest, cum vna non possit; item vt non
possit cum ea sola, quam maxime amat &
deperit: item vt ablato dumtaxat ligamine
fiat potens, qui priùs nihil poterat, cuius-
modi varietas ex naturali causa nequit pro-
uenire, prouenit ergo ex supernaturali seu
prodigiosa, non diuina: ergo angelica. non
bonorum angelorum opera: ergo malo-
rum.

Modis seu formis ad hoc diabolus vtitur pene infinitis. sane auctor Dæmonomaniz plures quinquaginta reperiri scripsit: Quidam magi, solùmmodo ligulam, certis cū verbis prolatis nectunt: sed dæmon interea maleficium perficit, & siue virum siue fœminā reddit impotentē. tam in fœminas, quam in viros grassari vere dixit Ananias (r) sed tamē facilius & frequentius in viros cernimus.

r lib. 4. de
nat. dæmo-

hoc



hoc malum serpere: fors an quod ubi plus operæ & instrumentorum requiritur, facilius ibi aliquis defectus & impedimentum occurrit? an quia cum plures sint maleficæ, quam malefici, pluribus viris nocetur? ligari autem posse volunt plerique vel in diem, vel in annum vel in æternum, aut donec nodus ligula solvatur.

A viris doctioribus septem traditas inuenio causas proximas huius impotentia, quibus causis demon abutitur. prima est quando coniugem alterum alteri reddit odiosum; vel inuicem sane odiosos facit, per calumniam suspicionemque, aut morbi alicuius immissionem, sicuti cum vel Venus, iuxta Stesichorum; vel Medea, iniecto pharmaco fecere, ut omnes foemina Lemni graueret olerent, sicque illas mariti sunt aspernati: Medea facinus vult esse Myrtilus lib. rerum Lesbicar. 1. (f) aut id faciunt fantasiam turbata, sic ut aliquid in compare vehementer odiosum vel formidabile inesse credant: sic Valazca (t) Libullæ Boemæ famula, mulieres à virorum amore per veneficium aded auertit: ut coniuratione inita, suos quæque maritos, fratres, patres, filios vnâ nocte interfecerint, mox arce Vifegradensi obsesâ Primissii regis exercitum ad internecionem ferè ceciderint. Aliquando faciunt, ut inuicem quidem ament ardentissimè, sed quando ad

fNat. alis
Mytholog.
lib. 6. ca. 7.
t Aneas
Siluius in
histor. Bo-
hem. &
B. l. Egn. 4.
li. 3. c. 2.

do ad copulam ventum subito accensi odio, alter alterum cædat, vel vnguibus laceret: quod genus & Theologi (v) & Iuriconsulti (v) P. Henri (x) nouerunt: tunc daemon primò accendit ardore libidinis proposita formam coniugis ut concupiscibili; & quando venitur ad amplexus, tunc proponit ut odiosam & exitialem, faciens ut membra generationis appareant vel magnitudinis profus incongrue, vel formæ horribilis aut supra modum fædæ. Secunda causa est, quando corpora impedit, ne queant ad se mutuo appropinquare, & sic ea diuidit, vel detinens ea in locis diuersis, vel cum conantur iungi, phantasma aut quid aliud iniiciens intermedium. ad prius videtur pertinere illud Propertij. (y)

Inuidia sumus. quis me Deus obruit? aut qua

Lectæ Prometheus diuidit herba iugis?

Pertinet ad posterius, quædam narratio, plena admiranda nouitatis, cuius fides penes auctores sit, narrat ex Vincentio Belluacensi D. Antoninus (z) Romæ temporibus Henrici tertij Imper. fuisse iuuenem quendam locupletem & nobilem, qui recens vxorem duxerat, & sodales suos opiparo conuiuio nuptiali exceperat. Exiure in campum à prandio lusuri pilam. Sponsus, ludi dux, pilam poscit, & ne excideret annulus sponsalitijs, inserit eum digito statua Veneris arce, quæ in proximo erat. omnes vnum petebant, sic

v P. Henri (x) nouerunt: tunc daemon primò accendit ardore libidinis proposita formam coniugis ut concupiscibili; & quando venitur ad amplexus, tunc proponit ut odiosam & exitialem, faciens ut membra generationis appareant vel magnitudinis profus incongrue, vel formæ horribilis aut supra modum fædæ. Secunda causa est, quando corpora impedit, ne queant ad se mutuo appropinquare, & sic ea diuidit, vel detinens ea in locis diuersis, vel cum conantur iungi, phantasma aut quid aliud iniiciens intermedium. ad prius videtur pertinere illud Propertij. (y)

y l. li. 1. eleg. 12.

z Vincent. l. 26. histor. Antonin. p. 2. sum. hist. li. 16. ca. 7. §. 4.

cito



110 DISQUISIT. MAGIC.

cito defatigatus ipse à ludo secessit, & ad statuam rediens, anulum recepturus, ecce, videt digitum statuæ vsq; ad volam manus recuruatum, & quantumuis conatus annulū recuperare, nec digitū inflectere, nec anulū valuit extrahere. Redit ad Sodales, nec illis ea de re quicquam indicauit. Nocte in tempesta cū famulo ad statuam reuertitur, & extensum vt initio digitum repperit, sed sine annulo. iactura dissimulata, domum se confert ad nouam nuptam. Cumq; thorum genialem ingressus, sponse se iungere vellet, sensit impediri sese, & quiddam nebulosum ac densum inter suum coniugisque corpus volutari. sentiebat id tactu, videre tamē nequibat. hoc obstaculo ab amplexu prohibebatur. audiebat etiam vocem dicentem; Mecum concumbe, quia hodie me desponsasti. Ego sum Venus, cui digito anulum inserviisti, nec reddam. Terribus ille tāto prodigio (inquit Antoninus) nihil referre ausus est, vel potuit: infonnem duxit noctem illā, multum secum deliberans. Sic factum est per multum tempus, vt quacunque hora cum sponsa concumbere vellet illud idem sentiret & audiret. Erat sane alias valens, & domi aptus & militiæ. Tandem vxoris querelis commonitus, rem parentibus detulit. Illi habito concilio, Palumbo cuidam, presbytero suburbano, rem pandunt. is autem erat

LIB. III. P. I. Q. IV. S. VIII. III

erat Necromanticus, & in maleficiis potens. Illectus ergo promissis multis, compositam epistolam dedit iuueni, dicens: Va de illa hora noctis ad compitum, vbi quatuor viz conueniunt, & stans tacite confidera. Transient ibi figuræ hominum vtriusque sexus, omnisque ætatis & conditionis, equites & pedites, quidam læti & quidam tristes, quicquid audieris non loquaris, sequetur illam turbam quidam statura procerior, forma corpulentior curru sedens: huic tacitus epistolam trades legendam, statimque fiet, quod postulas. Ille autem iuuenis totum impleuit, prout edoctus erat. Viditque inter cæteros ibi mulierem in habitu meretricio, mulam inequitantem, crine soluto per humeros iactato, vitta aurca superiùs constricto, auream virgam gerentem in manibus, quam mulam regebat, præ tenuitate vestium penè nuda apparebat, gestus exsequens impudicos. Vltimus dominus turbæ terribiles in iuuenem oculos exacuens, ab axe superbo smaragdis & vnionib⁹ cōposito, causas vix ab eo exquirebat. Nihil ille cōtra, sed protenta manu epistolam ei porrigit. Dæmon notum sigillum non audens contēnere, legit scriptum: moxq; brachiis in cælum eleuatis; Deus, inquit, omnipotens, quam diu patieris nequitias Palumbi presbyteri? Nec



Nec mora, satellites suos à latere mittit, qui annulum extorquerent à Venere. Illa multum tergiuerfata, vix tandem reddidit. Ita iuuenis voti compos, sine obstaculo, potius est diu suspiratis amoribus. Palumbus autem vbi da monis clamorē ad Deum audiuit de se intellexit sibi praesignari finē dierum. Quocirca omnibus membris vltro truncatis miserabili poena defunctus est, confusus coram populo Romano inaudita flagitia. Hæc ille, in cuius verbis & maleficiam vides diuisionis, & curationem nefandam per alium maleficium, & seriam malefici poenitentiam.

Tertia causa est, si spiritus vitales prohibeantur transire ad membra generationis, & sic feminis decisio impediatur, de quo impedimento, recte Ioan. Maior. disseruit. (a)

a In 4. dist.
34. ar. 3.

Quarta est, si semen prolificum exsiccat & subtrahatur.

Quinta, si virga viri flaccida fiat, saltem quando quis vult actum matrimonij exercere.

b Palu. & Sor. ad dd. 34. siluest. Etis fere nota & obuia sunt apud Doctores. (b)

Abul in ca. 19. Mat. ca. 90. Sexta, si qua naturalia alia pharmaca applicentur, quibus vis patrandi quouis modo tollatur. hæc causa vulgatiores curibus maleficiū. qu. 6. Etors. (b)

90.

ctatio

ctatio; aut viri genitalium retractio, abscessio, vel vera ademptio. De virili huiusmodi calamitate, narrationes varias sui temporis proponunt Sprenger (c) & Remig. Quoad retractionem & abscessionem fortassis illa naturaliter fieri posset, quanquam dubito & inclino in negantem partem: ademptionem constat esse semper merum praestigium, licet alibi, vt in auium nidis apud Sprenger, malefica membra illa ostendet nec enim aliter potest ista tollere, quā homines, scitōne aut simili separatione; adempta verò non magis potest restituere, quā homines. Sunt ergo hi modi quoad viros, prestigiosi. Quoad mulieres, sicut ex naturalibus morbis coarctatio hæc oriri potest; sic etiam à demone causari, idque opinor tam de arctitudine in ossibus, quā de arctitudine in carnositate. (d)

Dixi duplex esse impedimentum, vnum quoad omnes, sic inuenio mulctatum Amasim Regem Egypti (e) aliud quoad vnam dumtaxat personā certam; hoc vocant DD. maleficium respectiuum: ita legimus affectum Theodoricum regem, qui poterat cū concubinis, cū vxore sola nō poterat. (f) Sic Galeacius Sforciæ fraude tactus fuit, ne matrimonio Isabellæ Arragoniæ potiretur. (g)

Dixi secundò, impedimentum quoddam esse temporarium, quoddam perpetuum.

H

perpe-

c p. 2. mall.
q. 1. c. 7. Remig. l. 2. da monolat. 6.

d De vtraque egerit Vilt Sor. Ledef. ind. 34. & Henrig. d. lib. 12. ca. 7.

n. 3.
e Herodot. lib. 2.

f Paul. Amil. in vita Clotarij.

g Franc. Guicciard. in histor.

Itala



*h in ca. re-
quisiti. &
si per sor-
tarias 33.
q. 1. Cardin.
ibid.
i Abb. & a-
lii, ad tit. de
frigid. &
males. Na-
uarr. conf.
1. libr. 4. tit.
15. Abulens.
d. q. 90. Ma-
gist. in 4. de.
34. & ibi
D. Tho. 2. 2.
Duran. Pa-
luda. Richa.
Maior. So-
to, Vict. or.
vterq. Le-
desma, Pa-
lac. & alii
citati per
Hæti que
d. c. 8. §. 2.
litt. O.
k libr. 14.
hijst. Danor.*

perpetuum vocans, quod vsq; ad mortē du-
raturū, nullo naturali remedio, nec alias li-
cite, auferri potest. Scio cū glossa (h) quosdā
negare à diabolo vllū huiusmodi perpetuū
impedimētum induci posse; sed scio quoq;
hoc glossæ dictum cōmuniter à Canonistis
(i) & Theologis doctoribus reici: vt repu-
gnans ipsius cōtextus menti, licet nō verbis.
Deinde cur non, vt semel, sic sapius poterit
dæmon impedire copulā? cur vt sapius, sic
nōn & poterit toties quoties permittēt De?
Deniq; falsum est glossæ fundamentū, sem-
p ab auctore maleficii illud tolli posse: post-
ea vlt. docebimus, aliquando nō posse ma-
leficis sanare, quæ nocuerūt. Nec dubitarim
plura pōe dæmonē destruere quā reparare.
Quid si membrū præsciderit? nō magis illud
valebit restituere, quā vitā semel ademptā.
Vltimo loco huic maleficii generi vide-
annumerandū, quod refert Saxo Gramatic
his verbis (k); Mares in vrbe Karētina (apud
Rugianos) cū sceminis in concubitū admissis,
canū exēplo, cohærere solebant, nec ab ipsis
morādo diuelli poterāt. Interdū vtriq; pti-
cis è diuerso appensi inusitato nexu ridicu-
lū populo spectaculum præbuerunt. sanè iis,
qui fera, & non hom. nes. hominibus n. tam
acerba hominum calamitas, nō cachinnos,
sed singultus, sed lacrymas excutiat. Hei, qd
peccata nō merentur? quid nō vltionis cle-
men-

mentissimo Deo extorquet? fieri potest, vt
dæmonū hic opera intercesserit, & Deo, illa
vt carnificum vtente manu, hoc supplicii di-
tissimi genus à cōmeritis exegerint. quod si
in adulteros. & concubinarios hodie similia
iudicia exerceātur, quæ peritice suffecerint?
plures sane continentia amarent, & obscæ-
nas libidines auersarentur. Fieri etiam
potest, vt meræ dæmonis præstigiæ fue-
rint, si non fuere præstigiæ; vix est vt natu-
ralis ratio reddi queat; nisi dicas & viscosi-
tatem seminis, & dispositiones membri, quæ
in feris sic coherere solitis insunt, in hos ho-
mines à dæmone introductas: quod puto e-
ius industriam & vires non superare.

Quid si & Salmacis fons maleficiū quid
habuerit iniectum? sane, quod Strabo libr.
14. de illo refert. *μαλακίζουσα τους πινοντες*, ex
eo bibentes malacisari, id ego non tam ad-
mutationem in Hermaphroditos (l) quā ad
emasculationem, & (vt Varro loquitur, alio
tamen sensu) mulierationē retulerim. Hæc mor.
enim hominib⁹ illis à Christi lege & fide a-
lienis, quasi necessaria cōsecutio (nefas) vi-
debat, vt qui agere nequiret, pati incipe-
ret. Beneficiū hoc inter cetera fidei Chri-
stianæ nō minimū, quod cū dæmonū cultu
portētoſa hæc dæmonū sualu & hortatu cri-
mina paganismo inuolita, tam dē pler. que in
regionibus profus exoleuerint.



Quibus personis malefici queant nocere?

CVM Draco ille antiquus vsque ad iudicij diē sit ligatus, (m) nemini potest nocere, nisi cui Deus permiserit. Vt post eos subiret, à Christo veniā petiit (n) nec mēdaces facere prophetas Achabi, (o) nec lobum affligere (p) sine diuina potuit permissione. Hac obtenta, non est potestas quæ comparari queat ei super terram (q). Quare cū per dæmonem damna malefici inferant: sequitur illis omnibus eos nocere posse, cui ne noceant, Deus non prohibet. Defendit autem Deus omnes sincere sperantes in se: liberat eos de laqueo venantium, & à verbo aspera, à timore nocturno, à sagitta volante in die, ab incursu & demonio meridiano; & tribuit virtutē, super aspidem & basiliscum ambulandi, & conculcandi leonem, & draconem (r) hoc est superandi omnem vim, & effugiendi omnes insidias principum tenebrarum.

Dico igitur primò, Deo permittente (q) in seqq. etiam præsuppono hæderatus dæmonis inferioris posset nocere dæmonis superioris hæderato; non virtutē sua, sed acceptæ licentiæ vi: quia dæmon ille superior non potest resistere diuinæ voluntati. Alioqui, si Deus finat eos agere iuxta legem ordinariam, dumtaxat possunt hæderati dæmonis

monis superioris nocere inferioribus, vel æqualibus, quia lex ordinata est qua Deus finit illos agere in inuicem quantum possunt: maleficorum verò robur & potestas dependet à potentia dæmonis cum quo pactum habent, sic vetula malefica occidit iuenculam maleficam, apud Sprengerum (s). sic finita sepe Magorum certamina cū alterius morte, vt docui lib. præced.

Frequentissimè solent nocere infantulis, Deo id permittente; quoad baptizatos quidem, quia sic à multis peccatis præseruati in cælum rapiuntur felices, securi quod malitia non mutabit eorum intellectum, permittit hoc etiam Deus in penam partum, vel ad eorum probationem, teste D. Augustino (t). Ante baptismum verò perceptum, non raro permittit illos Deus occidi; ne, propter actualia peccata, quæ commissuros videbat si viuerent, grauiorem sibi damnationem acquirant: neque Deus propterea crudelis est aut non iustus, quia propter solum originale peccatum mortē merebantur. Sanè nondum ablutis vnda sacra videmus vt plurimū dæmones inuidias struere, & eorum necē gaudere: quia tunc, qui necant malefici, longè grauius peccant, & atrocius Deum offendunt, quia plane innocentes atque innocuos anima simul & corpore perdūt, præsertim si liberi proprios,

f 2. p. qu. 2. principali.

t lib. 21. de ciu. Dei. 66.

14.



Leuit. 18. v. 21. Pf. 105. v. 37. 4. Reg. 2. v. 10. 1e. Rem. 31. ver. 35. x flagelli fascinario- rum. 6. 15. y d. p. 2. q. 1. 647. 13.

z Binsfeld. in L. multi. C. de malef. que est. 2.

quos & dæmoni offerre, & occidere sepe solent striges: sicut olim faciebant Cananæi, & cultores Moloch (v) & Barbari nostris temporibus Indi Temixtitani. Narrantur in hoc genere infanticidii inania facinora Barons cuiusdã Armorici, à Nico. laquerio (x) & Sag. Helueticæ à Sprægero y. Cur vero potissimū tam teneræ ætate in nocent, multæ sunt causæ. hæc ætas est imbecillior ad resistendū, est incautior ad cauendū; nequit earum conatū deprehendere, vel reuelare, vel accusare. petunt etiã ab his instrumēta maleficiorum. nam persuasum habēt, si certo numero corda infantium exciderint & comederint, se patientiã omnium tormētorum cōsecutus adeo, vt ad cōfessionē criminū p- duci nō queant (z) cōficiunt quoq; ex corp- usculis infantium occisorum famosum il- lud vnguentum suum, quod Grillandus di- cit vocari in Italia, vnguentum Paganum.

Dico 3. haud dubie, quādo naturalibus ve- nenis vtuntur, æquē possunt (Deo tamen permittente) bonis hominibus nocere ac malis: de facto tamen sæpius nocent malis, & peccatoribus, quam iustis & bonis. Quo- niam Deus plus sæpe iuris tyranno largitur in mancipia, quam in Dei filios & amicos: quibus ipsis tamen interdum noceri per- mittit, propter maius bonum eorum met, qui patiuntur.

De iu.

De iudiciis & iustitiæ ministris præci- puè quæritur, an & his nocere queant? vul- go decantata & à nonnullis etiam doctis re- cepta opinio est, ex speciali priuilegio his concessio non posse (a). hi duabus rationib² vtuntur, vnā petunt ab experientia & e- uentibus, sed ista nec perpetua & vniformis est nec vnquam fallit, aliam rationem addit A- nianias, quia si nocere possent iudicibus, vi- derentur aliquid in ipsum Deum iuris ha- bere, quia ius haberēt in illos qui Dei fun- guntur officio. ratio ista valeret, si absolutè & non limitatè ex Dei permissione, id pos- sent: nunc quia potestas ista tota pendet à nutu Dei permittentis. parum solida ratio est. Nonne in ipsum Christum, qui iudex ipsorum dæmonum est, potuit Diabolus & Iudæi atq; Romani eius membra, ad eod vt & in crucem egerint? nonne Iob, rex erat & iudex, & tamen priuatus cunctis opibus fu- it, & vlcere pessimo corpus à dæmone obte- ctus? quis tamen inde inferat, in Deū ipsum aliquid iuris habuisse dæmonē? sane nullus quia sciunt omnes, hoc quicquid potestatis fuit, id desuper à Deo patre luminum fuisse cōcessum. Sed & sic dari dæmoni nūc posset à summo iudice, & tamen in hunc illi pro- pterea nihil iuris proprii, sed delegati tan- tum competeret. Proferuntur quædam exempla, inter quæ fornicari auctōr (b);

a Grillan. q. 7. nu. 39. A- nianias libr. 4. de natu. demon. Re- mig. lib. 1. demonolat. cap. 2.

b libr. vlt.

H 4 de pu-



de publica vero iustitia (inquit) omnes malefici, qui supra, verbo & experientia testimonium dederunt, quod eo ipso, quo per reipub. iustitiæ officiales capiuntur statim
omnis malefactorum eneruatur potestas. Unde cum predictus iudex Petrus, ante factum Stadelcin, capere vellet per vos famulos, tantus tremor manibus eorum incussus est, & corporibus, & naribus illapsus tam malus factor, ut fere desperarent, an maleficum inuadere auderent. Quibus iudex ait, secure miserum inuadite, quia publica tactus iustitia omnes vires perdet suæ nequitia. Niderius itaque censuit, non ante hanc viam iudicibus ex privilegio comperere, quam reo capto. Si diuinum privilegium foret cunctis iudicibus concessum, cum Dei perfecta sint opera, & executionis iustitiæ, tam necessaria, tamque principalis pars sit ipsa captura; non dubito quin & ad illam extenderetur, quare neque ad illudendum satellitibus capientibus maleficium valiturum. Arbitror potius hic Petri firmam in Deo fiduciam ei fuisse auxilio, quam privilegium illud. Quid? quod Sprengerus ipse refert, & nos retulimus, tiam in ipso rogo sententiæ iudicis damnatam lamia solo anhelitu carnicici lepram intulisse. cum ipsa leprosa non esset? Et cum Parisiis ante annos triginta degeret, fama publica ferebat famosum Magica

gum (quem sepe vidi) nomine Magistrum Goninum, cum propter facinora varia ad laqueum damnatus fuisset, sic illuisse iudicibus, ut pro ipso viderint appensam patibulo, primi Præsidis mulam. Nil adfirmo, sed hoc fama dispersum sepe audiui: certe ille iudicio superuixit.

P. prudentius itaq; Ananias (c) hoc prior. *ed lib. 4. de nat. dam.* legum restringit ad eos iudices, qui hoc diuini nomine; qui Deum præ oculis habentes recte riteq; suo funguntur officio. nam quos auaritia excæcat, quos trahit ambitio, quos crudelitas, vel vindictæ amor agit, qui curiositate adducti perperam multa designant; hos ait crebro sic à demone excipi & impeti, ut aliquando necem non euadant, idq; non paucis accidisse. Satis hoc verisimile mihi videtur, & diuinæ congruæ prouidentia atque iustitiæ; peculiaris tamen privilegij, ne quoad hos quidem, vllum diploma puto existare. Quamobrem censeo, iudicum pietatem, firmitatem fidei, & iustitiæ zelum hoc à Deo ut plurimum impetrare; quæ quia desunt quibusdã, etiam eos hoc peculiari secuto Deus denudans, noxæ exponit. Accedit quod ipsimet demones vilissima hæc sua mancipia ignibus tradi, non modo non moleste ferant, sed frequenter etiam iudicibus quasi in manum tradant. cur igitur iudicij nocescat, qui reum damnari & occidi optauit?



QVÆSTIO VI

*Cur Deus patiatur sic maleficos rebui
sacris abuti.*

QVÆSTIONEM hanc mouet & soluit
Grilland. q. 6. n. 19. ego hanc non exiguā
vindictæ diuinæ partem existimo, punien-
tis hominum peccata, & sic huius quæstio-
nis eandem esse solutionem, quæ est sequē-
tis, præcipuam tamen causam puto esse ir-
reuerentiam ipsorum Sacerdotum & cleri-
corum, vasa Domini non eo in honore, quo
oportet, habētium, nec se ipsos castos & pu-
ros à labe peccatorum, vt decebat, sanctifi-
catos exhibentium. sic enim prouocant in
caput suum propheticā cōminationem (d),
*incensum abominatio est mihi. Neomenias & Sab-
batum, & festiuitates alias non feram. Kalendas
vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea:
facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinens, aufe-
ram (e) sepem eius, & erit in direptionem, diruam
maceriam eius & erit in conculcationem, & quæ
alia innumera in sacris litteris.*

*2 Esai. i. ver.
15.*

2 Esai. 5. v. 5.

QVÆSTIO VII.

*Cur per maleficia sic Deus permittat
demonem grassari?*

CAVSAS easdem puto, propter quas
solet pati hominem à dæmone inuadi
& pos-

& possideri, hæc ex obserua- iōne veteris Hi-
storia possunt multe colligi: quæ ad duo ca-
pita ferè possunt reuocari: gloriā Dei & ho-
minum vtilitatem. Quare non est mirandū,
si (vt ait apud Bedā S. Cuthbertus) tali tor-
mento non soli subiiciuntur mali, sed oc-
culto Dei iudicio aliquoties etiam innocē-
tes, in hoc sæculo, non tantum corpore, sed
& mente captiuantur à Diabolo.

*Suuius tom.
2. fol. 309.*

SECTIO I.

GLORIA Dei hinc augetur in nobis,
quia sic attributa quædā gloriosa Dei
nobis manifestantur, *Suauitas* in gubernan-
do, quia cum homini ac dæmoni liberum
arbitrium dederit, violētum videretur sem-
per impedire, quod diabolus naturaliter
potest & optat summopere: ideo finit illum
aliquando id perficere. *Clementia* in genus
humanum hinc elucet, quia si quantum
vult & potest diabolus nocere permittere-
tur, nemo illæsus esset, imo & homines o-
mnes occideret; ideo Deus frequentius il-
li facultatem nocendi denegat, accedit,
quod nec illos ad pœnitentiam recipere de-
dignatur, qui se pactis conuentis & data syn-
grapha dæmoni manciparūt. *Sapientia* elucet,
quia cū diabolu Deus vti finat, naturalibus
suis viribus, efficit tamen vt pater iste super-
borum ab imbecillis sæpe hominibus, qui quæ
Dei



124 DISQUISIT. MAGIC.

Dei sunt sapiunt, superetur; & vt ad sordidissima abiectissimaq; ferenda patiendaq; se deiciat, qui solum super Aquilone conatus fuit locare. Potentia elucet, quia quando permittit dæmoni maiora (verbi gratia, aquam in sanguinem vertere, ranas producere) tamen non finit eum perficere minora (verbi gratia eulices gignere) Quod accideret demonstrat Deo dæmonem prorsus esse subiectum & sublegem, nec quicquam sine eius posse licentia, cui, vt licetor vel carnisex Principi, subseruit secundum D. Augustinũ (f). Iustitia denique probatur, quia delicta hominum etiam in hac vita sic puniunt: quod quia homini quoque ipsi expedit, ideo hæc ratio ad alterum quoq; caput pertinens, mixta est, & in vltimum locum à me reservatur.

f Comm.in Psal. 77.

g Tob 1. & 2. h Deute. 13. v. 3. D. Aug. tract. 7. in Ioan.

i D. Clem. Rom. lib. 2. recognitiõ. remittit cuiusdam apud Seuerum Sulpitium k Dialog. 1. (k). quartò sternunt viam facilem ad omne genus

LIB. III. P. I. Q. VII. S. I. 125

genus virtutum. sic enim contigit B. Iuliano, vt cum fraude diaboli vtrumque parentem occidisset; hæc illi ad meliorem vitam occasio fuerit, sicq; in virum sanctissimum euaserit (l). Quinto sic fides Catholica confirmatur & propagatur. Nam sic adstruitur fides contra infideles & atheos, qui spiritus & angelos esse negant. Sic enim eos ipsa cõvincit experientia. Quia tales erant, Christo Domino in terris conuersante, Sadducæi; frequentior trium annorum spatio de energumenis fit mentio, quam toto veteri testamento, per tot sæcula: & quia in Ecclesia primitiua similis fuit error Peripatheticorũ, ideo tã multi tũc per dæmones oblesit & erepti (m). Quia hodie atheism' ex Caluini radiice repullulat, ideo tot passim maleficorũ examina succisa multiplicatur. Deinde contra hæreticorum nostri temporis perfidiam fides nostra stabilitur; cum videamus dæmonum fraude data per magos damna, ab eorum Symmictis, vt cum Florente loquar, prorsus nulla remediari, sed eõ dæmones loco Nouatorum habere adiurationes, quo Iudaicas olim filiorum Seuar: hi numero septem, vt simia solent, D. Paulum in exorcismis imitabantur: sed insultans illis diabolus. IESVM se nosse, Paulum nosse, ipsos non nosse in clamauit, & energumenus in eo insiliens, ἡγάρ τινος ἐστὶν ἀδελφοῦ,

l Marulus li. 2. c. 12. & li. 4. ca. 10. Fulgos. lib. 6. cap. 9.

m Testatur id Terrull. in apalog. & li. ad scapulam & D. Cyp. ad uesf. Demetrianũ.

107008



* *Aff. 19. a.* τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, sic contra eos prævaluit, & *ver. 15.* ut Dominus mancipia nudos & vulneratos effugere coëgit*. Nōne sic dæmon Wittenbergensis Lutherum in summas angustias, & alii profluvium ad egit? narrat historiam oculatus testis, tunc Lutheri servator Staphylus (n). Nonne sic anno 1582. Birgellis dæmon parochum Lutheranum contemnit & afflixit, quem Franciscanus facile eiecit, narrat historiam idem Bredenbach. (o) Nōne prius Augustæ Vindelicorum anno 1563. Doctor Simon Pastor Catholicus energumenam liberavit, quod frustra plures Ministri confessionis Augustanæ fuerant conati? testis est idem ille scripto (p) Nōne Laodunenſis energumene ex ore dæmon Caluinianos irridens nihil sibi ab illis timendum clamabat cunctis audientibus (anno 1666.) quoniam amici essent & fœderati (q) res est q̄ vide acta gallicæ fidei. Sane fuit animaduertum, & quo tempore lissimè cōscripta & nō semel edita, & Fajj Energumenum sine Alexicacum. Ipsi vicissim Caluiniani, grati animi ostendendi causa; Parisiis in D. Medardi templo in vitrea fenestra, qua extremi iudicij imago continebatur, vnicum reliquere dæmonem

nem rubrum (quem ipse vidi); in D. Pauli Londinensis æde, solam effigiem diaboli quem D. Michaël calcarat; Antuerpiæ in æde summa, vidi solam relictam statuam diaboli, qui malo ad sinistram latroni insidebat: Ruramundæ solum simulachrum dæmonis follicularij, qui D. Genouefæ solet appingi: deniq; Lugduni Batauorum cum excurrerent Franciscan. monasterium suburbanum euerſuri quandam, vexilli loco, imaginem diaboli prælongo fixam hastili (s) prætulerunt, vt appareret, cui forent stipendiati, cuius auctorati militiæ. Quotidie ternimus Dæmones, maleficos, & Nouatores, quasi communibus animis & odiis in Catholicos ferri, grauissimos tamen Magorum & diaboli conatus & noxas, vel illos irritos reddi, vel has aboleri, Catholicis precatationibus, benedictionibus, rebus sacratis, sacramentisque, vt fuisse probabitur postea libro vltimo.

SECTIO I.

DIXI permissionis causam esse peccati vindictam, & sane hæc frequentissima est. aliquando sic punit Deus peccata aliena, sed hoc rariùs. sic propter B. Eleutherij immoderatam latitiam diabolus eius discipulum, quem reliquerat, iterato inuasit (t); sic infantulum Diabolus exstinxit, quia parēs detrahentē Episcopo lubèter auscultarat

L. de fugiẽ. idol. ca. 14. Bredenbach. d. l. 7. c. 37. & 39.

Lindan. d. li. 1. cap. 15. Bredenbach. s. cap. 38.

D. Grego. lib. 3. Dialoa. cap. 33.



vD. Grego.
lib. 1. Dial.
cap. 20.
x Li. 5. Mi
raculo. cap.
13. & 26.
y d.l. 5. c. 11.

z Genes. 3.
a Dani. 4.
b Psal. 77.
c apud Sur.
25. Maij. 10.
3.

tarat (v) & non raro liberi eò quod ipsis im-
meritis mala parentes imprecati fuerint a-
trociter à dæmone mulctantur; quod tum
fit ad sumendam de ipsis parentibus vltio-
nem: exempla præbet Casarius (x) à quo &
vnum habes, de marito, cuius execratione
iniqua permotus Deus, permisit vxorem e-
ius à dæmone affligi (y). Sed frequentius at-
que vt plurimum, sic per dæmonem Deus
punit varia hominũ facinora propria, præ-
sertim certa quædam quæ hoc loco enume-
rari, ad multorum vtilitatem arbitror futu-
rum; vt quos peccati tæditas non mouet,
eos atrocitas pœnæ ù permoueat. Primum
ergo est ex superbia na'cen. contumacia in
eos, quibus iure obedientia debebatur. pro-
pter hanc celo dæmones deturbati, & Ada-
mu Paradiso exturbatus (z), & Nabucho-
donosor sic dementatus, vt se bestiam cre-
deret (a) & Egyptij puniti malorum Ange-
lorum immisione (b) propter hanc in pa-
rentes puniti illi, de quibus sic Ioannes Ar-
chipsbyter scribit in vita D. Zenobij Floren-
tini (c); Cùm mulier quædam Pagana & il-
lustris, & diues valde in hac ciuitate, mor-
tuo viro, duos superflites haberet filios,
quos delicatissimè enutrierat, & ad perfectã
illiam peruenissent etatem, quodam die in
iram versi, matrem propriam pluribus ver-
beribus enormiter flagellarunt. Quod scelus
ipsa

ipsa impatiēter abhorrens, corpora eorum
horrendis imprecationibus detestata fuit,
genibusque procumbens & terram mani-
bus pulsans, Erynem cæterasque infernas
pestes in rabiem filiorum magno cum ge-
mitu inuocat. Exaudiunt dæmones ab imis
tenebris: iuuenes aggrediuntur. illos in fu-
rias exagitant; Qui statim vt rabidi canes,
mordaciter ad inuicem sua membra corro-
dunt. Concurrunt famuli, fit clamor ingēs.
alij funes, alij cathenas ferunt. ligantur iu-
uenes, nec rabie contineri valent, &c. aliud
quod paulo pòst accidit, narratur à D. Au-
gustino (d), & morbi & sanationis ad reli-
quias D. Stephani oculato teste, de decem
fratribus, quod, vt & parentes sic imprecan-
tes non ferre inultum videatis, ex ipso Pauli
libello, quem obtulit D. Augustino, præstat
ad scribere (e). sic ergo Paulus ait; Cum ad-
huc in patria nostra Cappadociæ Cæsarea
moraremur, frater noster natus maior gra-
uibus atque intolerandis communem ma-
trem affecit iniuriis: in tantum vt ei etiam
manus non dubitaret inferre. Quod nos om-
nes filij pariter congregati patienter tuli-
mus; vt ne verbũ quidem fratri nostro, pro
matre nostra, cur hoc faceret dixerimus. Illa
autem feminei doloris stimulis incitata,
iniuriosum filium maledicendo punire cõ-
stituit. Cumq; ad sacri baptismatis fontem,
Tom. 2. I post

d lib. 22. de
ciu. Dei. c. 1.

e exstat
inter ser-
mones Au-
gusti. no-
uos, quos
Louanij
vlimme-
rius edi-
dit.



HO DISQUISIT. MAGIC.

» post gallorum cantus, memorato filio suo
 » irā Dei imprecatura, properaret: tunc ei ne-
 » scio quis, in patruī nostri similitudine, ut in-
 » telligitur, dæmon occurrit, & ab ea prior,
 » quo pergeret, requisivit. Cui illa ad maledi-
 » cendum filio suo ob intolerabilem contu-
 » meliam, se ire respondit. Tunc ille inimicus,
 » quoniam in mulieris insanientis corde locū
 » facile inuenire potuit, ut omnibus maledi-
 » ceret, persuasit. Illa autē vipereis inflammata
 » consiliis, sacrum fontem prouoluta corri-
 » puit, & sparsis crinibus, nudatisq; vberibus,
 » hoc à Deo potissimum postulauit; ut extor-
 » res patria & circumeuntes alienas terras, om-
 » nne hominū genus nostro terreremus ex-
 » emplo. Mox maternas preces efficax vindi-
 » cta prosequitur: eundemq; continuo fratrem
 » nostrum ætate & culpa maiorem, tremor me-
 » brorum tantus inuasit, quantum in me vsq;
 » ante hoc triduum, vestra sanctitas vidit. Ser-
 » uato autem ordine, quo nati eramus, ante v-
 » num annum eadem nos poena omnes corri-
 » puit. Vidēs autem mater maledictiones suas
 » ad tantam efficaciam peruenisse, impietatis
 » suæ conscientiam & opprobrium hominū
 » diutiùs ferre non potuit: sed laqueo guttur
 » astringens, luctuosam vitam termino fune-
 » stiore conclusit. Egressi ergo nos omnes op-
 » probrium nostrum non ferentes, & com-
 » munem patriam relinquentes, passim sum-
 » mus

» nus per diuersa dispersi.] sequitur postea
 » narratio liberationis, post diuturnam pere-
 » grinationem, & locorum sacrorum visita-
 » tionem. Possem addere tertium exemplum
 » ex Alexandri Neopolitani scriptis (f).
 » Nimirum semper implebitur Sapiētis pro-
 » phetia; *Oculum qui subsannat patrem, & qui de-
 » spicit partum* (LXX. vertunt *senectutem*. Hebr.
 » est. *Likheath* quod obedientiam significat;
 » si deducas à radice *Laka*, audire, obtempe-
 » rare; si à radice *Kafa*, significat præstolari
 » seu expectare. noster ab hac radice dedu-
 » xit (g), & ideo partum vertit, quia par-
 » tus siue liberi, est spes & expectatio ma-
 » tris) *matris suæ, effodiant eum corui de tor-
 » rentibus, & comedant eum filij aquilæ.* ad lit-
 » teram sensus est, suspendantur in patibulis:
 » per anagogen verò, post obitum, imò & in hac
 » vita, fiant partes & præda dæmonum.

Secundum peccatum est, odium proximi
 seu inuidia: ut enim charitas metatrix est
 Dei, domicilium præparans Spiritui sancto:
 sic vitium illi contrarium, domum instruit,
 & Diabolum inuitat, ac introducit. religio-
 si cuiusdam periculo, id probat idem Alex-
 » ander (h): sed firmiter testimonium nobis
 » Saul præbet, quem idcirco Spiritus malus
 » (i) inuasit. De odio & vindictæ cupiditate,
 » quatuor exempla suppeditat Lisiardus

fl. 4. Gen. dier. 6. 19.

לכהתן
התן
התן

g vt & Ge. nes. 49. ver. 10.

h d. 4. 19.

i 1. Reg. 16.

v. 14.



Episcopus in vita S. Arnulphi ca. 24. & 38. & 41. & 42. apud Surium mense Augusto.

Terrium est carnalis libido, & etiam coniugalis intemperantia; propter quam licuit Asmodeo septem Saræ sponfos interficere & Tob. 6.v. (k); propter quam septem dæmonia Mariam Magdalenam occuparunt (l); propter quam B. Paulus Corinthium incaestuofum ver. 9. Satana tradidit (m). Et quia ad hanc dirigem 1. Corin. batur curiositas ornatus ac dissolutio ex 5. ver. 5. terior; ideo puella illa apud Diuum Hieronymum (n) patuit dæmoni per maleficum D. Hilario. immisso: ideo videmus, in homines libidinosos, & in actum coniugalem, quem plerique non, quo oportet, affectu expectunt, nec, quo decet, pudore & modo exsequuntur; plus licere maleficiis, quam in reliquos peccatores. Ideo curiosam corporis sui cum statua Veneris collationem dæmonia obfessione Deus ultus fuit in alia puella, narrant id B. Prospero (o). Mundo cordi promissa Dei clara visio, impuro cordi dæmonis debetur aspectus & confortium. Valde hominum obscenitate dæmon delectatur; & maleficæ omnes Veneris mancipia sunt, nec inter eas vlla virgo permanet: vt nec inter Calvinianos, & alios hæreticos cælibatus ofores. Vnde apparet magnam inter Magiam, Hæresim, & libidinē esse cognitionem.

o lib. de diuid. sem. cap. 6.

Quarto

Quarto loco sese offert iustorum virorū, afflictio vel cædes iniusta & crudelis. ideo tam grauitè punitus fuit Ariobaldus dux Longobardorum apud Tonam in vita San. Bertulphi, mense Augusto. Bolelaus impius Rex ob necem D Stanislai, Anathemate ictus, amens factus à canibus propriis fuit deuoratus (p) p Surius in Geila vxor Ducis Franconia Diuum Kilianum iusserat occidi. res latebat: sed Deus eius vita au. 10. 7. Maij 8. ctorem hoc pacto prodidit. Vnus eorum, qui sanctos viros gladio peremerat, subito à dæmone arreptus, ingenti voce clamare cepit: Kiliane acriter me persequeris. Igne enim consumor: quod feci, celare non possum. Video imminere mihi gladium tuo sanguine respersum. Talia diu vociferans, & propriis dentibus se lanians, à præsentemingruit ad pœnas æternas. De talibus quippe scriptum est: Duplici contritione conteres eos Domine. Alter verò cædis sanctorum conscius in rabiem versus, gladio se petiit, effusisque visceribus, per tormenta præsentis temporis ad æterna peruenit. Quisnam Geila talia cernenti tibi sensus tunc erat? infelix cruciatibus aucta furebas. Non multo post & ipsa bellua, de qua loquimur, cruciatibus arrepta: quantis poterat vocibus clamabat: iuste torqueor, quæ sanctis viris tortores adhibui. Rectè crucior, quæ cruciatus illis parauit. Acriter instas Kiliane, ignem accendis



dis Kolimanne, fomenta ministras Torna-
ne. Sufficiat vobis vicisse, nimis vestras vl-
ciscimini iniurias. A calice dictus es Kilianus
sed nimis amaram mihi potionē infundis.
His dictis miserabiliter torquebatur, ita vt
à multis teneri vix posset. Tandem cū ma-
gno cruciatu ad cruciatu Diabolo paratos
migravit.] Haften^o auctor Martyrij B. Kilia-
ni (q) Itē calumniosa eorum dē accusatio, vt
de scēmina pater, quæ D. Greg. Agrigenti-
num fuit calumniata, vt in Historia vitæ e-
ius legitur apud Metaphrast. *Sur. mens. No-
uembri.* & de alia narrat Cirillus in vita S. Da-
nielis Stylitz, quæ virum sanctum menda-
citer infamarat. [*Surius mense Decembri.*] Pau-
lo post idem ibi narrat de viro & foemina &
liberis occupatis à demone propter patris
in sanctum calumniam. Item maledictio in
sanctos, vt in Malachiam, teste D. Bernar-
in eius vita.

Quintum peccatum est agnitæ veritatis
impugnatio, vt apud Apostolum (r), & in
Canonibus (s): nec nō apostasia à fide, quod
cuiusdam scēminæ exemplo comprobauit
D. Cyprian. (t)
Sextum, his tēporibus (proh dolor) fre-
quentissimum est blasphemia, propter quā
D. Paulus Alexandrum & Hymenæum dæ-
moni torquendos permisit (v) Thomas
Waldēsis testis oculatus, quæ ipso præsentē

apud Sur.
to. 4. Iulii
8. vide com-
mēt. P. Ser-
vatis in hęc
vit. an.

r 2. Theff. 2.
v. 10.
s ca. vlt. 26.
q. 5.
2 serm. de
lapsis.
v 1. Timot.
1. v. 10.

acta

acta circiter annum 1384. narrat in hunc
modum; Historiam refero, quam ego præ-
sens vidi oculis carnis meæ: in cathedrali
Ecclesia sancti Pauli Londini, vbi veneran-
dus Canduariensis Antistes, felicis recor-
dationis Thomas Arundelius filius & fra-
ter Comitum, pro loco iudicij (assistenti-
bus sibi Noruicensis Ecclesiæ, tunc præfule
Alexandro, & aliis) residens Episcopali se-
de, verba quædam & interrogationes pro-
ponebat, de fide Eucharistiz, ad quendam
sartorem, de partibus Wigorniz deprehen-
sum in hæresi. Cumque f. cti omnino non
posset, nec aliud, quam benedictum panem,
sacratissimā hostiam volebat appellare vel
credere; tandem iussus facere reuerentiam
hostiæ, respondit blasphemus: Verè, inquit,
dignior est aranea reuerentia. At illic de al-
to culmine cæsti descendens ingens & hor-
rida visu aranea, ad os blasphemii directo fi-
lo peruenit. Et dum sartor loqueretur, vt
intraret per polluta labia, aranea sollicitè la-
bōrabat. Adstitit Illustris Princeps Thomas
Oxonienſis dux, tunc regni cancellarius, &
vidit prodigium. At prædictus Archiepi-
scopus statim surgens cum aliis, exponit
omni illic collecto populo, quid vltrix
manus Domini faceret in blasphemum
(x).] Nonne verisimile est, dæmonem in
aranzæ forma, sic istum miserum obfedit?

x Thomas
VValdens.
li. Sacram.
cont. lo.
VVicleph.



Prati spiri-
ritua. c. 47.

Sophonius (y) blasphemiae in Deiparam
 insignem ultionem recenset, hisce verbis;
 " In hac (Heliopoli Phoenicia) mimus quidam e-
 " rat, Gaianus nomine; qui in theatro sancta
 " Dei genitricem blasphemans, populo spe-
 " ctaculum blasphemiae praebebat. Apparuit
 " autem ei S. Dei genitrix; Noli quaeso, noli
 " ita ledere animam tuam. Ille vero rursus de-
 " terius illam blasphemabat. Unde ipsa tertio
 " ei apparens, eadem repetebat. Cum autem
 " ille se non corrigeret, sed plus quoque blas-
 " phemiis adiiiceret; meridie dormienti sibi
 " apparuit, nihilque dicens, digito signavit e-
 " ius manus & pedes. Euigilans autem inue-
 " nit se truncatum manibus & pedibus. Atq;
 " ita infelix, ut truncus inutilis iacens, confi-
 " tebatur omnibus, cuius rei gratia, & quo-
 " modo hoc passus esset, utque propter blas-
 " phemias elementer cruciatus fuisset.] Quos
 " ipsi Beati sic per se puniunt, an non creden-
 " dum malis spiritibus ad vexandum a Deo
 " propter idem peccatum tradi? similia nar-
 " rant alio tempore accidisse Constantino-
 " poli Nicephorus (z) Neomagi & alibi Bre-
 " denbachius lib. 7. a cap. 360.

2 li. 18. hist.
cap. 33.

a lib. 5. For-
mularij.

Septimum non minus frequens, est exe-
 " ratio seu imprecatio mala, qua quis sub co-
 " ditione se daemone addicit. hanc non irrita
 " esse solere, docent quae subiungam. Ioan-
 " Nider. i. i. a commemorat (a): Tempore quo in
 " vniuer-

vniuersitate Coloniensi sacrae Theologiae
 " studio adscriptus fui, quaedam virgo quin-
 " decim vel sedecim annorum, moribus se-
 " cundum saeculum satis composita, in domo
 " cuiusdam suae consanguineae nutriebatur,
 " extra domum parentum. Cumq; cognata
 " suae cyphum satis vilem terreum quandam,
 " a casu fregisset, cognata ira replebatur in la-
 " psus negligentiam, & in ream virginem. Quae
 " virgo tanto hoc molestius tulit, quanto va-
 " sculum vilius existit. In iram ergo commo-
 " ta virgo, hora sumendi cibum, nec come-
 " dere, nec ad mensam praerira se praesentare
 " voluit. cuius cognata ait: Oportet vt come-
 " das. at virgo apud se (vt mihi postea & exor-
 " cistae retulit suo) huiuscemodi verba sub-
 " murmurando dicebat; si me oportet edere,
 " in nomine diaboli fiat, sic mensam accessit,
 " benedictionem mensae, quam bene sciebat,
 " dicere neglexit: & in primo moregello, vt
 " putabat, muscam ori illata sensit; quam cu-
 " nulla arte eiicere valeret, deglutiuit, & im-
 " mediate obsessa fuit: semper tamen usum ra-
 " tionis bonum habuit, licet saepe satis vexa-
 " retur a daemone. Cum autem in domum pa-
 " rentum cum magna maestitia reduceretur,
 " & diutissime nullus reperiretur; qui libera-
 " re posset: tandem quidam frater nostri or-
 " dinis, nunc Magister Gotfridus Schlus-
 " sacrae Theologiae professor, calamitati pa-
 " rentum



rentum & puellæ compatiens, se in eius ex-
orcifatione intromisit, pacto tali præuio, vt
si liberaretur, nihil terreni exorcifistæ dare-
tur; sed puella in castitate solita, si vellet, li-
berè, & non in matrimonio de cætero Deo
militaret. Legit igitur pater præfatus mis-
sam, obtulit obfessâ oblationē consuetâ, in
eadem adfuit per totâ, & in nullo vexari vi-
debatur. Finitoq; officio, post fatis diuinû
exorcifini actû, membris omnibus virgineî
corporis penè præcontulis, exiit dæmon, &
ita virgo deinceps Domino in castitate ser-
uiuait. Vides hîc imprecationē & prætermis-
sam mēfæ benedictionē ex iracundia & cō-
temptu; vides pœnâ; vides liberationē, me-
djante missæ oblatione, proposito virgini-
tatis & exorcifimo. sine hæretici rideant, tu-
tâ salutaria ne cōtemne. Paulo ante aliud idē
Niderius retulerat, de insigni illo malefica-
rû iudice, Petro, de quo nō semel locuti su-
mus. Postquâ, *inquit*, officiû resignauit, & ci-
uitatē Bernensem reintrauit, ibiq; domici-
liû tenebat: die quadâ rediēs ad castrû Blæ-
kenburg, vbi cognatus eius in ipsius officii
um substitutus fuerat, in eodē castro Petrus
quedâ negotia apud sibi notos expedire vo-
lebat. Tunc vna malefica, & quatuor cōsor-
tes eiusdem malitiæ viri, de sero in loco vno
machinamēta suæ artis voluētes pro viribus
vt Petrû grauiter veneficiis læderēt, vel oc-
cide-

iderēt, quæ hæc latebant fraudis cōmercia. Adueniēte igitur nocte, Petrus se benedicē-
do crucis signo cubitû inuit, sed nocte omni-
no surgere proposuit ad scribēdas quaidam
necessarias epistolas, vt manè recedere à lo-
co valeret. Euigilans igitur intēpesta nocte
sibi videbatur ex inopinato q̄ dies adesset,
luce decept⁹ ficti iā; de quo in se iratus, quia
vt putabat, noctē neglexerat, nō se, vt debu-
it, muniēdo more solito, vestimētis induit,
per gradus altos versus locû, vbi pugillarem
habuit, descēdit, & locû clausum reperit. De
quo maiore irâ exardescēs, cū murmure per
gradus quos descēderat versus lectû iterato
scandebat, emittēdo vnicâ ex indignatione
maledictionē per verbû satis breue, ac si di-
ceret; In nomine diaboli. Et ecce statim in
tenebris dēfissimis Petrus, proiect⁹ est in p-
ceps per graduû prædictorû pass⁹ adeò gra-
uiter, vt famulus, qui desuper scalâ in cō-
modo dormiebat excitaretur, & exiēs quid
adesset cōspicere volēs, dominû suû Petrum
accenso lumine solû in terra, priuatû ratio-
nis vsu, iacentē, & collisum per omnia mē-
bra, sanguinē plurimû e corpore emittentē,
reperit. Subdit post aliquod tēpus cōfessio-
ne rei vnus cōpertû quatuor maleficos, cū
vna malefica, sic Petrum gradibus deiecis-
se. Nota verò & hîc, quam noxia crucis confi-
gnatio neglecta Petro fuerit. Dignissimæ
lecta



*libr. i. de
Lamiis. c. de
malitia di-
aboli.*

lectu sunt tres Historiz à Germano quodâ
I. C. suæ de Lamiis disputationi (b) insertæ,
quas totidem verbis adscribam, ne, si meis,
videar aliquid non bona satis fide repræ-
sentasse, Ioachimo (ait) I. Electori Brande-
burgico nupta fuit Ioannis Daniæ Suæciæ
» & Noruegiæ regis filia Elizabetha; cui, vt a-
» limonta se mortuo regina haberet, oppidū
» Spandaco ad Sueui & Haueli flum. conflu-
» entē maritus attribuit; in quo oppido ipsa
» adhuc viuente, miles quidam, per Marchiã
» iter faciens, cum morbo impeditus detine-
» retur, decubens, tradidit crumenam pecu-
» nia refertam hospitæ afferuandam. Post ali-
» quot dies, cum conualefcit, repetit saccum.
» Mulier auara cum ægrè tantam pecuniam
» amitteret, deliberat cum viro, vtrū redde-
» re debeat. Ineunt consilium, vt mulier ne-
» get depositum. Quare cum miles suum re-
» peteret, illa confidenter negat se quidquam
» accepisse. simulat se mirari impudentiã mi-
» litis, qui ausit flagitare, cū nihil dederit af-
» feruandum. Miles, indignitate rei motus,
» obicit vicissim hospitæ perfidiam. Quare
» maritus, tanquam defensusus suam coniu-
» gem, extrudit militem domo. is ante fores
» irritatus scelere hospitæ stringit gladium,
» veluti impetum facturus in virum, & ferit
» ianuam. Hospes implorat fidem vicinorum
» & queritur suas ædes oppugnari. accurrunt
licto-

lictores, & militē, quod vim publicã fecisset
abducūt in carcerē. Post aliquot dies Sena-
tus oppidi aliò mittit narrationem facti, &
sententiam perscribi petit. Constabat ædes
publicè oppugnatas esse, quare fertur sen-
tentia, vt miles vltimo supplicio afficiatur.
Cumq; iã instaret dies iudicii, venit diabo-
lus in carcerem ad captiuū, indicans ei, quã
sententiam iudices laturi sint, & pollicetur
se hoc periculo eum liberaturū esse, hac cõ-
ditione, vt se diabolo dedat. Miles constãter
respondet, se potius moriturū esse, quamuis
sit innocens. Cū verò diabolus verbis
multis exaggerasset periculū, nec tamen in-
flexisset militis animū; tandem pollicetur
ei liberationē, sine vlla conditione. Et, cū
veneris, inquit, in iudiciū, dic te imperitum
esse forensiū negociorū, & patrono indi-
gere. ibi astabo cæruleo pileo tectus, & or-
nato pennis. Pete igitur, vt me iubeant cau-
sam dicere. Miles, qui hoc sine impietate fa-
cturus videbatur, ait se hoc consilio vsurum
esse. Postridie in iudicium ducitur: adest etiã
orator tectus cæruleo pileo. ibi, cum actor
peteret militem, propter vim publicam, ca-
pitali supplicio affici; miles respōdit, se im-
peritum forensium negotiorū petere, vt li-
ceat isti suo aduocato pro se dicere. cōcedūt
iudices. Ibi diabolus de iure eruditè dispu-
tat: nō esse capitali supplicio afficiendū eū,
à quo



» à quo nō sit ortū rixæ & tumultus initiū. ait
» ab hospite militē vi extrusum & spoliatum
» esse, iubet quæri faccū, & locū monstrat. Ibi
» cū hospes vehemēter negaret, addens ēt di-
» ras imprecationes, vt ipsum abreptum dia-
» bol⁹ perderet, si fecisset. Hæc imprecationē
» cū inuocatione diaboli cū aliquoties repe-
» tiuisset: ibi caussidic⁹, omīssa iā disputatione
» forēsi, adoritur hospitē, & cōprehensum p
» fenestras & mediū forū, omnib. perhorre-
» scentib⁹, cū fragore abducit, nec postea vn-
» quā corpus hospitis inuentū est.] En hic a-
» uaritiā imprecationū causam & iniustitiā,
» quomodo Deus vltus per carnificē suū. Pari-
» terrore, sed meliore successu miles Hispanus
» hic in Belgio ante annos viginti duos,
» cū adhuc sæculo mererē, à Deo cōmonitus
» tandē fuit Capitaneus Brauo vocabatur, se-
» pē à me visus, deditus supra modū aleæ, & in
» ludo diras iacere in se iuxta atq; alios pron⁹.
» quadā die, cū dānosī semper numeri lucrū
» iactu quærenti subsilirēt; irā efferuescens in
» caput suū dirissima precabatur: & subitō cor-
» rā multis, qui aderāt, ab inuisa manu, ad ta-
» bulatū vsq; sublatus, post aliquod tempus
» mortuo quā viuo facie similior in solū de-
» ponitur. felix si vt lurore cadauerosum toto
» post vitæ tēpore retinuit, sic respiciēs lusum
» auiditatē deposuisset. Sed pergit ille I. C. in
» Silesia (inquit) quidā nobilis, cū inuitasset
» conui-

» conuiuas, & hora cōiuii iā instante, & ap-
» paratu factō, spe frustratus esset, excusanti-
» bus se cōiuiis, cur nō cōparerent, prorupit
» iratus in hæc verba: veniant igitur oēs dæ-
» mones, si nullus hominum mecum esse po-
» test. His dictis domo egreditur in tēplum,
» vbi pastor Ecclesiæ concionē habebat, & vt
» iracundiā concoquat, auscultat aliquā diu:
» dum vero in templo moratur, veniūt equi-
» tes in aream domus magni & nigri, & iubēt
» seruum domus, vt dominum suū aduocet,
» eiq; significet adesse hospites. Seruus con-
» sternatus abit in tēplum, & indicat hæc do-
» mino suo: qui nescius consilii pastorem cō-
» sulit. Pastor abrumpens concionem, hoc
» consilium dat, vt tota familia domo exeat.
» quod cum fieret, & famuli ac ancillę prope-
» rarent, forte oblitī infantem in cunis iacē-
» tē & dormientē secū nō auferunt. Dæmones
» incipiunt cōmellari & vociferari, prospice-
» reque per fenestras formis vsorū, luporū,
» felium & hominū, & mōstrare pocula vino
» repleta, asaturas. & pisces. Hæc vicini, no-
» bilis, pastor, & alii cum viderent; Ah, in-
» quit pater, vbi infans meus? vix cum hæc
» dixisset, vnus ex dæmonibus vlnis suis in-
» fantem ad fenestras gestat, quasi mon-
» straturus parentibus. Nobilis prorsus
» consternatus, & sollicitus de incolumita-
» te infantis, fidum habens seruum, quem
» inter-



interrogat; quæso tu dic, quid agā? Seruus,
Domine, inquit, commendabo & commit-
tam vitā meam Deo meo, & in nomine Do-
mini ingrediar, & vt infantem auferam au-
xilio & beneficio Dei videbo. Bene, inquit
nobilis, Deus tecū sit, & iuuet te, animumq;
tibi cōfirmet. Seruus accepta benedictione
à pastore & reliquis, ingreditur, & ante con-
clauē, in quo erāt dæmones cōgregati, pro-
cidit in genua, & se Deo commēdat, & hoc
animo aperit ianuā, & videt dæmones hor-
ribili specie sedentes, stantes, obambulātes,
serpentes, & vno impetu accurrentes ad se,
& vociferantes; Hui, Hui, tu quid hęc tibi?
Ille sudans, & tamen diuinitus confirmatus
alloquitur dæmonem, qui infantem gesta-
bat: Tu, inquit, mihi infantē trade. Nequa-
quam, respondet iste, iam meus iste est in-
fans. dic domino tuo, vt veniat & accipiat
infantem. Cui seruus, Ego fungor iam offi-
cio meæ vocationis, in quam me Deus col-
locauit, & scio quicquid in hoc officio fa-
cio, id Deo gratum esse. Quare ratione mei
officii, & auxilio, nomine & virtute IESV
Christi aufero abste infantē, & patri ei⁹ re-
stituo, atq; ita ipse apprehendit infantē, &
brachiis suis amplex⁹ est. Isti nihil aliud re-
spōdēt, nisi vociferātes; Hui nebulo, hui ne-
bulo, relinque infantē, relinque, alioqui te
discerpemus. Ille nihil curans minas Diabo-
licas

licas abiit incolumis, & incolumem infantē
patri nobili reddidit. Dæmones postea ali-
quot diebus elapsis euauerunt, vt in ædes
denuo migrare tōta familia nobilis potue-
rit.] vides incōsulti dicti, quas pœnas pater
dederit: vides dæmonis potestātē in inno-
centem puerulū claudere. Nā quod scriptor
ait, benedictionē à pastore & cæteris accep-
pisse, hoc est, promiscuē à sacerdote & cleri-
cis; commētū suspicor Lutherani hominis,
& discrimen ordinū cōfundentis. Sequitur
tertia narratio; In Saxonia virgō opulenta
formoso iuueni, at tenuioris fortunæ ma-
trimoniū promissit. Hic quid futuram præ-
uidens, illā prædiuitē & sexus ratione mu-
tabilē; fidem vix seruaturam esse, puellæ re-
spondit. Illa contra diris se execrari his ver-
bis cepit, si alteri, quā tibi nupsero, tūc me
diabolus in nuptiis illis abripiat. Quid fit
post interuallū aliquod mutat animū, nū-
bit alteri priore sponso spreto; qui eā semel
atq; iterum promissi diræq; imprecationis
admonuit. Sed illa posthabitis his omnibus
nuptias cū altero sponso, relicto priore ce-
lebrat. Ipso die nuptiali, cognatis, amicis,
& coniuuis hilaribus, spōsa, vigilante con-
sciētia, redditur tristior solito. Tādē diaboli
duo sub specie duorū equitū in ædes nupti-
ales adueniūt, excipiūtur, adducuntur mē-
sa, hisq; remotis, choreæ, vniq; ex his spōsa,



» honoris causa, tanquam peregrino adiua-
 » gitur, cum qua bis saltavit, & tandem eam e
 » conspectu parentum & amicorum, summo
 » cum gemitu & lamentatione, per ostium,
 » in altum sustulit. Altero die parètes & ami-
 » ci cœsti, sponsam quarunt, vt delapsam
 » fortè sepelirent: sed ecce iudem socii occur-
 » runt, vestes & aurum referentes, additis his
 » verbis, Non in has res, sed in sponsam à Deo
 » nobis fuit potestas concessa.] sic illa corpo-
 » re & anima diabolo tradita, quæ promissio-
 » nem nuptiarum violauit, & imprecationem
 » additam contempsit. Aliud denique exem-
 » plum de quodam in martyrem maledico,
 » sibi insaniam imprecante; & mox furore
 » correpto, & sequenti die sic horrendè ab-
 » sumpto dedit *Caesarius vita s. Engelberti Co-*
loniens. libr. 2. cap. 14. apted Sur. mense Nouembri.
 Huc etiam referèdum est, quoddam de Go-
 duino Comite, qui cum periurio sibi esset
 necem imprecatus, subito panis bolo fuit
 suffocatus. [*Polydor. Virgil. lib. 8. hist. Anglor.*]

Octauum solet esse vitium vsuræ. confi-
 tentur enim Sagæ, nihil maleficii posse illis
 inferri, qui eleemosynis vacant: contra nar-
 rantur; quæ salem sub vsuris mutuuum de-
 dère virgines dirè à dæmonibus maleficio
 immixtis vexatæ (c). Prius intelligendum de
 conferentibus eleemosynam iis, quas nesci-
 unt esse sagas: nam qui sciunt esse, & tamen
 confe-

c Bredèba-
 chius lib. 6.
 colla. ca. 25.

conferunt, hos putant posse à maleficis læ-
 di. Neq; mirum, si Deus, hos quasi fautores
 oderit, ideoq; permittat lædi.

Nonum reputo, duritiam & immisericor-
 diam in pauperes. Notatū à quodā, sagas; qui-
 bus à Satana semper nocendi necessitas im-
 posita est; si desint quos vleiscantur inimici
 eleemosynam medicare; & si quis facultate
 prædit' ad erogandū, & sagas esse nesci' de-
 negarit, hūc in magno versari periculo. sic
 Pietaui anno 1567. duo magi cōfessi sunt se
 quadā die, squalidos egentesq; stipem ante
 fores prædiuitis patrisfam. postulasse; cā re-
 cusata iniicisse fortè, & domesticos omnes
 in rabiem actos obiisse furiosos (d).

d lib. 3. da-
 monoman.
 c. 25.

Decimum, sit irritio sacrorum mysteriorū,
 & quod eodem pertinet, abusus atque con-
 temptus ceremoniarum, & sacramentorū
 Cathol. Ecclesie. Vleiscitur Deus quotidie,
 & pergūt hæretici contemnere. quædam de
 singulis accipite. de Batavo per ludibrium
 Missæ sacrificium imitante anno 1574. & di-
 rè multato, legendus Bredenbachius (e);
 Nouatum cōstat eò quod nec chrisma nec
 exorcismos in baptismo percepisset, à mali-
 gno vexatum (f). Scribit Victor Vticensis
 (g). Proculum quendam Arianum, qui de
 pallis altaris camisas sibi & femoralia facie-
 bat, frustratim sibi vorasse linguā (hauddu-
 bie obsesū) & sic turpissimā morte cōsuptū.

e lib. 1. col-
 lat. c. 39.

f Euseb. lib.
 6. hist. c. 33.
 g lib. 1. de
 persecut.
 Vandal.



lib. 2. cōtra Parmenian.

sermon. de lapsis.

Greg. Turon. h. 1. de glor. mar.

171. ca. 87. Surius 8.

Novem. in vita S. Godefridi.

3. c. 12.

Donatistas Eucharistiam effundentes, quibus eam obiecerant, canes inuasere (h) teste Optato. Multos suo tempore ob indignam Eucharistia perceptionem immundis spiritibus adimpletos, nobis est auctor D. Cyprianus (i), & memini me duo illustria legere exempla apud Greg. Turonensem, & in vita S. Godefridi Ambianensis (k) episcopi suffecerit ascribere illud Greg. Turonensis Epachius (inquit) presbyter dum temerè, quæ indignus erat, agere præsumpsisset, diuino iudicio solo proiectus, occubuit. Hic enim, dum Dominici Natalis vigilias celebrare Ecclesiam expetisset, per singula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo sua pocula lasciuia spumantibus pateris hauriebat, ita vt affirmarent multi cum post galli cantum in ipsa nocte vidisse bibentem. Sed cum esset ex genere Senatorio, & nullus in vico illo Ricomagēsi, iuxta sæculi dignitatem, haberetur nobilior, celebrare Missarum solennia expetitur. Nec dubitabat miser vino madefactus appetere, quod ieiunus quisq; non sine metu potest terrente conscientia explicare. Verum vbi explicitis verbis sacris, confracto Dominici corporis sacramēto, & ipse sumsit, & aliis distribuit ad edēdum: mox equini hinnitus ad modum vocem emittens, ad terram ruit, ac spumas cum ipsa mysterii sacri par-

eri particula, quam dentibus comminuere non valuit, ab ore proiiciens, inter manus suorum ab Ecclesia deportatur. Nec caruit ultra hac epilepsia infirmitate, sed per singulos lunares cursus incrementis decem. Et hæc semper pertulit, quia ab hauustu nimio vini minime infelix abstinuit. Hunc epilepticū energumēnū fuisse indicat hinnitus equinus: & merito qui sicut equus & mulus corpus domini nō diiudicauit. Huc pertinet cōtemptus excommunicationis. Cū D. Hugo Episcop. Lincolnienfis quosdam contumaces excommunicasset; nec magni facerent illi subito nō cōparuerunt. Militem aliū ob eandem causam diabolus nocte sequēte inuasit, & animā subito extorsit. Alii quoque ab eodem excommunicati à diabolo prælocati fuerē. [de quibus lege vitam ab equali eius scriptam, capitu. 23. apud Surium, tom. 6.]

Vndecimum est templorum & sacrarum rerum direptio ac expilatio. Pet. Cluniacensis postquam multa, quæ in hoc genere palam & frequenter à Matisconensi quodam Comite fuerant commissa, recensuit, infelicem eius & horrois plenam de vita migrationē in hunc modum commemorat (l), ad terrorem & correctionem nostrorum hæreticorum: cum solemnī die, Matiscone in palatio proprio resedisset, cumque



» multitudo tam militum, quam diuersi or-
» dinis circumstaret: repente ignotus homo
» equo insidens per palatii ostium ingressus,
» omnibus conspicientibus & admirantibus
» vsque ad ipsum equitando peruenit. Cum-
» que ei altaret, se ei velle colloqui dicens, vt
» surgeret, ac se sequeretur, non tam monuit
» quam imperauit. At ille inuisibili potentia
» constrictus, nec iam resistere valens surre-
» xit, atque vsq; ad ostium domus processit:
» vbi equum paratam inueniens, eumq; ab eo
» conscendere iussus, ascendit. Cuius stantis
» habenas ille arripens, statim eum velocissi-
» mo cursu per aera ferri cunctis conspicien-
» tibus cepit. Cumq; immenso eius clamore
» ac miserabili eiulatu tota ciuitas commota
» ad tam inuisum spectaculum concurrisset;
» tamdiu eum per aera currentem attoniti co-
» spexerunt, quãdiu naturali oculorũ acie eũ
» subsequi potuerunt. Qui eum cum diu, suc-
» currite ciues, succurrite, vociferantem au-
» dirent, nec iuuare valerent, subtractus tan-
» dem visibus hominum, aeternus, quemad-
» modum meruerat, est factus socius daemo-
» niorũ.] Sic iste direptiones & sacrilegia sua
» luit in hac & in sequenti vita. Huius mores
» postea imitatus Otgerius quidam Oecon-
» mus, quia non tam grauius deliquerat, in
» hac vita fuit senerè admonitus, vt futurũ, si
» saperet, vitæ supplicium effugeret. Subdit
» enim

enim Venerabilis idem Abbas; dum hic por-
tam, quã miser ille Comes abductus fue-
rat, & quæ postea semper obstructa manse-
rat; conatur aperire; Ecce inuisibiliter à Di-
» abolo raptus, ac videntibus, qui aderant
» multo in aera spatio subleuatus, sed confe-
» flim dimissus corruit, eiusque corpore gra-
» uiter colliso, brachium quoque illius subi-
» tã ruina confregit.] Duo alia exstant exem-
» plali. 3. vitæ S. Remacli q̄ apud Suriũ mense
» Sept. legi possunt. Ego addam quintum ex-
» emplum pœnæ, quam milites post obitum
» perpeti, qui manus ab expilatione templo-
» rum non abstinerant, in gratia tamen de-
» cesserant, visione quadam idem auctor de-
» clarat: quam ille vt certissimã fide comper-
» tam doceat, multa addidit, quæ censui præ-
» termittenda, potuit illa poni libro præce-
» denti, capite de Spectris mortuorum, sed
» non incommodè hic recensetur: ed quod
» variæ quoque pœnæ hic & supplicia eorum
» narrantur, qui vt Matifconensis ille Comes
» sacrilegi fuere. Itaque Petrus Venerabilis
» inducit ipsum qui viderat Petrum Engel-
» bertum Monachum iam, & à seculari ad
» spiritalem militiam digressum sic loquen-
» tem (m): Tempore quo Rex Aragonensis
» Alphonfus, regnum maioris Alphonfi Hi-
» spaniarũ Regis iã mortui obtinebat, cõtingit
» vt contra quosdam, qui in regione, quæ Ca-



152 DISQUISIT. MAGIC.

Stella dicitur, ei repugnabant, exercitum
commoueret, & vt de singulis regni sui do-
mibus, singuli illuc pedites vel equites diri-
gerentur, edicto fanciret. Ego edicto coa-
ctus, vnum ex mercenariis mercede mihi
seruientibus, Sancium nomine, ad exerci-
tum destinavi. Paucis post diebus decursis,
omnibusque qui expeditioni illi interfue-
rant ad propria redeuntibus, ipse quoque
domum reuersus est, Non longo deinceps
tēpore elapso, more humano, morbo cor-
reptus, nec diu cum morbo luctatus, defun-
ctus est. Inde post quatuor ferē menses, ex
quo ē vita decessit, dum apud Stellam in
domo mea hyemali tempore, iuxta ignem
in lecto iacerem, subito iam dictus Sancius
circa mediam noctem mihi adhuc vigilan-
ti apparuit. Qui igni assidens, & carbones,
quasi ad calefaciendum vel ad clarificandū,
huc illucque reuersans, multo magis se mi-
hi cognoscibilem demonstrabat. Erat au-
tem nudus & absque omni vestitu, excepto
paruo vilique tegumento, quo velut inho-
nestiora corporis obuelabat. Quem cum
vidisē; quis, inquā, es tu? at ille humili vo-
ce; Ego sum, inquit, Sancius famulus tuus, qd
inquam, hīc agis? vado, inquit, Castellam,
iterq; meū multo exercitū comitatur, vt vbi
deliquim⁹, ibi & delictis pœnas debitas ex-
soluamus? Et, cur, inquā, huc diuertisti? Est
inquit

LIB. III. P. I. Q. VII. S. I. 153

inquit mihi spes veniē, & si misereri volue-
ris celeriorē mihi requiē comparare poteris.
Quomodo inquā? Quādo inquit, nuper ex-
peditioni quā nosti interfui, hostili inuita-
tus licentia, Ecclesiam quandam cum qui-
busdam sociis inuasi, quæ intus sunt, inuen-
ta diripui, vestimenta insuper Sacerdotalia
mecum rediens asportavi. Pro quo specia-
liter diris pœnis subactus affligor, & reme-
dium à te, sicut à domino meo, quantis pos-
sum precibus exoptulo. Nam poteris mihi
subuenire, si beneficiis spiritualibus me stu-
deris adiuuare. Rogo insuper, vt dominam
meam, vxorem tuam, ex mea parte, mea
funct⁹ vice depreceris, ne octo solidos, quos
pro seruitio meo mercenario iure mihi de-
bebat, reddere iam moretur, & quod necef-
sitatibus carnis, si adhuc viuerem, reddidif-
set, animæ meæ longe amplius his egentī,
erogādo eos pauperibus, largiatur. Iam ego
tali eius colloquutione multo magis anima-
tus; quid, inquam, de conciuē nostro Petro
Deiocā nuper defuncto actum est? Rogo,
vt, si quid de illo nosti, aperias? Illum, ait,
opera misericordiæ frequenter quidem, sed
maxime præteritæ famis tempore, impensa
pauperibus, beatorum requiē adiunxerūt,
& vitæ æternæ participem effecerūt. Cumq;
eum tam prompte & facile mihi responde-
te audissem, adieci; & de Bernetio alio ciue
nostro,



noſtro, ante paruum tempus ſimiliter vt noſti deſuncto, aliquid tibi notum eſt? illum, inquit, infernus poſſidet. quia ad terminandas huic villæ lites & iudicio dirimendas prælatuſ, multa ſæpe muneribus aut gratia illicituſ iniuſte iudicauit, & quia cuidam pauperi viduæ quodam tempore baconem vnum, qualecunq; vitæ eiſ ſubſidium, crudeliter auferre non timuit. Tunc longe ampliuſ ad maiora quærenda animi feruore ſuccèſuſ, adiunxi. De rege noſtro Alphonſo ante paucos annos deſuncto, tibi aliquid notum eſſe potuit? ad hæc quidam aliuſ in fenestra capiti meo proximè ſuperpoſita reſidens; Noli, ait, hoc ab iſto quærere, quod ignorat. quoniam recens eiſ ad partes noſtras aduentuſ. hoc ei notum fieri nondum permittit. Mihi vero, cui à die obituſ mei quinquennaliſ cum huiuſmodi ſpiritibus mora, plura quàm iſti nouiter nota fecit, quod de rege quæriſ ignotum eſſe non potuit. At ego ruruſ nouæ vociſ auditu attonituſ, ac videre cupiens vociſ auctorem, conuerto oculos, ad fenestra, adiuſque lunæ ſplendore: quæ lumine ſuo omne tunc domuſ ſpaciũ clare illuſtrabat; conſpicio hominem in inferiori fenestra margine reſidentem, quem in eodem habitu, quo aliuſ videram, cernens: Et tu, inquam, quiſ eſ? ego, inquit, eiſ quem aſpiciſ ſociuſ ſum, & Caſtellam
cum

cum iſto & multis aliis proficiſcor. Et tu, inquam, de rege Alphonſo, vt dicebaſ, aliquid noſti? Noui, inquit, vbi fuerit: ſed verò vbi modò ſit neſcio. Nam aliquandiu tormentiſ acribuſ inter reoſ cruciatuſ, poſtmodum à Cluniaceniſibuſ monachiſ inde ſublatoſ eſt. Exinde verò, quid de eo factuſ ſit proſuſ ignoro. Hiſ dictiſ ad ſociũ, qui igni aſſidebat, verba conuertens, ait; ſurge & iam iter inceptuſ peragere incipiamuſ. Ecce enim iã omneſ viaſ, quæ intra vel extra caſtelluſ ſunt, ſubſequenſ noſ exercituſ ſociorum impleuit, & iam multiſ velociffime prætergreſſiſ, vt feſtinanter eoſ ſequi debeamus, vrgemur. Ad hæc vocem Sancioſ ſurrexit, & flebili voce, quod priuſ rogauerat ingeminanſ; Rogo, inquit, domine, ne mei obliuiſcaris, & vt dominam meam coniugẽ tuam, quatenuſ, q; corpori debebat, miſeræ animæ meæ reſtituat, oro ſollicituſ exhorteriſ. Hiſ dictiſ ſtatim vterque diſparuit. At ego mox coniugem iuxta me in lecto dormientem, citata voce exſuſcitans, priuſ quam eiſ quod videram vel audieram, narrarem, interrogauĩ; Vtrum aliquid Sancioſ communi noſtro mercenario pro mercede deberet. Qua reſpondente, quod ego nondum ab aliquo niſi à mortuo audieram; ſe videlicet eidem Sancioſ adhuc octo ſolidoſ debere: nequaquàm vltra dubitare potui,
cui



„ cui fidem & mortui relatio & mulieris con-
„ firmatio conferebant. Facto mane octo il-
„ los solidos à coniuge accipiens, & de meo
„ quod congruum visum est addens, pro eius
„ qui apparuerat salute pauperibus distribui,
„ & sacrarum Missarum adiutoria ei à sacer-
„ dotibus mea prece & studio impensa ad ple-
„ niorem peccatorum eius remissionem ad-
„ auxi.] In hac tam clara, tam certa, tam com-
„ mendabili visione docemur, quod *mortuos*
opera sua sequantur. hos quidē milites eo quod
confessi decesserant, & culpam sacramento
pœnitentiæ deleuerant, expiatoriis suppli-
ciis pro pœna peccato debita ad tempus; il-
lum quia non confessus erat, comitem &
culpam criminis adolere neglexerat, ater-
nis cruciatibus fuisse mancipatum. Catho-
licis vtriusque sortis optio est: hæreticis qui
& confessionem respuunt; & purgatorium
negant, altera tantum competit; quam
agnoscunt & fatentur. Ad hoc caput redu-
citur irrisio virorum sanctorū, quam Deus
non solet relinquere impunitā. Scribitur ta-
le quid in antiquissima S. Carilephi vita: Mu-
lier quedam Gunda nomine, quam clande-
stinus supplantator illexerat, spiritui sancto
volens illudere, virili præsumpta veste, in
beatissimi Carilephi monasterium ingredi
conata est, vt probaret verum ne esset illius
vaticinium, quo prædixerat sexui fœmineo
nun-

nunquam datum iri copiam in illud intran-
di, sed iusto Dei iudicio, priusquam vel aspi-
ceret cœnobij clausos aditus, arrepta à dia-
bolo retrorsum ruit, adeoq; fœde ab illo ve-
xata est, vt dicere me pudeat. Caput enim il-
li adegit inter fœmora, sicque factum est, vt
quæ sacratis liminibus falsa oscula impri-
mere tentauerat, immundas sui corporis
partes osculari cogeretur, sexumque ipsa
suum, quem virili habitu tegere voluerat,
cunctis cernere volentibus palam proderet.
Ea res effecit, vt deinceps eò se cōferre mu-
lieres aufē non sint.] *Sur. to. 3. Mense Iulij. vt inā*
& nostri temporis muliercularum audacia
hoc exemplo eis narrato reprimatur. Ali-
quando etiam ob festorum dierum cultum
temeratum Deus talia permittit, vt ei acci-
dit qui seruile opus faciebat in festo S. Phila-
strij. *B. Rampertus Brixienfis in tract. de transla-
tio. S. Philastrij.*

Duodecimam causam præbet multorū pu-
sillanimitas, & desperatio, cum mœrore op-
pressi, à Deo vel non petunt auxilium, vel se
malis eripendos diffidunt: quæ de causa et-
iam plerique se dæmoni vt auxiliatori sub-
iiciunt: præbet etiam curiositas nimia cau-
sam, quando impudenter petimus scire
quod nulla ratione competit inuestigare:
prius illud patet, ex historia Theophili Oe-
conomi, quam nobis oculatus testis Euty-
chianus.



» chianus, patriarcha nouæ Romæ dereliquit
 » quam sibi breuiter attingi; hic latius profe-
 » quar verbis auctoris; Cum Cæsar Iustinia-
 » nus rerum potiretur, Theophilus quidam
 » in oppido Ciliciz Adana Oeconomus Ec-
 » clesiaz fuit, multis quidem ille gratus, & Ep-
 » scopali munere, quod tamen constanter de-
 » trectauit, dignus existimatus. Qui ab æmulis
 » immerito accusatus, & de officio Oeconomi-
 » z deiectus, in eam animi impotentiam
 » adeoque impietatem deuenit, vt hortatori
 » Mago Iudæo morem gerens, Christum Dei
 » filium ac matrem eius Mariam data syngra-
 » pha turpissimè abnegaret, seq; totum impè-
 » rio Satanæ, qui se videndum obtulerat, tra-
 » deret, atque manciparet. Quid hic faceret
 » miser, tam nefarij criminis sibi cõscijs? To-
 » tus animo perturbat⁹, vt nusquam fere pos-
 » set consistere, cum irato Deo se dæmonis es-
 » se mancipium cogitaret, mutato consilio,
 » tandem ad sanctissimam Dei matrem con-
 » fugiendum duxit, ac templum ei sacrum pe-
 » tit, in quo suas preces ac supplicationes, cū
 » multa ieiunatione coniunctas noctes ac dies
 » indefesse consumpsit, magnumq; veræ pen-
 » nitentiæ specimen edere cepit.] subditur
 » deinde admodum pia & verè penitentis ac
 » demissi contritique spiritus, oratio ipsius
 » Theophili. Quid multis? addit Theophilus
 » quadraginta dies in hoc Mariz templo per-
 » durans,

durans, nullumque orandi, & plorandi, la-
 mentandique finem faciens (tantus in illo
 feruor erat penitentiz) denique opitulante
 sacra Virgine, suam scriptam & consignatam
 diabolo syngrapham, qua Christianissimum
 abiurauerat (mirabile dictu) recepit,
 in Dei gratiam rediit, &c.] hanc historiam
 (qua salutare cunctis, qui, in isto Dei iudicio,
 in maligni hostis, aut maleficorum eius
 membrorum manus inciderint, ac certum
 efficacque remedium proponitur) ex Græ-
 cis habent Metaphrastes (n), ex Latinis Petr.
 Damianus (o) & Sigisbertus. Posterius de
 curiositate, traditur à B. Augustino, & in
 Decreto Gratiani inseritur. (p)

Interdum hæc ob culpas veniabiles à Deo
 permittuntur, maxime vt sanctitas & gratia
 eorum, qui sanitatem reddituri, cunctis in-
 notescat. hoc cõigit Abbati Mosi apud Cal-
 sianum propter leuiculam iram (q) hoc pro-
 pter precipitem gulam & leuem, cuidã reli-
 giosæ apud D. Gregorium (r); hoc cuidã reli-
 gioso, ob tepiditatem & distractionem in
 oratione, apud scriptorem vitæ D. Bernardi
 (s); quorum sanatio famam auxit D.
 Bernardi, D. Equitij, & D. Ma-
 carij, per quos Deus illos
 liberauit.

n apud Sur.
 mense Feb.
 tom. 1.
 o Damian.
 ferm. 1. de
 Nati. B. Ma-
 ria virg. Si-
 gisbertus in
 chron.
 p ca. vlt. 26
 q. 5. ex D.
 Aug. lib. 2.
 de doctri.
 Christ. cap.
 22. & 23.
 q collat. 7.
 cap. 27.
 r lib. 1. Dial.
 cap. 4.
 s lib. 2. ca. 1.



QUESTIO VIII.

*Cur cum ista damna plerumque diabolus
possit per se inferre, malit vti opera
maleficorum.*

DVAS inuenio causas. alteram quia hoc pacto maiorem Deo se facere credit iniuriam, quando creaturis ratione præditis, & baptismo ablutis, & chrismate delibutis, potest abuti ad creatoris ipsius vilipendium & irritationem: pluribus etiam sic nocet, quia non adeo homines abhorrent, à conuersatione & familiaritate maleficorum atque odere consortium diaboli. Si namque semper se dæmon palam obtruderet, multi foris cum eo percutere, & has artes maleficas exercere detrectarent.

Altera est, quia quædam per homines potest, quæ vel non possit, vel non tam commode possit per semetipsū immediatè perficere. Verbi gratia: si resistendum sit alicui viro sancto concionanti, aut recta suadenti: sicut per Iannem & Mambre Moysi, per Elimam D. Paulo restitit. item si sint hæreses spargendæ, sicut per Simonem, Menandrum Marcum, & alios fecit. Item si sacris rebus abutendum, quod in maleficiis frequentissimum est (1): quibus cum per homines abutitur, copiosius lucrum refert animarum.

tum quia sic plures in fraudem inducit: nam contemptoribus rerum sacrarum contemptum adauget; veneratoribus falso persuadet hæc à Deo, non à dæmone fieri (2), & sic ad defensionem maleficorum multos inducit, atque ita peccatum eis impingit: tum quia consequitur vt ad magicam superstitionem, homines etiam addant sacrilegium: Vnde Deus magis magisque offensus, plura etiam indies principibus tenebrarum in miseros mortales permittat.

Restabat dicere de remediis maleficiorum: sed id differo in vltimum librum.

Sequitur videamus de vana
observatione.





PARS POSTERIOR;

SIVE

DE VANA OBSERVANTIA,

QUESTIO I.

Quid sit.

DE hac egit Divus Thomas. 2. 2. questio. 96. potest definiri, Vana observantia est, Magia superstitiosa; qua commodum aliquod speratur ex re, quæ nec supernaturaliter eò pertinet, neque naturaliter id præstare potest. Dicitur *vana*, quia vel non consequitur effectum intentum; vel si consequatur, plus noxæ, quam commodi adfert. quia homo illa utens tantum percipit utilitatem in rebus corporeis vel temporalibus. Animæ verò detrimentum refert. Dixi, *nec supernaturaliter*, quia qui effectum expectant à Deo per media Deo displicentia, ij vani sunt,

QUESTIO

QUESTIO II.

Quale peccatum sit.

ALIVANDO lethale, aliquando veniabile. Lethale erit, primo si fiat ex pacto expresso cum dæmone. Secundò si quis gnarus sit saltem subesse pactum tacitum, sine cum admonitus non vult desistere (x). Veniabile est, quamdiu quis ignorat tale pactum cum dæmone, si tamen nec ipse tenetur scire, nec fuit admonitus (y). Intellige de eo qui nec consuluit peritos. Nam licet quis ratione officij vel status, nõ tenetur scire, tenetur tamen, ut incipit dubitare, consilium petere à doctis: quod si non faciat, negligens est. potuit enim scire, & idè non ignorat inuincibiliter. Nullum est peccatum, quando quis ioco tantum facit, sine præiudicio, vel periculo sui aut alterius (z): item si quis labore ignorantia inuincibili, & vitæ medijs vel bonis, vel indifferentibus.

x *Silu. ver. superstitio. q. 10. in fin. y Silu. 5. NARR. c. 11. Manual. & est communis.*

z *Caiet. & Valent. ad d. q. 96.*

QUESTIO III.

Quotuplex sit.

SI causam finalem adspicias, potest reduci ad quatuor quasi species. Prima est, quando expectatur commodum in rebus exterioribus seu fortunæ, ut in animalibus, segetib⁹, vineis, bona aeris cõstitutione, &c.

L 2

2. quan-



2. quando expectatur bonum aliquod corporis, vt sanitas, liberatio à carcere, hostibus, ferro, igne, aqua & huiusmodi; quia sic se putat fore innoxium. 3. quando expectatur bonum animæ naturale, vt ars, vel scientia aliqua. 4. quando expectantur bona supernaturalia, vt sunt remissio peccatorum, per aliquas certas orationum formas, aut versiculos Psalmorū, vel sacræ alterius scripturæ, & alia huiusmodi, ab Ecclesia vel Deo ad hoc non ordinata.

QUESTIO IV.

Vnde dignosci queat, quādo sit huiusmodi vana obseruantia.

SECTIO I.

DICO breuiter; 1. Si constet quod effectus superet naturæ vires, tunc attendere oportet, an per sacram Scripturam, vel Ecclesiæ definitionem, vel approbatam ab ea traditionem effectus iste Deo tribuatur; siue quod idem est, an huiusmodi testimonio constet, effectum hunc esse diuinum: si nihil huiusmodi reperitur, effectus tribuendus est pacto cum dæmone inuito, & proinde censenda superstitio magica, vt minimum vana obseruantia: tales sunt effectus remissio peccatorum extra sacramenta, quoad mortalia extra sacramentalia, quoad culpas

pas veniales. item diuinatio rerum futurarum, contingentium; inflexio aut directio earum actionum, quæ ab arbitrij libertate mere dependent.

Secundò, si constat rem, cui tribuitur effectus hanc vim à Deo vel à natura habere, non est vana obseruantia ex parte effectus, sed posset esse vana obseruantia ratione alicuius vitiosæ circumstantiæ, verbi gratia, cilicium, disciplina, ieiunium, quia corpus affligunt & macerant, prædita sunt virtute ad coercendum concupiscentias carnales, ex viribus carnis, & corporis habitu nimis laxo pullulantes; sed si his addas circumstantias ridiculas, & ad hoc à natura, Deo, vel Ecclesia non ordinatas, veluti certam horā, definitum numerum, quem nec excedere nec minuere liceat, vel præsentiam certarū personarum, vel vt fiat illa vel illa manu, flagro serico, & huiusmodi; erit vana obseruantia. Ex his regulis infertur esse vanam obseruantiam.

SECTIO II.

PRIMO si ad productionem effectus requiritur fides in ipsum hominem qui sanatur; verbi gratia, credere quod is possit sanare.

Secundò, si effectus attribuitur magicis imaginibus, figuris, sigillis, characteribus, implus verbis, vel rythmo, vel contactui, &c.



& non Deo, quæ libro primo discussimus: & in his plerunq; est incantatio, & pecc. M.

Tertio, si quis vitur certis orationibus, aut sententiis etiam sacris, aut operibus piis in rebus vanis, & non pertinentibus ad Dei cultum & honorem, directè nec indirectè. Voco indirectè, quando res non sunt vanæ, quia sunt utiles proximis, vt sanitatem illi vel nobis ipsis adferentes. Nam in huiusmodi rebus fieri posset aliquando, vt licet nos rationem siue initium nesciamus praxis alicuius: tamen vir Sanctus aliquis id instituerit, & à Deo similem gratiam obtinuerit. Quare in huiusmodi, si quis ea adhibeat ex mera deuotione, & curationem à Deo expectet solo; sanè indirectè ad Dei honorem hoc referret, auctorem omnis miraculose sanationis & qui orationi ac fidei, ac ieiunio Christianorum, sanationes pollicitus fuit.

*a in summ.
verb. su-
persitio.*

Fuit (nisi fallor) hæc sententia Caiet. (a) ita scribentis; Quarta superstitio est observationum in verbis, aut rebus sacris portandis, dicendis, vtendis, adiunctis aliquibus conditionibus non malis, quarum ratio nescitur: vt patientes spasium neruorum, primo Carlino oblato Christi cruci in parasceue vtuntur pro remedio, confecto ex illo annulo: & sic de similibus. Quantum enim apparet in huiusmodi superstitio interuenit: quoniam vanæ conditiones apparent.

apparent. Si tamen ex mera deuotione sunt, & non nisi à Deo intendant, & expectent effectum, putantes Deum inspirasse alicui sancto viro huiusmodi conditiones, non audeo damnare, sed tolerabile mihi videtur.] Sic Caietan. Cuius ego sententiam eatenus amplector, vt putem distinguendum ante factum, & post factum. Quoad eum, qui consilium peteret, num sibi liceret huiusmodi facere; omnino suaderem desisteret; imo responderem non licere. cum enim lege ordinaria non sit solitus Deus huiusmodi conditiones, in quibus aliquid vanitatis apparet, sanctis inspirare, temerarium est sibi quid huiusmodi persuadere; & saltem res iure habetur pro suspecta. quare & tenetur quis admonitus eam vitare. Sed si quis post rem peractam, bona fide & opinione, qua dicit Caietan. & nunquam super eo monitus, vel confiteretur, vel consilium quæreret; non auderem illum damnare præteriti peccati: cōfulerem tamen in posterum abstinere. Si quæras, an in rigore, sit vana obseruantia? respondeo, vt minimum, speciem valde verisimilem præ se ferre. Quod semel dictum sit circa hanc Caietan. doctrinam, quæ utilis est ad multorum consolationem post factum, vt dixi, & consideranda in plerisq; casibus sequentibus particularibus;



in quibus apertè malum vel peccati deformitas non apparet.

Quartò, per certa ieiunia & quasdam orationes; quæ in quibusdam libellis damnatis idèd à Papa Pio V. continentur; dubias indulgentias, & remissiones peccatorum, & consecutionem rei optatæ, expectare seu querere, est vana obseruatiã: per certa verò ieiunia & orationes sine humano labore, sed secundum instituta artis cuiusdam, sciẽtiam infusione acquirere, pertinet ad primã Magiæ speciem: sit enim ex pacto expresso cum dæmone, & est Mortale. hanc artem, vocant *artem Notoriam*. damnata fuit Parisiis ann. 1320. de qua Diuus Thomas *dicta questione 96. art. 1.* Alexand. de Hales *2. p. q. de sortilegio & alij.*

SECTIO III.

QVINTO quando gestatur reliquiã, vel Euangelium sancti Ioannis, aut aliqui versus Psalmorum, non ex deuotione tantũ, sed adiunctis vanis circumstantiis, v.g. vt sic vel sic sint scripta, vel reliquiẽ sint in vase triquetro vel rotũdo, tribũdo vim formæ vel materiæ (b), vt scriptũ sit in pergamento virginea, vel tempori, vt scriptum sit oriente sole, vel personæ, vt alligatũ sit ab incorrupto, vel modo, vt tottilis, vel talib, itẽ necesse est, vt nulla adsit figura, præter signũ cru-

b D. Thom. 3. art. 4. & Nauar. d. 6. 11. n. 35.

cis;

cis; nulla imago præterquam Christi, vel B. Virginis, vel Sancti alicuius noti, aut solita angeli boni; itẽ nulla barbara & incognita Dei vel Angelorum nomina sint addita; deniq; nihil aliud adsit vani vel mendacis, Deus enim nunquam est auctor mendacii vel vanitatis (c). Obiiciat forte aliquis solum signum crucis iure canonico permitti. *Resp. vnt cano- Canonẽ agere de characterib, quibus cri- nista per cem annumerat: non agere, de imaginibus; text. non si- quæ cum in templis piẽ habeantur, cur non ect. 26. c. 6. possint & collo gestari? De ligaturis super- D. Tho. su- stitiosis sic D. August. (d). Ad hoc genus pra D. An- pertinent omnes ligaturæ atque remedia tonin. 2. p. quæ medicorum quoque disciplina conde- tit. 12. c. 1. mnat, siue in præcãtationibus, siue in qbus- Marti. de dam notis, quas characteres vocant: siue in Arles. de quibusdam rebus suspendendis atque ligã- superstit. dis, vel etiam saltandis quodãmodo, non ad tra. 10. Vi- præseruationem corporum, sed ad quasdam guer. c. 5. significationes occultas, aut etiam manife- 6. v. 5. stas; quæ mitiore nomine physicam vocant: dlib. 2. de vt non superstitione implicare, sed naturã doctrin. pdesse videãtur. sicut sunt in aures in sum- Christ. c. mo aurium singularum, aut de struthionũ 20. repe- ossibus ansulæ in digitis, aut cum tibi dici- ritur in c. tur singultienti, vt dextrã manu sinistrum illud. 26. pollicem teneas.] censuit itaque D. Augu- qu. 2. stin. in his esse vanam obseruantiam. arbi- tror, quia hæc ad futuri obseruationem no-*

L 5 tabant.



tabant. fieri namque potest, vt vltima duo
physicam vim ad sanitatis conseruationem
aliquam obtineant; & tum à superstitione
forent aliena. Addit idem Augustin. postea
obseruatu quiddam dignissimū, non quic-
quid intus sumptum naturaliter iuuat, idē
etiam appensum iuuare: & ideo plus cautio-
nis adhibendum in his appensis, quoniam
e d. lib. 2. " in iis plus periculi versetur. Aliud inquit (*e*)
e. 26. " est dicere, tritam istam herbam si biberis,
" venter non dolebit: & aliud est dicere, istam
" herbam collo si suspenderis, venter nō do-
" lebit. Ibi enim probatur contemperatio sa-
" lubris: hic significatio superstitiosa damna-
" tur.] quibus verbis sentit, prius esse reme-
" dii: posterius verò signum pacti. Sic è con-
" uerso, non quicquid efficax est à natura ap-
" pensum, vt sunt quidam Indici lapides con-
" tra dolorem renum, lienis, &c. id etiam est
" efficax tritum & intus sumptum. Subdit
" sapienter Augustin. Quanquam vbi præ-
" cantationes & inuocationes, & characteres
" non sunt, plerumque dubium est, vtrum
" res quæ alligatur aut quoquo modo adiun-
" gitur sanando corpori, vi naturæ valeat, q̄
" liberè adhibendum est; an significatiuâ qua-
" dam obligatione proueniat, quod tãto pru-
" dentiùs oportet cauere Christianum, quan-
" to efficacius prodesse videbitur. Sed vbi la-
" tet, qua causa quid valeat; quo animo quisq̄
" vtatur

vtatur interest.] Ex quibus verbis tria colli-
gas, primò si putatur res naturaliter prodes-
se, tunc licet suspendere de corpore, quia hoc
fit tanquam remedium. Secundo si putatur
non prodesse naturaliter vt causa, sed dum-
taxat vt signum futuræ sanationis, tunc o-
mnino abstinendum. Tertio si res dubia sit
nec adsint medici, qui consulantur; tunc a-
nimus & intentionem appendentis, rem
bonam vel malam facere, bonam si facit o-
pinione priore, malam si posterius credat.
Tunc enim incideret quis in c. admoncant.

26. qu. 7. quo laici anathemati, clerici de-
gradationi subiiciuntur. Canones (*f*) non
permittunt orationes alias inscribi peria-
ptis, præter Orationē Dominicam & Sym-
bolum; sed vsu catholico id ad Euangelium
B. Ioannis, & alias sacræ scripturæ partes ex-
tensum videmus: quia par in iis ratio procedit;
nempe deuotio ferentis, & verborum
sanctitas. Quæ si profunt piè recitatæ; cur
non & piè gestatæ? sed semper superstitiosa
quæ diximus vitanda, in primis numeri cer-
ti iteratio, quando illi vis attribuitur. Vnde
sanè oportet intelligere, quod magnus Cas-
siodorus scripsit (*g*), multis efficax remedi-
um in variis malis fuisse trinam recitationē
huius versic. *Dirupisti vincula mea* &c. vt non
ipsi ternæ repetitioni, sed in honorem san-
ctissimæ Trinitatis ter repetentis deuotioni

Deus

*Ec. non lice-
at. 26. q. 5.
& c. non ob-
seruatis 26.
q. 7.*

g in psal. 107.



Deus id detulerit. sed de orationum formulis mox plura.

SECTIO IV.

SEXTO huc referenda vanissima ominum
(κλιπονομία) animaduersio. de qua B.
Chryso. hom. 21. ad populum Antiochen. Et quid
,, tandem sunt omina? Sæpè domum quis su-
,, am egressus hominem videt monoculum,
,, vel claudicantem & ominatus est. Et postea,
,, Si virgini occurreris sterilis dies erit, si verò
,, meretrici, dextera & plena & multa merca-
,, tione plena] mox vt par erat in hanc demē-
,, tiam inuehitur. Quod verò Ausonius tria
,, tantum omina agnoscit, eum refellunt cæ-
,, teri qui plarium meminere, fortè de præ-
,, cipuis tantum loquebatur. sed quæ illa in re
h d. cap. 20. vanissima? D. Augu. sic scribit (h); His adiū-
guntur millia inanissimarum obseruationū.
,, si membrū aliquod salierit; si iunctim am-
,, bulantibus amicis, lapis, aut canis, aut puer
,, medius interuenerit: atque illud quod lapi-
,, dem calcant tanquam diremptorem amici-
,, tiæ, minus molestum est, quam quod inno-
,, centem puerum colapho percutiunt, si præ-
,, fiter ambulantis intercurreat. Sed bellū
,, est, quod aliquando pueri vindicantur à ca-
,, nibus. Nam plerumque tam superstitiosi
,, sunt quidam, vt etiam canem qui medius
,, interuenerit. ferire audeant, non impunè.
Nam

Namque à vano remedio cito ille percuf-
forem suum ad verum medicū mittit. Hinc
funt etiam illa limen suum calcare, cū
ante domum suam trāsit: redite ad lectum,
si dum quis se calceat sternutauerit: redire
domum, si procedens offenderit: cū vestis
à foricibus roditur, plus timere suspicio-
nem futuri mali, quam præsens damnum
dolere. Vnde illud eleganter dictum est Ca-
tonis, qui cū esset consultus à quodam,
qui sibi erosas esse caligas diceret à forici-
bus; respondit, non esse illud monstrum;
sed verè monstrum habendum fuisse, si so-
rices à caligis roderentur.] vides quot ge-
nera hīc fuisse à D. Augusto enumerentur.
primò Salifatorium. de quo Isidorus tra-
dit Salifatores seu Salitores vocari huiusmo-
di ominosos. Salifatio τρυλιδς vet. glossario
vocatur & palpitatio: huius species à ciliis
vel oculis potissimæ. istius Suidas & Theo-
critus meminere: illius Plaut. in Mil. glor.
Præcantatrici, collectrici, ariole, aruspice, Flagi-
tium est si nihil mittetur, quæ supercilio spicit. &
in Pseudo. Nisi quia futurum est, ita supercili-
um salit, vide Cælium lib. 7. cap. 29. quò vide-
tur referendum, quod quidam sonitum
spontaneum auris dextræ vel sinistræ ob-
seruant; vt si hæc tintinet, inimicum; si illa,
amicum nostri putent memoriam tum re- i in Epist.
colere. De quo Aristinetus (i), οὐκ ἔστιν ἀμφο-
Βεου



Ἡρώδης τὰ ἄρα, ἢ τὰ σὺ μὲν δ' ἀκούων ἀπεκρίθη. nonne auris tibi resonabat, quando tui lacrymans recordabar? & alicuihuc pertinere videatur illud Lesbiz vatis à Veronenfi conuersum;

” *Sonitu suo pte tintmant aures.*
kinter Ca- Quod illa dixerat; *βομβῆσ' ἐνδ' ἀκοῆι πο-*
raleg. Virg. & apertius incertus quidam, sed anti-
quus (k);

” *Garrula quid totis resonas mihi noctibus*
” *auris?*

” *Nescio quem dicis nunc meminisse mei.*
Quod referre ad amātium sympathiam, nimis longè petatum, huc pertinet & *Spatulamantia*, quæ sit nuda spatularum inspectione. A corpore etiam sumitur omen sternutationis, & offensionis pedū, de quo mox plura dicemus.

Alia ducuntur ex nomine, alia ex fortuitis aliorum verbis, alia ab iis quæ domi, alia ab iis quæ in via contingūt. Ex nomine ductum illud quod narrat Glycas (l) de Augusto, eum Nicopolim vocasse quam extruxerat urbem; & ibi hominis ac asini statuas aheneas locasse, eò quod ea nocte, quæ Actiacam pugnam præcessit, in hominem inciderat, qui asinum agebat, cumque illius de nomine sciscitatus fuisset: mihi quidem
” respondit ille nomen est Eutyches (h. felix) asino verò, Nicon (h. victor).] Ex verbis for-

bis fortuitò prolatis, quæ Cicero censuit propriè vocari omina (m), vt cum filia Consulis bellum Perseo cogitantis, patri dixit Perseum obisse, quod erat Melitæi catelli nomen. *Οἰσοκρότικα* sunt, apud Plautum, si introiit in ædes ater alienas canis, vel anguis per impluuium decidit de tegulis; vel, vt hodie multi peccant, si salinum euersum, vinum effusum, si crebrius vel rariùs in mensa sternutatum, si quod in conuiuio verbum tristius pronunciatum, si quis erus cruri imposuerit, si canis vlulauit, coruus tecto insidens crocitauit, & huiusmodi. Quæ foris eueniunt, non sunt pauciora, & hoc genus vocant τὸ ἐξ ὀφείλου, vt quæ D. August. retulit, item leporem iter transuerso saltu velut diremisit; lupum, caprā, aut aliud animal in via vidisse, & quod ex irreligiosa mente hæreticorū profectū, habuisse obuuium monachum, & alia infinita, vt subiecta post finem huius sectionis tabula docebit.

m lib. i. de diuinat.

Huic ominosæ obseruationi plurimū tribuere olim Romani, vt patet ex Ciceronis lib. de Diuinat. & Valerio Maximo, lib. i. c. 5. Item Græci & Egyptii, vt docet Pausan. in *Achaic.* & Theophrastus in *Characteris*, vbi n. ca. de multa exempla ponit (n): nec non Syri teste *perfectione*. S. S. in Regum historia lib. 3. c. 20. v. 33. vbi legitur nomen *ominis*, q. D. Augustin. (o) negat tractat. se in



178 DR. VISIT. MAGIC.

abruptio corrigi, & sternutamenta erunt
obseruanda? Nōne semper prætexas super-
sticiosus, offensionem quamuis pedum sibi
diuinam iram prætendere? quid enim aliud
gentiles contendebant? Nonne hoc in Tib.
Graccho obseruarunt, quo die occisus fuit,
domo egredientem ad limē grauissimē pe-

z *Valerius*
Max. li. 1. c. Grasso infausti praelij die accidisse? (a) Nō-
4. *Plutar.* ne hoc de marito Laodamia scribit?

in Gracch. „ Cum foribus velles ad Troiam exire paternis,
a *Plutar. in.* „ Pes tuus offenso limine signa dedit.

Crasso. „ Vt vidi ingemui, tacitoque in pectore dixi,
b *Ouid. in.* „ Signa reuersuri, sint, precor, ista viri. (b)

Heroi. epist. Nōne de se iam venia dignus Tibullus? qui
cecinit:

„ O quoties ingressus iter, mihi tristia dixi,

c lib. 1. c. „ Offensum in porta signa dedisse pedem. (c)

li. 2. Quid si enim dicerēt, euentum hunc ab ca-
dē prouenire causa prouidētiz, à qua mor-
tes & strages istorum? Nonne Caietano iu-
dice absoluendi? De sternutamentis semper
erit quo excusent. incidat in aduersum ali-
quid, qui sternutat: dicet ab eadem causa v-
trumque euentū, sit felicior alius, & opta-
tis potiatur: id ipsum dicet signū fuisse suc-
cessus, & non à naturali, sed superna cœlesti
causa communi id euenisse. Sane sternutati-
onem medium omen censuere veteres, vt
d in Thali. notatum scholiastæ Theocriti (d), ideoque
sternu-

fu
li
ve
li
ser
ve
ta

Ab animalibus omnia ducta, censebant veteres ad augurum pertinere disciplinam, ideo inter auspicia numerari quoque possent, de quibus agitur lib. 4. quia tamen hic capimus de iis agere, & reuera sunt omnia, & à singulis fere animalibus aliqua capiuntur, in breuem hic tabellam que nunc reperio coniecimus, plerisque tantum indicatis. Nam libri res foret, si singula prolixè referam.



Vulturibus, vt fecere Hercules & Romulus, apud Plutarch. in Romulo.
 Turturibus, vt Bauari, Annal. Boiorum lib. 5.
 Hirundinibus, vt Romani, Plut. ar. in Antonio.
 Passerculis, Romani, Plut. in Sylla.
 Leonibus, apud Bonfin. l. 8. Deca. 4. Iouius in vita Leonis X.
 Equis } Rugiani modo miro, apud Saxo. hist. l. 14. Cranz. l. 5. Vandal.
 } Galeotæ vates Sicul. apud Plin. l. 8. c. 42. Ælia. l. 12. var. histor.
 Afinis } C. Mirius, apud Valer. Max. l. 1. c. 5.
 } Hetrusci Pistorien. apud Sigon. anno 366. l. 7. hist. Imp. Occid.
 } Peisæ Plutar. in Lucullo.
 Bubus } Ægyptij, Solinus cap. 45.
 } Longobardi, Iouius in vita Matthæi ducis Mediolan.
 Canibus } Æthiopes olim Solin. c. 45.
 } Heluetij hodie, Iouius lib. 11. hist.
 Arietibus, Hetrusci, Macrobi. 3. Saturn. c. 7.
 Capris, Lacones, Pausan. in Bæot.
 Porcis, vt Theodatus Gothorum Rex, de quo narrat historiz cū futura curiosius scrutaretur in signi vanitate Iudeum hominem iussisse triginta paruis hauris sues includi; ac cūctis imponi certa nomina, inde ad certum diem quiescere. Die præstituto cunctis ad amussim seruatis; rex cum Iudæo porcos inuisit. Mortuos inuenere tantū, quibus Gothica nomina data plebeiorum; viuos verò qui fuerant insigniti nominibus Romanorū Praefectorum, nempe decimum quemque; his tamen fetas è dorso d. fluxisse, quarum dimidium visebatur. Hinc Iudæus ominatus dicitur, Romani exercitus dimidium prælii interiturum, Gothos ad internecionem delendos, sic fere Rhodigin. lib. 13. antiq. cap. 35.
 Nec minus mirum, quod Bizantijs, Andronicis imperantibus, antequam caperetur vrbs, cū canerentur sacri hymni, in Ecclesiâ sus cænosus ad modū irrupēs, credit^r est religionis in peius mutatione ominari. Gregorius Ann. 8. Ego ad ostēta id retulerim diuina.
 Lupis, Argiui, Pausan. in Corinth. de Danao.
 Felibus, duo narrat Cardan. l. 4. de rer. variet. ca. 75. sed vtrumq; felem, puto fuisse dæmonis figmentum, & ambos illos viros magos.
 Mustelis, Ladisslaus Geyle frater, apud Bonfin. l. 3. rer. Hungar. Decad. 2.
 Musculis, Romani, Plin. l. 8. c. 38. Plutar. in Sylla.
 Ferarum quarumuis & animaliu signis. De his ita scribit Laur. Valla l. 1. hist. Ferdin. Aragonij Reg. Adelitos & Almoganenos vocari ab Hispan. eos qui ex volatu auium, ex voce, ex ferarum occurſu, aliarumque multarum rerum ariolantur, quid boni maliq; sit euenturum, & hos habere de his prognosticis libros diligentissime scriptos. Horū „(inquit) alteri sunt duces, ac veluti magistri, alteri comites ac discipuli. Est alia horum peritia inuestigare transitus, non equorū „ modo iumentorumq; sed hominum quoq; per vestitam per nudam, per duram humum, per lapides, per saxa: vt nec numerus „ eorum, qui transferunt, vnquam fere eos fallat, qui apposita voce inuestigatores dici possunt, &c.
 Craso regi excidium, apud Herod. l. 1. Plinium l. 11. c. 54.
 Gracchis fratribus mortem, Valer. Maxi. l. 1. c. 6.
 Neroni imperium, Caius Rhodig. l. 10. ant. lect. cap. 3.
 Aetio vicecomiti victoriam, Iouius in eius vita.
 Attinganis de quibus ita Theod. Balsamon in 6. Syn. que in Trullo; quidā serpentes in sinu gestantes, qui dicuntur ἀντιπρῶτοι; hunc quidē die maligno natū esse. Illum vero f. lici fidere dicunt, & futuras felicitates & infelicitates annunciant, & alia quedā nugantur, & c.
 in Curij Apollinis fonte Plin. lib. 32. c. 2. Plut. lib. vtra animalia sunt sapientiora, &c.
 minori- } Augustum in Sicilia, Xiphilinus in Augusto.
 bus } Henricoll. Anglor. Regi, Polydor. Virgil. lib. 13.
 } remora, M. Antonio, Plin. lib. 32. c. 1.
 } Testudo, Clodio Albino, Caius lib. 10. c. 3.
 } vt apud Dinum æstuarium, Athenæus lib. 8.
 } c. 2. Caius lib. 7. c. 29.
 } apud Bizantium, ex Procopio, Caius. l. 8. c. 11.
 } apud Lubecam, Cranz. l. 8. Vandal. c. 17.
 } apud Norueg. serpēs Mos, Ziegl. in descrip. Scandiae.
 } incertæ ac mon- } leonina vel humana specie. Olau. l. 21. c. 1.
 } strosi } Monachi marini, Boeth. in Scot. annal.
 Araneorum tela alba vel nigra, Diodor. lib. 17. biblioth.
 Apum examen Bruto infaustum, Plut. in Bruto; Druso faustum, Plin. l. 11. c. 17. Platoni quoque, Cicero l. 3. de Nat. Deor.
 Muscæ dapibus insidentes Traiani mortem, Cuspinian. in Traiano.
 ab infe- } Midæ diuitias, Cicero 3. de Nat. Deor.
 ctis } Formicæ, } Cimonimortem, Plutar. in Cimone.
 } non idem } aliis pugnam & victoriam, Æneas Silu. Europ. c. 53.
 } nam } Critierno exilium, Olau. l. 22. cap. 20.
 Locustæ expeditionem Hierosolym. Sigonius l. 9. regn. Ital.
 Bruchi Tamberlanem reuocant à cæptis, Cranz. l. 10. Vandal. c. 5.

Sumebant & à vegetabilibus

Ficus pudicitiz euerſionem, Plinius lib. 17. cap. 25.
 Arborea sponte renascentes, meliora omnia, Plin. lib. 16. cap. 32.
 Scopæ in palatio florentes vilium exaltationem, Cardanus lib. 15. de var.
 Frumenta in arboribus nata, magnam victoriam, Plinius lib. 18. cap. 18.
 Vindemia repetita, incrementum imperij, Nazian. orat. 1. in Iulian. Sozomen. lib. 5. c. 1. Eutrop. lib. 11.
 Florum aspersio, victoriam, Plin. in Syll.
 Laurus nascens felicitatem Liuia. leg. Plinium l. 15. c. vlt. sed moriens laurus, mortem, Sueton. in Nerone.
 Myrtus idem quod laurus, vide Plinium lib. 15. cap. 29.
 Vitis secta, infelix omen Traiano, Macrobi. di. 1. Saturnal. cap. 23.
 Oleaster Megarenſis, Plin. lib. 16. c. 39.
 Rubus caninus, Athenæus lib. 2. cap. 33.
 Apium, victoriam, Plut. in Timolonte.

Atomin seu ostet ab inferibilibus sed vege te prædis anim

Nec deerant, qui considerabant etiā ea quæ prorsus animæ omnis expertia

A cibo primū arrepto, Perſe Magi de Ocho, Diodor. lib. 17. Bibliot. & Ælian. lib. 2. var. histor.
 A gleba oblata, Alethes. vide Adag. habet & terram Alethes. & Ænians, vid. Adag. accipit & glebam erro; Cothus & Arcl^r apud Plutar. in Q. Q. Gracis.
 A sepulcro, Macedones, Plut. in Flamin.
 A maculis vnguium, ridiculè Cardanus lib. 8. de varietat. ca. 43.
 A barba nata mulieri, Herodot. l. 8. de Pedasensib. vel immaturis annis viro, vt Lud. Hung. Reg. Dubranus lib. 39.
 A vestitu, vt Andronico Iuniori. Gregorius lib. 2.
 A throno seu sella, vt Alexadro Magno, Diodor. lib. 17.
 A corona, Othoni Bauaro, Bonfinius Hungar. Histor. lib. 9. Dec. 2.
 A ligone Sfortiz, Iouius in Magni Sfortie vita.
 Anubibus, eorum formam subitā considerantes vespasiani. si sit similis columbæ, quæ dicitur vespasiani, dicunt imminere casum hoc est vespasiani; si similis gladio, bella & molestias similes, si similis Leoni reipub. administratione promitti: & huiusmodi nugæ Theod. Balsamon in Syno. Trullan.
 A fulmine, Mithridati futura, Plutar. lib. 1. qq. conuiu. c. 6.
 A niue Italiæ infaustum, Lusitaniæ lætium omen. de priore Sigon. Anno. 443. l. 13. Imp. occid. de posteriore. Oforius lib. 8. Rer. Emanuel.
 A glacie, dira lues. Annal. Boiorum li. 4. anno 23.
 A palude, aqua Inus in Laconia Pausan. in Lacon.
 A statuis & lapidib^r, vt Vespasiano apud Sueton. Marco Antonio Plutar. in eius vit. Theodorico Regi, Proco. Belli Gothi. l. 1. Andronicis. Gregorius l. 8. Nicetas l. 2.

ab inanimis omnia seu auspicia sumebant veteres, vt

Quadripedib. vt

Omina itaque ab animalibus, vel ab inanimis petuntur. animata sunt sensibilia vel vegetabilia tantum, sensibilia vel petuntur ab

à reptilibus, seu serpētib. vt

à natatilibus, vel

ab insectis

hec tabula ita est collocanda vt respiciat pag. 179. Pars. II. Lib. III.



sternutante aliquo, astantes illi bona verba *sis & Epi-*
dicebant: vt si quid portenderetur mali, id *thala. He-*
fausta precatone auerterent (e). matutinā *lenes.*
sternutationem prorsus infaustam; meridi- *e Plinius li-*
anā firmissimi auspicij, & conatus non irri- *28. ca. 2. A-*
ti indicium, rebantur, etiam Aristotele au- *puleius, de*
store (f), maxime si à dextro latere (g). Vn- *asino lib. 2.*
de Propertius (h), *f. sect. 33.*

Nunc tibi nascenti primis (mea vita) diebus,
Aridus argutum sternuit omen amor. *problem,*
6. 11.

Et Catullus, de Acme & Septimio (i), *g Xenoph.*
sternutationis dextræ approbationem, vo- *anab. s. li. 6.*
cat auspicium bonum. Quid quod & pedi- *h li. 2. eleg.*
tum obseruabant, & Græcis quidem omen *3.*
erat bonum, vt ex Hymno in Mercurium: Lati- *i epigram.*
nis infaustum censebatur, vt ex Catone de re *43.*
Rustica fuit aliis obseruatum. De Soricino
auspicio æquè ridiculi veteres, de quo præ-
ter Plinium in Histor. natural. etiam rectè
accipiunt illud Aufonii,

Quadrupes auspiciis quis iungitur oscinibus?
Mus.

Vide N. libr. 1. Aufon. lect. c. 25. Sed hæc suf-
fecerint de nugis omnium. de quibus etiã
nonnulla Polydorus 3. de prodigijs & Nau-
sea libr. 2. mirabilium.

*Hic inserenda est Tabula hoc signo **
notata.



SECTIO V.

Septimò potest nonnunquam vana obser-
 uantia contingere in strenis primo anni
 die dandis. Solebant Ethnici Kalendas lan-
 nuar. (vt docent Sueton. (k) & Ouid.) má-
 gna solennitate celebrare, in honorem Iá-
 ni, & inter cetera tunc inuicem dare stre-
 nas, in omen siue precationem boniam anni
 prosperè decursuri, vel aliorum multorum
 adiciendorum. nam dicta quasi *strena*, & ter-
 narius perfectionis atq; plenitudinis iudex
 eo quòd tria sint omnia Aristoteli (l). Has
 strenas propter huiusmodi superstitiones,
 concil. Antisiodorensis vocat diabolicas (m)
 & qui eas mittunt, damnari videntur à D.
 August. apud (n) Gratian. & à Martino Papa
 qui; Non licet (ait) iniquas obseruationes a-
 gere Calendarum, & ocis vacare neq; lau-
 ro aut viriditate arborum cingere domos.
 Omnis. n. hec obseruatio Paganorù est. (o)
 Solebát aut pii Christiani eo die ieiunare, in
 detestatione gentilitiæ superstitionis, vt do-
 cemur à D. Ambros. (p) & Concil. Toleta-
 q. (q). qui verò contempto ieiunio festum
 diem cum paganis agebant, illis Romano-
 rum Concil. sub Zacharia Pontif. dixit (r)
 anathema. Quare si quis hodie vel in hono-
 rem Iani vel Streniæ Deę epulis vacaret, aut
 strenas mitteret vel acciperet, is esset idolo-
 latra: si id faceret tantum, vt omen certum
 pro-

prosperi euentus, foret vana obseruantia
 mixta diuinationi, plerumque mortalis: si
 tantum id faceret, vt incertum omen vel au-
 guriũ, peccatum esset veniale: si animi tantũ
 causã, vel amicitia conseruandæ causã pro
 consuetudine Christianorum, nullum esset
 peccatum: imò si faceret in honorem circũ-
 cisionis Dominicæ, quam tunc celebrat Ec-
 clesia, mereretur coram Deo. Nam hodie
 cessant exolita Gentilium superstitiones,
 quæ tam rigida sanctionis canonum cau-
 sa fuere.

SECTIO VI.

Octauò, superstitio est temporariorum
 qui dies, menses, annos obseruant, nõ
 ad Dei cultum, sed ad directionem negoti-
 orum suorũ, vt qui certis temporibus her-
 bas colligunt, vel ligna succidunt, pro x di-
 ficis, vel nauibus, superstitione carent; si id s. ca. non li-
 faciant permoti naturali obseruatione mo- ceat. 26. q. 5.
 tus & influentia cœlestis. certis enim tem- & d. c. non
 poribus vis herbarum efficacior est, ligna obseruatis
 quoq; minùs obnoxia sunt corruptioni, & Sylu. v. su-
 aptiora sunt ad vsum. Sed superstitio foret, perstitio. q.
 si obseruaretur certus vnus hebdomadę vel 10.
 mensis dies tantum, vel certa dici hora qua t. de confess.
 talis hora vel dies est, vel adderentur circũ- malef. in 3.
 stantiæ inutiles, aut orationes ociosæ vel nõ causa d. spo-
 approbatæ (s). Vnde sequitur, quòd rectè situta ad
 Binsfeldius infert (t), huc referendos qui mal. sic.
 M 3 obser.



obseruant certas fecliuitates, vt Conuerfionis B. Pauli, Vincentii, Urbani, vel aliorum; quibus si pluat, vel cœlum serenum sit, sibi spondent serenitatem, fertilitatem, vini copiam vel inopiam, aut continuatam per tot dies pluuiam, vnde & superstitionos fecere versus, quorum primus est;

Clara dies Pauli bona tēpora denotat anni, &c.
Item qui colligunt herbas in die Sancti Iohannis, ad certos quosdam effectus, credentes eo die habere vim naturalem efficaciorē; vel inferunt arbores ipso die Annunciationis B. Mariæ, vel in Festo S. Stephani minuunt sanguinem equorum, & similia faciunt, naturalem causam attendentes; quæ nulla est, vnde vanè ista instituunt: sed & festa sic potius inhonorant quàm colunt. Si verò directè ista adscriberent merito sanctorum, & Deo tribuerent effectum vt sanctos illos honoranti; viderentur & ipsi sanctos illos honorare. quare nec auderem eos damnare. Huc etiam pertinent, qui obseruant quosdam dies, vt puta diem D. Magdalenz, diem lunæ, &c. vt infaustos, vel vt faustos ad iter, aut rem aliquam inchoandum: item an, cum surgunt, primò induerint calceum vel femorale dexterum an scœuum, aut quo pede primum tangant terram, vel domo egrediantur; & quæ huiusmodi nu-

gato-

gatorum eos cōstat peccare isto superstitionis genere. Tales in iure Canonico videtur dies Ægyptiaci, quorum mentio apud D. Augustinum (y). Collegit nationum cuncta - *v Commēt. in epist. ad Alexand. lib. 4. gen. dier. cap. 20. sed hos Gal. 4. En- Ægyptiacos prætermisit. Cælius Rhodigi- chir. c. 79. nus (x); hoc tantum; vocari dies atros & c. in c. non à τρωπάδα, vulgò à veteribus deluxatà voce, obseruetis, Ægyptiacos; ab Ægypti, inquit, vanitate pro- c. c. quis elinato nomine. Eorum Augustinus me- "existima- minit, & in canonicis decretis non est præ- "ret 26. q. 7. termisum.] Sed qui dies isti apud Ægypti- "xli. 14. an- os, hoc debuit explicare. Glosa Canonica tiq. lec. c. 9. vult, Ægyptios docuisse qui dies toto anno infausti forent ad opus inchoandum; & hos Ecclesiam olim in Calendariis suis signasse. quorū posterius nihil dubito, quin falsum sit: nunquam enim hæc Ecclesia recepit, Apostolicæ prohibitionis memor (y) poste- y ad Galat. rius potest recipi, astrologorum enim ista 4. v. 10. commenta fuere, & Ægyptus inuentrix astrologiæ. Petrus Bressayus lib. 1. *Nobilium*, 6. 53. huiusmodi dicit esse Ianuar. 1. & 25. Februar. 4. & 26. Martii 1. & 28. April. 10. & 20. Maii 3. & vlt. Iunii 10. & 17. Iulii 13. & 27. Augusti 1. & 24. Septembr. 3. & 21. Octob. 3. & 22. Nouembr. 5. & 28. Decembr. 7. & 22. vnde acceperit nescio. Suspicio tamen Ægyptios pro scæuis & nefastis habuisse*

M 4 etiam



etiam dies illos, quibus tot plagis à Mose percussus, & quo Pharaon cum exercitu mari demersus. Nam singulis gentibus insignes clade aliqua dies, postea semper atri habiti, vt de Romanis, Græcis, aliisque docuit Alexand. ab Alex. (z.). Exempla plura harum superstitionū suggerunt Patres, illa D. Pauli verba. (*Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo vos, ne frustra laborauerim in vobis*) explicantes, vt Ambrosius; *Dies obseruant, qui dicunt vtputa, crastino proficiscendum non est, post crastinum enim non debet aliquid inchoari, & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses, qui cursus lunæ perscrutantur, dicentes vtputa, septima luna instrumenta confici non debent, nona luna seruum emptum, vtputa, domū ducere nō oportet, & per hæc facilius solent aduersa prouenire. Tempora verò sic obseruant; cum dicunt; Hodie Veris initium est, festiuitas est, post cras Vulcanalia sunt. Et talia iterum aiunt, Posterum est, domum egredi non licet. Posterum, significat aduersum & præposterum, quasi elapsa commo-ditate seruum. Annos sic colunt, cum dicunt Kalendis Ianuariis nouus est annus, quasi non quotidie anni impleantur; sed vt Ianni illius memoriam recolant bifrontis, hac superstitione vtuntur, quæ longè debet esse à seruis Dei. si enim Deus ex toto corde dili-*

diligatur, ipso propitio, nulla debet esse formido neque suspicio harum rerum. Prosperè enim potest cedere, quicquid simpliciter sub Dei deuotione sit.] D. August. (a). Eos enim inculpat, qui dicunt, non proficiscar, quia prosper' dies est, aut quia luna sic fertur: vel proficiscar, vt prospere cedat, quia ita se habet positio siderum. Non agam hoc mense cōmercium, quia illa stella mihi agit mensem: vel agā: quia suscepit mensem. Non plantem hoc anno vineam, quia bissextus est.] quæ ad verbum comment. suo inseruit D. Anselmus. Idem August. sic alibi (b); sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, volunt & nolunt aliquid inchoare; eò quòd secundū vnas doctrinas hominū fausta vel infauista existimēt tempora. & alio rursus loco. (c) plena sunt conuenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agēdarū à Mathematicis accipiunt. Iā verò ne aliquid inchoetur aut ædificiorū, aut huiusmodi aliquid operum, diebus, quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiam nos monere non dubitant.] Hactenus Patres, quorum adscripti verba, quoniam licet, primo loco, & iuxta contextus feriem postolus loqueretur de superstioso dierum, mensium, & annorum cultu Iudæorum; quos Galatæ Iudaizantes haud dubiè imitabantur, vt optimè cum Græcis D. Hieronymus & Primasius arbitrati; fieri ta-



men potest, vt aliquid etiam paganismi simul irrepserit. vt vidi in Francia, tēpore Catharinæ Mediceæ, quando inter aulicas matronas ad hæc vigeant, vt nihil in consultis astrologis (quos *Barones suos* nūcupabant) conari auderent. Ad hanc superstitionem diariam referendi quoque sunt, qui certis diebus olera scopis tangunt, ne ciniphes, erucæ, campe, vel alia insecta noceant: item qui volunt vngues præscindere die veneris, vel nere die Sabbati, cum interea non abstineant in honorē Deiparæ cæteris operibus seruilibus: qui credunt maiorem inesse vim aquæ benedictæ Dominicis post quatuor tempora, quam aliis ad speciales quosdam effectus: item qui oua, quæ gallinæ pariunt die Parasceues, toto asservāt anno, quia credunt ea vim habere ad extinguenda incendia, si in ignem iniiciantur. cedo enim, vis hæc naturalisne? vnde? à die, vel matre? nemo hoc dicat. nam quid absurdius: nulla matri prærogatiua tum præcipua competit: nihil dici, cœlestes orbes tum vel sidera singulare influunt. Vis illa supernaturalis ergo. cur non idem competit enixis die Anastasis, vel Natalis Domini? specialis in quietu privilegio, dic sodes, vnde noli? cui & quando concessum? constat experientia, dicent: Sed illa fallax, & vnde certus es, non ex pacto effectum nasci? Deuotio persuasit, dicat alius.

alius. Non bona deuotio, quæ cum scandalo coniuncta: quæ merito suspecta, quæ anilis, quæ singularis, quæ nullo Ecclesiæ vel traditionis munita suffragio. Faciunt in his partibus multi. Sed in iisdem partibus multi pietatis & rerum fidei morumque imperiti, multi curiosi, multi superstitiosi.

SECTIO VII.

NONO loco sunt obseruantia vanæ in malis depellendis & morbis sanandis varia. vt si quis faciat oblationem ex bonis eleemosyna impetratis, credens ea maioris efficaciam ad effectum consequendum: qui putat crucem ex eleemosynis emptam vel factam, esse sanctiorem, & efficaciorē: qui offerunt sanctis ceram, vel aliam materiam, illi immiscentes capillos hominis, vel pilos animalis ægri: qui mergunt imagines in aquam, pro pluuia obtinenda: qui faciunt quasdam ligaturas, ne lac vaccis subtrahatur: qui per anulum desponsationis meiuunt, vt liberentur maleficio: qui pro quibusdam capitis doloribus, & similibus morbis curandis, ad porcorum lintrem seu obbam collum applicant In nomine Patris, &c. qui metuntur cingulum ægotantis ad cognoscendum à quo sancto sit sanitas impetranda, adhibi-



adhibitis aliis definitis ritibus: qui stramen bipenni diuidunt, vt sanentur manuum vel digitorum tumores: qui pro quibusdam pecudum morbis ignes struunt ex peculiari- bus lignis, & in eum animalia impellunt vel in orbem circumducunt, & quod primo loco transit animal, hoc sanctis offerunt. qui S. Lupi libum pinsunt, hoc ritu, coquunt libum triangularem, prætecto Trinitatis sacratissimæ honore; & ei quinque foramina imprimunt, in memoriam (sic colorant) vulnere Christi; postea, in B Lupi honorem, libum dant in eleemosynam primo mendico non ex proposito, sed ignaro, & fortuito occurrenti: sic arbitrantur armenta gregeſq; sola in pascuis, à lupis inuadi non posse. frequens est in pagis prope Thenas & Louanium. Superstitio se prodit in eo (vt cetera mittam) quòd fortuito mendicanti dari debet; nam quid hoc, vel ad custodiam pecoris, vel ad honorem Dei, attinet?

Huc referendæ sunt innumera orationum formæ, quibus vulgo vulnere sanantur, vel morbi curantur, vel infortunia arcentur. Vnain vsu inter Hispanos milites, qua quidam salutatores, vt ferunt, sancte viuentes, & omnes gratis curantes, cum sola impositione linteorum, & certorum recitatione verborum vtuntur: formula fuit Hispanica, sed reddam Latine ad verbum;

bum; per Christum, & cum Christo, & in Christo, est tibi DEO patri omnipotenti, in vnitate Spiritus sancti omnis honor, & gloria. per omnia secula seculorum. Oramus, salutaribus præceptis moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere, Pater noster qui es in cælis, &c. Amen. IESVS. Potentia patris, sapientia filij, virtus Spiritus sancti sanet hoc vulnus ab omni malo. Amen. IESVS. DOMINE MI ESU CHRISTE, credo quod nocte Iouis Sancti in cœna, postquam lauisti pedes tuorum sanctorum discipulorum accepisti panem sanctissimis manibus tuis, & benedixisti, & fregisti, & dedisti tuis sanctis discipulis, dicens, accipite & comedite, hoc est enim corpus meum, similiter accepisti calicem in sanctissimas manus, & gratias egisti, & tradidisti illis dicens, accipite & bibite, quia hic est meus sanguis noui testamēti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. hoc quotiescunque feceritis, facite in meam commemorationem. Obsecro te, DOMINE MI IESU CHRISTE, vt per hæc sanctissima verba, & per virtutem illorum, & per meritum sanctissimæ passionis tuæ sanetur hoc vulnus, & malum istud. Amen. IESVS. IN DOMINE PATRIS, & FILII, & SPIRITVS SANCTI. Amen. IESVS.

De hac



De hac formula mota fuit Ipris anno superiore quaestio maxime, quia nullum naturale medicamentum accedebat. Reuerendissimus Episcopus Iprensis Simonius, & consiliarij eius totam curationem hanc iudicarunt superstitionem & illicitam & prohibere ne quis ea vteretur. Multis hæc damnatio dura visa, sed immerito. Nã hic effectus totus expectatur à Deo per modum miraculi. Sed miracula sic assidue & quasi ex consuetudine posse; est Deum tentare. Deinde sancti viri, ad miracula edenda, non sunt vsi certis, & quasi conceptis verborum formulis; sed modo sic, modo aliter, prout Spiritus sanctus suggererat. Tertio sanctitas huius non satis probata: fit enim plerumq; vt malefici preclare, specie externa, sanctitatem mentiantur: neque in hac re milites satis idonei iudices; quibus sancti videntur, qui extrinsecus peccata graua non produunt. Quarto qui donum sanationum à Deo acceperunt, illi nunquam accipiunt cum conditione, vt talibus vel talibus vtantur verbis: sed tales commentitiæ formulæ sunt indicia pacti saltem latentis. Quinto, non licet priuatis comminisci formulæ, quas nec sacræ litteræ, nec Ecclesiasticus vsus approbavit, qualis est ista, quæ licentiosè abutitur, & deprauat multa sacro sancti missæ sacrificij verba, etiam ipsius Canonis. Denique applicat ver-

ba consecrationis rei ad quam instituta non fuit (quod non est permittendum) & præterea petit effectum sibi concedi per vim prædictorum verborum, quæ vis non ad vulnerum corporis consolidationem, sed ad panis ac vini transsubstantiationem, à Salvatore nostro directæ fuit. Neque illud negligendum est, Ecclesiam & Catholicos eius filios tanta semper in veneratione hæc sacrosancta consecrationis verba habuisse, vt nefas ducerent illis vti, nisi quâdo in missæ sacrificio, vel quâdo in Ecclesia, vel scholis, aut disputationibus, iis necessario vtendum: contra Diabolus, & membra eius malefici, rebus nullis vtuntur libentius aut frequentius ad sua sacrilegia nefanda, quàm & ipsa venerabili Eucharistia, & iis quæ ad illam pertinent. Hæc mihi nunc contra hanc & similes formulas occurrebant.

SECTIO VIII.

NEC quisquam nitatur auctoritate cuiusdam Canonistæ, qui vixit anno 1454. nomine Felix Malleolus, & fuit Canonicus Tigurinus, qui integro libello, *duorum tractatum de exorcismis*, se patronum præbet huiusmodi precationum & medicamentorum, plurima huius opuscula circulerunt, sed in plerisque multa sunt temeraria, erronea & scan-



& scandalosa: quare maturo & sapienti consilio Ecclesia Romana eius nomen inter primæ classis prohibitos scriptores, quorum cuncta scripta sint vetita, retulit. ideo Catholicis eius auctoritas profligata planè cessanda: sed nec rationes ullius momenti attulit. Examinemus singulas breuiter. vult licitam esse curationem per huiusmodi verba (dicam Latinè, tum vt omnes intelligant, tum ne quis vtatur; si eo, quo pronuncianda sunt verba, idiomate & rythmo proponeretur) Si Sancta Maria virgo puerum Iesum
,, verè peperit: liberetur animal hac passione.
,, In nomine Patris, &c. *Et illud*; Christus fuit
,, natus, Christus: fuit amissus, Christus fuit
,, inuentus: ipse benedicat & consignet hæc
,, vulnera, In nomine &c. *Et illam*; ego adiuro
,, vos vermes, per omnipotentem Deum, vt
,, ista ciuitas vel domus sit vobis tam detestabilis,
,, quam Deo est vir ille; qui falsam sententiam protulit, & iustam nouit, in nomine Patris, &c.] & dicit hæc dicta, mutatis mutandis etiam proficere, contra lumbrices & vermes, qui animalium viscera corro-
,, dunt. Fatetur suæ sententiæ contrarium esse
,, quendam, qui scripsit de superstitionibus
,, (*intellige Martin. de Arles*) & Ioann. in summa
,, Confessor, & anno Domini 1405. lectorem
,, ordinis Augustiniani coactum reuocare
,, Heidelbergæ articulū, quo dixerat posse
,, huius-

huiusmodi formulis sine peccato aliquem vtj, & nominatim secunda illa. coactum, inquam, hoc reuocare, ad mandatum Domini Episcopi Spirensis & peritorum studij Heidelbergensis, tanquam erroneum, & polliceri se de cetero nō amplius talia verba prolaturum. His non obstantibus contrarium ipse censet. Probat primo, quia pium est & meritorium sanare morbos, non hominū modò, sed & brutorum: vt probantur multi Sancti fecisse. *Resp.* hoc fecere citra omnem superstitionis suspicionem, & sic facere est piū ac meritorium. formulas vero hæc superstitiosas esse, & merito suspectas.

Secundò, licet benedicere animalibus in nomine Domini. *Resp.* licet, si nihil addas superstitioni dicti vel facti.

Tertiò, licet illa maledicere, seu coniurare, & excommunicare, & exorcizare: vt fecit S. Wilhelmus Laufanensis Episcopus, qui ab anguillis læsus omnes anguillas suæ ditionis maledictione expulit & relegauit. sicut & B. Pruminius in salam S. Marci prope Constātiā, venenosis coinquinatam vermibus, totaliter suis precibus mundauit. Et Episcopus Laufanensis tum viuens, contra venenatas sanguifugas, quæ veneno subinficiebant Salmones & alios pisces, exorcismos ex sacris scripturis compositos, fecit pronuciari. Et soliti sunt etiam in Hel-

Tom. 2. N uetia



uetia, contra valde noxium genus vermiū,
quod vocant *Iuger*, instituere iudicarium
processum, sicut fit cōtra facinorosos: sicut
& Constantienses & Curientes faciunt, con-
tra vermes alios nuncupatos *Lauffkasser*. *Resp.*
Exorcismos & Ecclesiasticas depuliones a-
nimalium probari, quos publicus Ecclesiæ
vſus recepit & approbavit, non quoscunq;
priuati committunt. Hodie in Rituali-
bus Romanis habemus expressas formulas
legitimas, quas omnes sequi deberent: pos-
sunt & uti tuto propriis diocesium, quæ à
sede Romana approbatæ: imo sine peccato
uti illis possunt, etiamsi non sint expressè
approbatæ, dammodo nec improbatæ nec
à viris doctis & piis in dubium vocatæ, nec
apertam vanitatem præ se ferant. Vt sane in
formula ipsius exorcismi seu adiurationis
Lauſanenſis Episcopi nihil cōtinetur, quod
possit improbari; nisi forte citatio illa, &
procuratorium piscium, & alij quidam a-
ctus iudicarij, quæ videntur vana & super-
flua: quod idem dicendum, de publica pra-
xi Constantiensi & Curienti. Tertia verò
illa adiuratio, erat introducta priuatim à ru-
stico, nec de origine prima eius quicquam
constat: in exorcismis autem non recipien-
das quasuis pro arbitrio exorcisantis pre-
ces, sed certas & ab Ecclesia præscriptas do-
cent Concilium Carthagenſ. 4. *cano. 7.* &
Ioan.

Ioan. Micrologus. *libro de obseruat. Eccles. cap.*
7. Quoad factum denique Guilhelmi &
Pruminij, similia legitur de S. Patricio, &
alijs; sed aliud non probant, quam licere sa-
cra adiuratione, vel oratione, virtute Dei, a-
nimalia noxia expellere, quod nemo negat:
licere autē certas formulas arbitratu quo-
rumuis confictas in vſum inducere, id non
probat, quod ego nego. Sane Apostoli &
sancti, absque alia verborum additione dæ-
mones expellebant, & morbos sanabant in
solo Christi nomine sic DD. (d) Petrus ac d. *act. 3. v.*
Paulus, D. Ioannes (e) D. Thom. D. Andr. *6. & ca. 16.*
DD. Iudas & Simō (f) & D. Hilar. (g) fecere. *v. 15.*
Quartò addit, pro argumento, ex legen-
da S. Blasij, eum benedictione solitum mu-
nere animalia imbecilliora contra grandio-
sa: item, quod qui porcos castrant, eos D.
Antonio cōmendant; & si porci D. Antonio
donati violentur ab aliquo, illum non esse
impunitum. *Respon.* hæc nihil ad rem perti-
nere: nihil enim hic verborum superstitio-
rum intercedit. De Diuo Blasio in vul-
gatis legendis multa narrantur, quæ nulla
nituntur fide vel auctoritate. Cur B. Anto-
nio porcus appingatur, nescio: nisi hoc ex
hac ortum consuetudine fuerit: sed quod
huius consuetudinis initium, rursus ig-
noro. Deuotioni populorum puræ & in-
noxie, Sanctorum caritatem sæpenumerò
N a fauere



fauere & applaudere videmus. Nimirum rectè Ambrosius; Prosperè, dixit, potest cedere, quicquid simpliciter sub Dei sic deuotione.

Quintò ex sacra scriptura sic argumentatur; Paulus dicit; *Omnia quaecunque facitis in nomine Domini nostri IESU CHRISTI, facite.* (h) qui omnia dicit, nullum actum (saltem bonum) excipit. *Resp.* cum sumere pro certo, quod est in controuersia, hunc actum animalis cum talibus verbis curari esse bonum.

Sextò, tempestatem per maleficium excitatam, ab agris alio maleficio repellere, est actus bonus: ergo etiam superstitiosa formula licet repellere morbum animalis maleficiati. Antecedens probat ex l. corum. C. de malef. & auctoritate Azonis in summ. & Archid. *Resp.* & legem illam, & auctores eam sequentes manifeste errare contra fidem, vt docebo fuse lib. 6.

Septimò quoad primam formulam, excusat illam; Quia si particula in ea non est dubitativa seu coniecturalis: sed causalis, significans idem quod, quia verè. Quemadmodum, in illo, *si iudicas eos, cognosce, item, si in inferno nulla est redemptio, sane terribilis est eius recordatio.* *Resp.* etiamsi ita sumas, formulam esse superstitiosam, quia vel illud additur vt causa sanationis, vel vt signum, si vt signum,

h Colof. 3.
ver. 17.

gnum, non est signum ad hoc à Deo vel Ecclesia institutum. ergo à priuato, & tum meritò suspicamur pactum cum dæmone. quia cum Deo nemo sic paciscitur: nec licet nobis Deo signum prescribere, vel dare. Si vt causa, vel quatenus aciem verba verberant, & sunt talis sonus (quod est ridiculum) vel quatenus ipsa verba vim physicam habent (quod æquè absurdum) vel quatenus habent vim moralem, quæro an hæc sit ex opere operato; an ex opere operatis? non illud, quia non sunt sacramenta, si istud, ergo iam à deuotione res pendet. ergo etiamsi aliis vteretur verbis id à Deo obtineret. ergo iam yana formula. habet hoc argumentum vim contra ceteras omnes. Nec tamen vim habet contra institutas ab Ecclesia formas exorcismorum: quis Deus Ecclesiam in his dirigit, & sponsæ suæ votis fauet: adeo vt Ecclesiæ preces huiusmodi; vi nominis Christi, quod inuocatur & inferitur, vt causa simul & vt signum operentur, eo modo quo & signum crucis formatum pronunciatumque (i).

Octauò contendit licere aliquando dæmonum vti ministerio, & eos ad hoc inuocare: quia Diuus Theodorus Episcopus Sedunenſis ingentem campanam à Leone Pontifice sibi donatam, à Roma Sedunum vsq; per dæmones portari curauit,

i Tyrans h.
de demon.
p. vlt.



Confirmat, quia generales hæ propositiones sunt reiiciendæ, omnibus nobis iniuriam & damna & molestias pertinaciter inferentibus est ignoscendum, qui hoc dicat ex Domini præcepto, eum dicit mentiri, veritati enim consonum esse non parci, sed oportere puniri: Item de vsuris generalem facientes prohibitionis detestationem errare: cum in multis contractus vsurarum videatur licitus. Sic vult, qui negant vllas formulas superstitiosas esse licitas, eos quoque errare. *Resp.* me mirari audaciam vel ignorantiam hominis, audaciam quod fabellas nobis pro historiis obrudat, quarum nullum refert auctorem. Si hoc accidit (non credo quidem) sed si accidit, speciali Dei reuelantis permissione hoc ab Episcopo illo factum; alioqui nec omnia se a perditorum alias virorum facta imitanda, imo nec necessatio semper probanda. Confirmationis primum membrum prorsus vel calumniosum est, vel absurdum. Calumniosum, si vim præcepti Dominici de remissione iniuriæ intellexit; absurdum si sic intellexit, ut ex augmento videtur intellexisse. Dominus enim iracundiam, iram, vltiscendi studium, & animi perturbationem prohibuit. Sibi vindictam relinqui voluit, eam in hoc seculo retribuit per iudices, vicarios suos, nihil igitur hoc pertinet ad iudicariam iniuriæ prosecutionem

LIB. III. P. II. Q. IV. S. VIII. 199
tionem. Secundum membrum de vsuris erroneum est. nunquam enim vsurarij contra-ctus vlli liciti fuerunt.

Postea conatur probare, formulam ratione versus, seu rythmi superstitiosam non esse. Quod nec nos dicimus: dicimus tamẽ, quia non solet Ecclesia exorcismos versus ligare, hoc non carere aliqua suspitionis causa.

Decimo vult etiam ratione rituum & gestulationum varia ù, quibus vtuntur rustici & alij huiusmodi medentes, non posse dici formulas superstitiosas. *Resp.* ritus omnes & gestus absque; quos Ecclesia non recipit, nec verbum Dei, scriptum, vel non scriptum, approbat censeri merito vane obseruantie species, & propterea fugiendos, tanquam superstitiosos. Addit etiam certæ parum piæ dicti sui multiplicem confirmationem. prima est, Christus Dominus cæcum sanauit spuens in terram, & facto luto, & eo illitis oculis. 2. D. Marcus, eodem modo sutorem sanauit in manu sinistra læsum. 3. Halifæus miros gestus fecit, vt puerum suscitaret. 4. D. Hieron. per signum crucis leonis pedem sanauit. 5. in paruulis baptizandis multos ritus, tactus & mores nunc exercent Sacerdotes, qui in primitiua Ecclesia fuissent exorbitantes. *Respon.* ex his ineptissimè inferri, ad ritus illos à muliere culis



& rusticis priuata auctoritate receptos. Christi Domini ritus fuit maximè mysticus & significatiuus, vt Sancti Patres ostendunt. Helizai factū, propheta fuit incarnationis Dominicae. De D. Marco illa narratio, mera nana est. D. Hieron. Ecclesiastico remedio & proprio Christianismi signo fuit vsus. Sacerdotes, qui alios ritus seruant, quam Ecclesia praescribit, peccant: qui eos tantum seruant, qui sunt in ritualibus, nihil faciunt, quod nō Ecclesiastico vsu à plusquam mille annis receptum sit, vt docet Bellarminus tom. 2. agens de baptismi ceremoniis. Plenum verò impietatis est, nec à blasphemia alienum ceremonias Ecclesiae, & actiones CHRISTI atque Prophetarum comparare maleficorum actionibus, & ex illis has vel deducere vel comprobare, vt facit Malcolus.

Vndecimo coniectorem agit; fortassis, inquit, est arcanum Dei, quod sancti viri per reuelationem receperunt. Sicut olim per hoc verbum Ananizapta, reseruatum, tentum, & portatum contra pestilentiam fideliter credentes securitatem perceperunt. Resp. non, quod possem, omne fortassis affirmatiuum, solum per fortassis negatiuum; sed quamdiu de tali reuelatione non est vlla probatio, tutiorem partem eligendā, vt abstinetur: deinde ipso, ù esse qui defendunt, non

non conicere, sed probare reuelationem; denique illud ipsum quod addit, de *Ananizapta*, cuius exemplo conatur intèrum probare; esse non tantum vanum, sed etiam merè magicum, & ex pacto dæmonico natum. Sciendum enim inter magica reliqua periammata solitum, vt contra pestes & febres pestilentes, in quo tres versiculi debebant certo describi modo;

Ananizapta ferit, mortem que ledere querit, &c.

Quibus quid potest dici ineptius? nam illud *ananizapta* nihil prorsus significat, & ponitur tamen versu tertio vt Dei nomen & petitur ab eo, vt ferētis misereatur, vnde patet sic occultè dæmonē inuocari, qui hoc sibi nomen vel signum cōstituerit. Deinde quod ait fideliter credentes tantum sanari: hoc indicat eū requirere certam fidem virtutis illorum verborum: quod & ipsum est impium. Si verò licet de significatione conicere, suspicor vocem esse ex Chaldaeo vel Hebræo confictam. Nam *Ananiz* secretis Mekubalim mysteriis significat, mentem cui innata primæ notiones in cuius medio dicunt sedere angelum, quem vocant anim, qui rei veritatem homini aperit, & indicat. vnde & *אנא* *ana* nomen idoli, & *אנא* *ana* ani diuinationis. *Sapat* verò denotat eum qui iudicat *אנא*. *ananizapta*, igitur quasi *ananizapat* significat dæmonē illum, diuinationi



qui præest, & diiudicat atq; indicat morbi causam atque remedium. semper enim malefici priusquam sanent, sententiam ferunt, maleficio morbum illatum fuisse. Atq; hoc arbitror arcanū illud magnum, quod Maliculus indicare voluit, vel debuit. Sanè magicæ voces pleræque ex Hebræo sumptæ. Neque illi suffragatur, quod

- 23 Duodecimo subdit, Experienter (*vt*
24 *eius verbis, ne quis me fingere quidquam putet*) vi-
25 detur, & ab Ecclesia permittitur, quod illi,
26 qui per certas formas verborum serpentes
27 tollunt (prout Apostoli fecerunt) & tangūt,
28 & in medicinalibus refectionibus multi-
29 pliciter deducunt; imò leprosos sanando,
30 nondum fundamentaliter infectos, mul-
31 tum proficiunt: & ecce quòd illi, qui pro-
32 prietalibus verborum exorcismis in eadem
33 forma non vtitur, licet fortiora loquat
34 nihil apud serpentes operatur. *Resp.* primò
35 falsum esse quod dicit ab Apostolis serpen-
36 tes sublatos, per certas verborum formas.
37 nam hoc per illos factum dumtaxat, in illo-
38 ne, in nomine Ie s v, vt Dominus præcepit,
39 & cui formæ, vt causæ ac signo, suam opem
40 atque effectum pollicitus fuit (k). Falsum
41 est secundo ab Ecclesia incantatores serpen-
42 tum, qui coramentitiis huiusmodi formis
43 vtuntur, vel morborum curationes tales
44 perficiunt, permitti, vt docui iam sæpè, &
45 osten-

k Marc. vii.
v. 18.

ostendam ex professò libro sexto. Tertio falsum est, aliis formis potentioribus vtentes effectum non consequi. consequuti enim eum sunt sancti viri signo crucis, inuocato nomine Dominico, & similibus Ecclesiasticis remediis. Quod si loquatur de formis commentitiis atque priuatis, hæc ipsa experientia docet ex pacto fieri. nam ideo prodest vna, quia legem illam Diabolus tulit: non prodest altera, quia eam non præscripsit.

Decimotertio, sic argumentatur, Deus etiam per malos Sacerdotes, si seruent præscriptam ab ipso verborum formam conficit Eucharisticum sacramentum: per bonos verò, si formulam non seruent, non conficit. ergo etiam Deus per malos seu maleficos, si verba concepta seruent, tribuit sanitatem, per bonos non tribuit, si non seruent. Consequentia probatur, quia teste D. Gregorio miracula minora probantur per maiora. sed illud de Eucharistia est maius, istud de curatione morbi est minus. ergo istud benè probatur per illud. *Equidem miror* Christiani alicuius tantam esse posse impudentiam, vt sacratissimi rei mentione sic abutatur, & talem instituat comparationem. nimirum magicæ sectatorum hoc proprium est, non catholicorum verorū. At argumentū negatur cōsequen-



sequentia. nec vrget probatio quia præsūponit falsum, nempe miraculosam, & non prodigiosam, hoc est à Deo, non à dæmone causam in casu proposito: quod à nobis impugnatur. Transsubstantiationis miraculum de fide est. miraculum fit, quia Christus hanc, & non aliam formam verborum instituit. Sanatio hæc nullo argumento idoneo probatur à Deo esse. quare corrūit tota machina. D. enim Gregorii verba de duobus veris miraculis sunt.

Decimoquartò insistit probationi experientie, parum attendens experientiam nō docere, quōd curatio fit à Deo, vel etiam quōd sit licita. nam non quicquid corpori prodest, id licitum est, vt constat; alioqui & nimio potu ad vomitum, & nequioribus aliis vti liceret, & medici talia suadentes excusarentur; alioqui à dæmonibus morborū curationem petere liceret, vt impius Paracelsi. centuit, & non nimis obscure Malleolus videtur concedere. quæ cuncta sunt impia.

Decimoquintò, quæ in his formis continentur, cuncta sunt ex S. S. desumpta. ergo licita & sancta. *Resp.* nihil hac illatione frigidius. peccatum enim hic est in abusu applicationis. eo quod verba sacra applicantur, ad ea quæ Spiritus Sanctus nullo modo intendit. quemadmodum peccant, qui ad diuina-

uationes satyras, pasquill. & huiusmodi, S. S. verba deslectunt. Confirmat arg. suum; quia non reprehenderetur, qui cum signis cruce simpliciter diceret, sanare in nomine Christi. ergo nec ille, qui paulò plus rituum & verborum bonorum adhibet. *Resp.* rursus consequentiam claudicare. quia prior ille Ecclesiasticam & Evangelicam formam sequitur: posterior voluntariam suam & commentitiam. Deinde & prior ille hoc faciens temerè, potest peccare delicto tentantis Deum.

Decimosextò, credentibus Deus pollicetur miraculorum patratiōem ad solum credentium iussum: neque distinxit, si hac vel illa formâ vti fuerint, sed formam generaliter loquens liberam reliquit. neque nos igitur hanc licentiam restringere, neque distinguere debemus. *Respond.* Christum Dominum fidelibus eam potestatem tribuisse, qui fide firmi, in nomine ipsius, ad fidei confirmationem ista facerent, quando salus animarum hoc deposceret, vt patet ex serie contextus D. Marci (1). Et sic Christus Dominus edidit. Velle autem miracula edere, duntaxat vt homo, vel equus, vel vacca, sanentur ægritudine corporali; hoc Christus nec iussit, nec approbavit; nec solet concurrere ad huiusmodi formam quæ simpliciter nobis reliquit, manus impositionem,



tionē, & simplicē in nomine eius cū benedictione iussione vel precatōne. Hanc Christi licentiam nec restringimus, nec distinguimus; sed arcemus ab ea superstitionas additiones & ampliaciones.

Ultimò sic argumentatur: in dubiis benignior interpretatio facienda. sed hīc res dubia est, ergo potius dicendum licere, quā non licere. Conf. Deus intentionem facientis attendit: eam rusticus ille hoc faciens habet bonam, ergo non est damnandus à nobis. *Resp.* An hæ formulæ sint licitæ nec ne, frictè loquendo dubiū non esse. primò, quia non sunt sufficētes rationes neq; argumenta satis idonea ut iis intellectus sanus ac benè dispositus moueatur ad credēdū has formulas esse bonas ac licitas. hoc tamē necessarium esse, ut dicatur dubium, constat (m). Deinde quia regula iuris Canonici improbat omnes orationes & formulas huiusmodi præter *Pater noster* & *Credo*, ut docuimus: nec inuenitur exceptio per Ecclesiā introducta specialiter de huiusmodi formulis: sed dubium nō potest dici, id de quo inuenitur regula vetans, nec probatur de eo casus speciatim exceptus (n). ergo istud hīc non potest dici dubium. Deniq; hīc non sunt Doctorum sententiæ pro parte affirmatiua; dubium enim nō dicitur, nisi sint hinc inde utrinq; Doctorū opiniones o. Verū ergo dubiū hīc non potest esse de re, vtrū per se sit

m Aragon.
 & alii ad
 D. 1 hom.
 22. qu. 60.
 # 4.
 n Barto. in
 l. quoties.
 D. si quis
 caution.
 o Cuma.
 conf. 154. in
 ff. Soci. cōf.
 115. col. 3.
 vol. 1. Cor-
 meus conf.
 71. lit. e.
 par. 3.

licita, nec ne? sed tantū de persona, vtrum peccauerit faciendo, quod putabat licitum necne; quæ duo sunt omnino diuersa. fieri enim potest, ut peccem faciendo rem licitam, & fieri potest ut non peccem faciendo rem illicitam. Quare etiam aliud est iudicare de re, aliud de homine. Quando quis iudicat de homine, debet spectare bonum hominis, quod consistit in eo ut quis bonus censeatur: ideo in dubio, ne homini fiat iniuria, teneor potius iudicare, quod non deliquerit (p). Sed quando quæritur de ipsa re, quia rei nō interest qualis existimetur, bona an mala; ideo non accommodandum est in dubiis iudicium bono rei; sed bono ipsius iudicantis, hoc est ei quod vtilius est iudicanti (q). bonum autem iudicantis est, quod sic intel- non decipi intellectu, & intellectus bonum lige Specu. est veritas, nempe sic rem intelligere, ut re- de arbit. 5. uera est: quare hoc iudicium est conformā- s. versic. sed dū ipsi rei, quoad fieri potest, & de re iudi- quid si ar- candum, non ut expedit personæ facientis, biter. cuius hīc ratio nō habetur, sed prout natura & conditiones rei postulant: qua in re D. Thomæ ceteri assentiuntur (r): Accedit, quod r Caiet. q̄stio hæc de re pertinet ad cōmunē anima- Sol. Aragō. rū salutem; quæ paucorū superstitionum in d. a. 4. fauori præferenda est. quādo vero disceptatur de animæ periculo, tū nō q̄ lenius videatur in quosdā, sed q̄ reuera sit animæ tutius, id se-

p Guido
 Pap. sing.
 217.

q sic intel-
 lige Specu.
 de arbit. 5.
 s. versic. sed
 quid si ar-
 biter.

r Caiet.
 Sol. Aragō.
 in d. a. 4.

*sPanorm.
in ciuue-
nis. de spon-
sal. Ang. Sil.
Tab. &
alii in verb.
Dubiam.*

id sequendum, vt communiter docent DD. (s). Ad argumentum itaque breuiter respondeo, ex maiore bene inferri, de peccato ipsius vtentis, quando verè dubium est, peccauerit nec ne; vt puto de rustico dubium fuisse; de monacho verò professore Theologiae non puto, tenebatur enim scire: perperam tamen infertur, idem de re. nã nec dubium id est. & si foret, non sequenda nisi pars negatiua, quæ tutior: & proinde verè benignior in animas.

Alia quædã postea accumulatur, quæ prætermittitur, quod sint non minus inepta, quã frigida, & ridicula; vtpote meræ fabellæ, de Moyse, Virgilio, &c.

SECTIO IX.

EX his infertur decisio de multis formulis, quas non prætermittam planè; vt de iis possint lectores, quando de facto inciderrint iudicare; nec adscribam integras, ne curiosi & impii queant abuti: sed adscribam tantum initium ac finem, omittis mediis & circumstantiis, quas auctores earum requirunt. Primæ quatuor frequentes sunt hic in Eburonibus.

1. ad equos sanandos. interrogant cuius coloris sit? si dicas, spadiceum. clamant, Spadix, spadix, si laboras tali vel tali morbo, tã verè saneris, quã Ioseph & Nicodemus, &c.

2. ante

2. Ante par ante, par ante ante, &c. vt virgo Maria peperit.

3. Alligare equum stoloni arboris, quæ nunquam fructum tulit, idque triuin horarum spacio.

4. Pro quouis morborum genere: funiculo laneo brachium circumdare, in nomine Dei, &c. & ad nomen sancti, cui morbus tuus facer, funiculus contahetur, & fiet breuior, &c.

5. Dicto, consummatum est, pedem equi terræ fortiter incutere, & addito alio versu. ex orat. Domin. clauum excidere.

6. Ad morbum quendam animalis sanandum, injicere phialæ vitreæ aqua limpida plenæ, nouem hordei grana, &c.

7. Filum per chrisma trahere: aut terream imaginem, sub altaris pala abscondere.

8. Tempore missæ dentes tangere, & quendam ex Euangelio passionis versiculum simul dicere.

9. cum ægrotò ante febris accessionem manus lauare, & interea certum ex Psalmis versum submurmurare: vel laborantis manu prehensâ dicere, Æquè facilis tibi hæc febris sit, atque, &c.

10. Recipe tres panes missales, & in vno scribe, qualis est pater, &c. in altero, &c. in 3: &c. & dare has hostias febricanti, &c.

Tom. 2:

O

Vnde



Vndecima ducere ægrotum feria sexta (id est que continuis tribus diebus, ante solis ortum, versus orientem) & eo expansis ad solem manibus in crucifixi morem stante, dicere; Hodie dies illa est qua Dominus Deus ad crucem accessit, &c. denique recitare nonies ternas orationes Dominicæ, & ternas salutationes Angelicas.

Duodecima illud Aphricani; Gustate & videte quod bonus est Dominus, inscriptum certæ supellectili, &c.

Decimatertia in aquæ frigidæ cyathum instillare profluentis sanguinis definito numero guttas; & inter vnam quamque legere Pater noster, &c. & propinare patienti eumq; certâ quædam interrogare: *vel* fronti eius certum versiculum cruore illo inscribere. *vel* in sanguine sistendo, dicere; Sanguis mane in te, &c. sanguis mane fixus, &c. & ter repetere. *Item*; in sanguine Adæ orta est mors †, &c. o † sanguis vt fluxum tuum cohibeas. *Item illud*; Christus natus est in Bethleem, & passus, &c. & hæc dicentem tenere innominatum digitum in vulnere, & facere certas super vulnere cum eo cruce, & dicere quinque Pater, & semel symbolum, &c. *Item*, certum versiculum solum dicere ex Passione. *Item*, dicere, In nomine Patris, &c. chunrar, cara, sarite, &c.

Decimaquarta tribus diebus ante solis
ortum

ortum super equo dicere, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti exorciso te vermem per Deum Patrem † &c. vt nec carnem nec ossa huius equi edas, &c. Deinde certo numero recitare Pater & Ave. tandem in dextram aurem equi cum aliquot crucibus factis insulurrare quatuor quædam verba.

Decimaquinta ad inueniendum furem, in crystallo crucem facere cum oleo oliuæ, & sub cruce scribere S. Helena, & puero casto atque legitimo decenni tradere phyalam tenendam, & post tergum eius flexis genibus ter dicere orationem S. Helenæ; deprecor te Domina S. Helena, mater Regis Const. &c. Amen. & cum angelum (*intellige nigrum*) videbit puer in phiala, tum interrogare quæ quis voluerit. *Item* ad furem deprehendendum; Accede fluentem aquam, inde quot suspectos habes, tot numero lapillos collige, domum refer, fac ignescant in foco, defode sub linnen, &c. imponantur scutella aqua plenæ cum certis ritibus, & ad nomen furis calculus eius aquam faciet ebullire. *Item*; legantur septem Psalmi cum Litanij, hinc sequitur oratio terribilis ad Deum Patrem, &c. hinc exorcismus in furem: denique formatur figura circularis cum barbaris nominibus, & in medio pingitur oculus, tum clausus



certorum laterum oculo infigitur malleo cypressino, & dicitur certus ex Psalmis versiculis. sic futi oculum putant excuti. *Alij*, die Sabbati ante Solis ortum ramum auelanum abscondunt, dicentes; Ego te ramum huius ætatis reseco, &c. in mensa sternitur tegumentum additis his verbis, &c. quæ ter repetenda. *Alij* vtuntur exorcismo seu anathemate, quod blasphemè vocant S. Adalberti, cuius initium est, ex auctoritate Dei omnipotentis, &c. & finitur, Amen; dicant omnes, postea cantabitur; Media vita in morte sumus, &c. Quam prorsus suspicor esse illius Adelberti heretici, qui se sanctum vocabat, & damnatus fuit à Papa Zacharia, eius Historiam & Magicam quandam impiam orationem, intuenies in vita S. Bonifacij Apostoli Germaniæ lib. 2. apud *Syrinum* mense Iunio. *Alij* legunt Psalm. 108. iuxta certam distributionem.

Decimasexta, ad curandum maleficium: Accipe tres olei violacei mensuras, & consistens contra solem ante eius ortum exprime nomen læsi & matris eius, & angelos gloriæ, qui stant in gradu sexto, sex diebus ter in die. Septimo autem collocetur ille nudus, &c. deinde nomina horum angelorum inscribenda laminæ, &c. vicesima die mensis sanabitur.

Decimasextima, Item ferre inscripta nomina

mina trium Regum, cum certis tribus versiculis: vel verba plane incognita & absurda: vt illa veterum, *Danata durus*, &c. & recentia, *Abrac*, *Amon*, &c. vel illa pan inscripta, *Irioni*, *Khiviori*, &c. vel istud: *Hax*, *pax*, *max*, &c. contra morsus canum rabidorum. Item contra dolores dentium: *Strigilos Falcesq*, &c. vel aliud: *Galbis*, &c. *Galus*, &c. Item: *Gibel*, *Got*, &c. Et in piscium captura, illud Geoponici Constantini, *Iao Sabaoth*: & quorum his nugis olim libri referri fuerunt Bamachus & Cariachus, à Galeno descripti lib. 6. *Simpli.* in illo Constantini est abusus duorum Dei nominum.

Decimaoctava, virgas parallelas vi certorum verborum medijs partibus committere, & in crucis formam vincire, & de collo suspendere, vel thoraci lignum rotundum cum certo murmure applicare, vt Turcæ faciunt. Sed sunt innumera huiusmodi commenta, quæ ex prædictis diudicari poterunt: & nos alia quædam lib. 6. profligabimus, quæ propria Paracelsitarum. Aliæ quædam superstitiones in *Exposit.* 1. præcepti apud Beetzius leguntur *cap. vlt.* *Alij* (inquit) promittunt sic: vis vt maritus tuus diligat te, accipe de omnibus criminibus tuis, & offer illos ad altare ter cura cereo ardenti: & tunc quamdiu portabis illos super caput tuum, tamdiu exardescet in



amorem tui. *Alia suadet sic* accipe hæc sancta verba scripta, & consue vestimentis viri tui, & non poterit occidi, vel subitanea morte mori: *vel*, fac scribi literas infra Evangelium talis festi, & suspende illas ad cololum viri tui, & non poterit submergi si pertransit mare. *vel sic*, si vis habere maritum ad voluntatem tuam, quare clavos ferreos antiquos (vulgariter *Hoefnagelen*) de quibus inuentis debet formari annulus sexta feria infra missam: postea superlege Evangelium (*quoddam certum*) & dic quotidie Pater noster. tunc si annulum in digito portaueris, habebis maritum pro tuo desiderio infra annum. *Item* si sponsa debet habere bonam fortunam, oportet quod in nuptijs ingrediat in domum sub duobus euaginatibus gladijs positus ad modum crucis S. Andrea. *Item* ne alii vel mare equitet mulierem in puerperio iacentem, vel ne infans rapiatur (*a strigibus*) debet poni cultellus vel corrigia super lectum, &c.] hætenus ille, contentus tantum posuisse quantum ad fugiendas agnitas superstitiones pertinebat. formulas verborum, quas præterea adhibent, prudenter prætermisit. Nunc ista sufficiant: plura enim peti poterunt ex lib. 6. cap. 2. sect. 1. q. 1. Est penes me libel. M. S. *Levini Crucij* Curionis Boscepani, cui titulus *Eruditorum exorcista*; qui vir certè nec indo-

indoctus, nec exigua huiusmodi rerum experientia præditus, plurima congestit remedia contra maleficia, quorum pleraque etiam superstitionis aperte nequeant reuinci, vtile tamen est propter abulum ipsi non vti. Quare & hortor & oro cunctos, ad quos liber ille, quod sciam nondum editus, peruenierit (scio verò non satis cautè nonnullos ibi traditis vti aliquando) ne temerè vllò remedio inde excerpto vtantur, nisi prius sollicitè cum pio & erudito, & prudente aliquo Theologo rem contulerint, & is securè illo vti ipsos posse declararit.

Finis Libri tertij.

4

SVM.

SUMMARIA BREVI
LIBRI IV.

De diuinatione.

PREAMBVLVM De nominibus quibusdam, quid significant, Prædictio, Prænotio, vaticinium. Prophetia, locus D. Hieronymi. lo-
64, Ier. 13. v. 23. & 25. Osee 9. v. 7. Exod. 12. v. 12. c. 18. v. 11. Dan. 11. v. 8. Deut. 13. Ierem. 23. v. 25. cum simil.

Diuination, quid, locus Prover. 16. v. 10. de diuinatione iudiciaria. Exempla, Salomonis, Danielis, Ariopharnis, Alphonsi primi Neapol. Tiberij, & Theodorici regis, Caroli Magni, Friderici III. Salimanni Turca.

Coniectatio quid. quo pacto deinceps ha-
geta sumenda.

CAPVT I.

De diuina Prænotione se Prophetia.

QVÆSTIO I.

De nomine & natura.

Propheta & prophetandi sex significationes, loca. 1. Paral. 25. v. 3. & 5. 1. Reg. 10. v. 12. 3. Reg. 18. 29. & v. 4. Th. 1. v. 12. 1. Reg. 18. Ecclesiast. 48. v. 14. 1. Cor. 14. v. 5. Exod. 7. v. 1.

Propheta unde dictus Græcis. Nebua
וְנְבִיאָה unde Hebrais, כִּי יִבְרָא וְיִדְעֵנָה
10, unde. Prophetae definitio Cassiodori, alia me-
lior.

lior. Prophetia causa efficiens. An humana aliqua opus preparatione, locus 4. Reg. 3

Subiectum prophetia. Sententia Platonis & Aristotelis fatui, genus omne hominum & sexus, etiam mali, & ignari, & inuiti, quomodo prophetia sit voluntaria.

Inspirationum seu illuminationum species, de imaginaria & intellectuali, de duplici eleuatione.

An Deus semper per angelos, & nunquam immediate prophetiam inspiret. Conciliati D. Hieron. Augustinus, & alij patres. Quo fiat modo influxus propheticus mediante angelo?

De materia Prophetia, qua res occulta huc faciant, locus Deut. 18. v. 15. & 1. Cor. 14. v. 1. 3. 4. Quomodo Propheta dicantur participes æternitatis Dei. De Prophetia certitudine, tum absoluta, tum conditionata, de lumine Prophetico, & variis eius nominibus.

Thoma Anglici libri attributi Doctori Angelico. An lumen propheticum sit idem cum lumine fidei. Peccatum est graue illi non credere. An necesse Prophetam intelligere quæ dicit, an necesse prædicere aliis. Lumen Propheticum ad quam qualitatis speciem reducendum? Locus Michæ.

QVÆSTIO II.

Quæ sint species Prophetia?

Duo genera, per Sacerdotes & Prophetas.



SECTIO I.

De rationali, vrim, & Thummin.

De duplici Ephod. Quid rationale, Hebrais וְשָׁרָף, videri veteres alius punctis legisse נֹרָא, sed וְשָׁרָף, λόγιον, non λογείον. cur latinis rationale iudicij, refellitur Iarribus.

De nominib. eius Chaldaeis, Hebrais, Graecis. Quid rei fuerint vrim & Thummin. Possit sciri. Non fuisse aliquid diversum ab ipsis Lapidibus XII. D. Augustini mens exquisita, sunt nomina ipsorum lapidum, qui alibi etiam vocantur Sobam & Millum. Locus Exod. 28. v. 7. & v. 30. explicat. Oleaster defensus, item defensi vulgatus & LXX. De usu huius prophetiae, modus interrogandi. Applicare Ephod, consulere Dominum applicato Ephod, consulere Dominum pro usdem, locus 2. Esd. 7. v. 65. & Deut. 33. v. 8.

Quis modus respondendi. Duplex, primus per nudum splendorem lapidum, defensus Iosephus, secundus mixtus ex splendore & sermone. Locus 1. Reg. 28. v. 6. quid responsio per sacerdotes.

Soluantur argumenta viri docti contra Iosephum. Eius summa in his auctoritas. Graeci λόγιον vocantur, quo sensu LXX. dici queant Graeci. De tempore quo hoc oraculum cessavit. Cur vocetur iudicium τῶν ἀπλῶν, cur vrim illuminatio, Thummin veritas.

SECTIO

SECTIO II.

De oraculis Prophetarum.

Diuisio oraculorum, visio, verbum, somnium, visio. ὄρασις. ὄρασις. quid, verbum λόγιον. ὄρασις. quid, quomodo fiebat, consilium מַלְאָכָה. En-angelum, Onus seu אָוֶן, quid sit fuisse questum, refelluntur varij. Hieronymus defensus, Apoc. 2 in fin. v. 24. Ier. 23. v. 33. ἀήμερα, quid Graecis LXX. cur idem dicatur onus & munus. Reprehens, Theophilactum. De ecstasi seu raptu prophetico. ἔκστασις. quid, Ezech. 1. v. 3. & c. 8. v. 1. & 3. In raptu Prophetæ semper sibi praesentes hoc distincti a samaritanis hereticorum. Auctor lib. de spiritu & anima defensus contra Pet. Obuarum. Apocalypsis quomodo scripta hoc genere prophetiae. Terulliani locus, alius And. Caesariensis. καὶ ἔχθη. quid, καὶ ἔχθη. congelatio, morbus. Theodoretus & Theophilact. notati.

De somnio. ὄρασις. ὄρασις, quando sit prophetia, quando non. Modi seu somniorum sex in SS. differentia. Hebraei solebant somnia petere, et gentiles ponuntur loca huiusmodi Gentilium dicta ὄρασις. Vigiliae Christianorum Iulianus eo conatur derivare per calumniam. Indei idololatricae hoc in re imitati fuerit Paganorum. Locus Esa. 1. c. 65. v. 4. Diuina somniorum finalis causa multiplex ex sacris literis ostenditur. Locus D. Job. c. 4. v. 13. & c. 7. v. 14. & c. 33. v. 15. Locus Num. 12. v. 6. Exempla multa diuinarum somniorum ex hist.

Qua



Quae species Prophetiae sublimior & excellentior sit.

QUESTIO III.

Quo pacto Prophetia, siue diuina reuelatio, discernenda sit à diuinatione siue daemoniaca reuelatione?

Auctores qui de hac questione tractarunt, capita vnde petenda distinctio.

SECTIO I.

Quanam necessaria iudicatur de reuelatione?

Spiritus discretionis quid, & quod duplex, de discretionem experimentalis, hac est in ordine ad seipsum.

De discretionem in ordine ad alios, quaedam infusa; quaedam doctrinalis seu acquisita; quae ad hanc necessaria sint doctrina, pietas, experientia, & alia multa. Tenenda praecipue humilitas, suspendenda non praecipitanda sententia. Exempla sacra scriptura, Iacob, Iosue, Samuelis, Helie, B. Virginis, locus Luc. 1. ver. 29. Sanctorum Ambrosij & Episcopi Cyprij. Illius mulieris Carthaginensis.

Præstat humiliter reijcere reuelationem, quam auidè arripere: an liceat petere ut fecere quidam Sancti, SS. Ephrem, Maurus, Hieronymus, & alij, sed non imitandi in hoc, Quod decepta multa persona per hoc ut S. Catharina Bon-

Bononiensis. Conatus sic demon decipere B. Augustinum. Sciebant hoc D. Bonauentura, & ij, de quibus narrat Gerson, & B. Coleta.

In alijs personis tutius eas reprehendere & dare increpare. Notabilis locus de hac re Gersonis, Et quomodo respondendum obiectionibus quas illi solent facere, cur non reijciant.

SECTIO II.

Quae consideranda in persona cui facta reuelatio.

1. Fides, reuelationibus hereticorum & ceterorum infidelium non est credendum, tales fuisse Cerinthi, Marci, Montani, Archonticorum, Manetis, Iuliani Apostatae, Donatistarum, Messalianorum, Anabaptistarum, Campani, Iusti Velzij, Francisci de la Cruz.

2. An sint sui iuris, an arreptiuae, his non credendum, exemplum de quadam ex Firmiliano, de Montano, de monialibus Querceten-sibus, Ioanna Potiere.

3. An mores & vita cor respondeant sanctae fidei; & de vitijs hic maxime considerandis. Apollonij sententia de Quintilla & Maximilla. Quo pacto mores intelligendi & examinandi. Petrus Sartor Antuerpiensis pseudoeremita. Orationis mentalis quaedam pericula ratione vitatae, de lapsu Begardorum, Beguinarum, Dulcinistarum, Lollardorum, Illuminatorum. Periculosi alij scopuli multi. Eremita
apud



apud Cassianum Fr. Ioannis de Rupefissa. Fr. Fran. Crucij.

4. Corporis constitutio. 5. conuersatio status. 6. aetas, sexusq. 7. an sint Nouitij in vita Spirituali. Exempl. Francisci Pici, qui hoc iudicio fallaciam miræ reuelationis detexit.

S E C T I O III.

De reuelationibus mulierum non
Sanctatum.

Parum credendum huic sexui, cur facile decipitur. Quæ præcipuè consideranda in mulierum moribus. Decepti visionibus muliercularum quomodo Tertullian. & nostro tempore Fr. Francisc. de la Cruz, cuius narratur mira historia. Magdalena de la Cruz Cordubæ multos decepit. Et in Belgio monialis quadam arreptitia, in qua Christus loquens & hostiam suæ Eucharisticum panem consecrare credita ab illis. Quam periculosum confessarius conuersatio cum mulierculis etiam piis ex Gersono. An attendendus status virginitatis, matrimonij, viduitatis hac in re, contra Leletherium.

S E C T I O IV.

De reuelationibus virginum & mulierum, quæ sunt Canonizatae aut notæ sanctitatis.

De

De S. Angela Bobema. S. Brigitta Suenæ vidua. B. Brigida virgo Scota. S. Gertrudis Brabantia. S. Hildegardis. S. Catarina Senensis. Quo in precio habenda harum reuelationes. Refelluntur Henric. de Hassia & Sibyllanus. Soluantur eorum obiectiones, & defenduntur vaticinia Sanctarum.

Discutitur prophetia B. Catarina Senensis de immaculata B. Virginis Maria conceptione. Discutitur locus vnus ex concionibus B. Catarina Senensis. Item locus D. Antonini. Modus reuelationes conciliandi.

S E C T I O V.

De indicijis petitis ab ipsius reuelationis natura.

Quando plus deferendum reuelationi habitæ a vigilante quam a dormiente.

Diuina non est, quando non congruit diuinae Sapientia, vel non inuat ad maius bonum. vel incitat ad singularitatem, vel inobedientiam. Subitam doctrinam. Exemplum S. Simeonis Treuirensis. aliud Pramonstratensium tempore Sancti Norberti. Virginum Aronensium.

Considerati gradus superbie in illusionibus. Indicia falsa, ex lasciuia, & impudicitia. Exemplum D. Roberti, & aliud D. Dunskanæ. Quam periculosum reuelationis prætextu suæ contra obedientiam sequi iudicium. Exemplum Gene-



Genebaldi Laodunensis Episcopi. Aliud S. Guilhelmi Ducis Aquitania. aliud S. Abrahamij. Mira illusio virginis Gandensis, qua se salua virginitate matrem futuram credebat.

Illusio B. Secundelli, sub specie fructus ammarum. quomodo vicit supplantatorem. Exemplum S. Matrone. & S. Marcelli.

Varia sutela & pellacia demonis detecta. B. Jordanus deceptus aliquoties pratextu boni. Remedium expuendi in visum. S. Memulphi sententia notabilis.

Considerandum num bona malis mixta suadeantur. Historia de B. Maria Oigniacensi. & alia B. Vincentij Ferrerij. optimum remedium oratio. Exempla S. Gutlaci. S. Elphengi. aliterius.

Iudicium in hac re & doctrina B. Arsenij Abbatis. Si reuelatio humana prudentia haberi potuit. si sit desumpta ex sacra scriptura, vel ei dissentanea. Si confirmetur alius reuelationibus. Exempla S. Hermannij Steinfeldensis, qui & Ioseph vocatus & quare. Eutychiej Patriarcha. B. Guilhelmi Roschuldensis. S. Adalberti. B. Memulphi. Petri Cluniacensis. Quid si pugnantes reuelationes fuerint, cui credendum?

SECTIO VI.

De indicijs qua petita à reuelationum circumstantijs.

Qua consideranda sint circa finem. Illusio Ioan-

Ioannes de Varenis & Ioann. Hus. Cauti & circumspecti S. Arsenius. B. Hildegardis. B. Libuina Batava. Notanda cogitationes pracedentes & subsequentes. Verarum reuelationum qui effectus ex Heobaldo, & exemplum S. Aldegundis.

Signum crucis opponere visioni vile. exemplum S. Osualdi Episcopi. Modus quo se ingerit considerandus. Doctrina P. N. Ignatij Loyole. Notanda latinitas & horror quibus animus pulsatur. D. Antonij doctrina, explicata per B. Catarina Senensem. Explicata opinio quadam vulgaris, cuius mori, qui spiritus mortuorum viderunt.

Item notandum an veris confirmate miraculis. Exemplum nobilis matrone & S. V. Vinvaloci. falsa est, si vel in minimo non contigerit, quod praedixit absolute. hinc patet veras fuisse reuelationes Catarina Raconsia, Margareta Rauennatis. F. Aloysij Bertrandi. Item Ioanne Lotaringica, qua de La pucelle Jehanne, qua defenditur contra calumnias Anglorum. Falsus vero fuisse, Montanistarum. Ioannis de Rupefissa, & monialis Lusitana. Francisci de Cruce. Et Hieronymi Saxonarole sent Ferrariensis. De hoc diligenter differitur contra quosdam. De Iacobo Brocardo & B. Elisabetha Barton.

CAPVT II.

De diminutione:

Tom. 2.

P

Qv̄a



QVÆSTIO I.

Quid sit diuinitio.

Explicatur natura diuinationis.

QVÆSTIO II.

Quæ occulta queat demon diuinare.

*Non nouit omnia, sed quedam tantum. Marci historici loci explicati. Quid de libere contingentibus non potest nisi probabiliter coniectando. Exemplum Basilacii fanatici, qui Isaacio prædixit.**Quæ a causis necessariis dependent, & alia nonnulla potest certo prædicere. Quedam non nisi per coniecturam. Vnde nata veterum oracula. Quid de præteritis norit. Quid de presentibus. An cogitationes hominum norit. Exemplum Scotti Parmensis. Damonum hæc in re fraudes. Quomodo facta aliquando prædicat ut faciendâ. Exemplum Apollonis, & iuuenis cuiusdam, & Chariberti. & alia huius generis præmissæ.*

QVÆSTIO III.

Quomodo dignoscatur diuinitio à prophetia & diuinatione?

Nota ex proportione rei cognoscendæ & causæ. Nota ex modo & natura questionis. Nota ex intentione querentis. Quæ excusent a peccato. Locus Prou. 16. v. vltim. Quando licet spernari petere.

QVÆ

QVÆSTIO IV.

Quale peccatum sit diuinitio,

Quando sit heresis. quando superstitio. quando illicita dumtaxat. Quando implicita sit venialis. quando iocus omnino licitus.

QVÆSTIO V.

Quotuplex sit diuinitio.

Quid pactum implicitum & explicitum. Scholastici non satis proprie loquuntur in specierum assignatione.

QVÆSTIO VI.

De speciebus diuinationis, in quibus appetita diuinitio interuenit?

*Oracula, & vaticinia, ut Ioni, Dodonei, Hammonis, Tropœoni, Apollinis Delphici, Clarij, &c. Veneris Gazensis. Quæ horum physica causâ nulla contra plerosq; vera est demon. cur vno loco potius quam alio? cur prisca oracula cessarint?**De Pythonicis vauibus, Veterum, ut Dodonides columba. Gallicene. Pythia Delphica. Branchidarum, Colophonij, Soraciniq; vates. Francica Meronei Pythonissa. Ventriloqui, Engastrimantes, & Sternomantes. Eurycles, Pythonæ. Arcarij demones, seu vates. Exemplum rustici in Misina afflatus a demone fanatici, enthei. Sibylla vnde dicitur & dicitur. Et tunc.*



SVMARIA
SECTIO II.

Necromantia seu $\psi\upsilon\chi\omicron\mu\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\iota\alpha$ fuisse descripta, ritus collecti ex veteribus Poësis. Statij & Lucani loca quadam. Duo modi Necromantie, nuda invocatio & sacrificium. Sagæ primum murmurant, deinde incantationem proferunt, 3. comminantur forma minarum.

Pœna huius divinationis, demon in hac præ anima apparet. $\sigma\chi\iota\mu\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\iota\alpha$ quid. $\nu\epsilon\chi\omega\upsilon\mu\acute{\alpha}\nu\tau\epsilon\iota\alpha$. $\kappa\lambda\eta\sigma\iota\lambda\omicron\nu$. Exemplum Santebereni magi. Divinare in Pythone quid. locus 1. Reg. 28. v. 7. Quam periculosum, probatur exemplis. locus Psal. 105. v. 23. & Isa. 8. v. 19.

SECTIO III.

Varia Hydromantia, ut qua usus Andronicus. una fiebat per annulum alia per lapillos. alia ex pelagi agitatione. Orientales mare baptizant. Veneti sibi despondent. alia ex aque colore & imaginibus. Pagomantia, varij ad hanc olim fontes. Crateres Palicorum, cisterna Alpbacena palus Imonti, Apollo Thyrexus. Rhe-nus Germanorum. alia per cyathum. per cathinum ut Fessa. mulieres Germanæ ad vortices aquarum. supersticio hodierna, suspectorum nomina mittendi in aquam. Aretinus fons ob-turatus à B. Bernardino Senensi.

SECTIO IV.

De alijs manganiz generibus.

Do

De Lecanomantia, veteri & recenti. Gastrumantia. Curoptomantia. Crystallomantia. Exempli duo recentia. Et tuto quemlibet posse infringere huiusmodi, docetur aliis duobus exemplis recentibus.

Dactylomantia, varia exempla vetera & nova. Onychomantia, aliter apud veteres, aliter nunc sit. Quenedi quoddam factum. Acromantia Pharmaceutia. Coscinomantia. Axinomantia, Cephalonomantia, Germanorum, Longobardorum. Apionis & Tucci calumnia in Iudeos. Cleidonomantia. De modo excutiendi oculum farris. Varia exempla.

QUESTIO VII.

De speciebus in quibus vel non est explici-tum pactum, vel est admodum latens.

SECTIO I.

De haruspicina seu ariolatione.

De victimaria. Extispicina. Pyromantia. Prætur Latuani. an huc pertineat monstrandi pyras. De lustratione per ignem. Capnomantia. Locus Scarij. Thurisumia Statij. Libanomantia Dionis. Tephramantia. Sophoclis locus. quædam eius hodie species. Moschi locus. Hydromantia alia, & oinomantia. Quid omnibus commune cum hac.

Critomantia, alphetomantia, aleuroman-



tia. *De Jovis* quæ. *Tiromantia*. *Ichthiomantia*. *Oomantia*. *Ceromantia*. *Anthropomantia*. Valde olim frequens, probatur fuisse. *Sacrificium filiorum in Topheth apud Hebræos*. *Daphnomantia*. *Botanomantia*. *Sibylla folia*. *Sycomantia*. *Divinatio per myricam valde sollemnitas*. *Laus myricæ*.

Omphalomantia. *Amniomantia*. De pelticulis quibus involuntur fetus. *χρησμός*, *ἀδελφία*, *ἀσπασμός*. (den Helm / Teutonice) *superstitio in his*.

Qui sic capite involuto nati. *Ionius notatus*. *Judæorum divinatio per Icdium*. *Jedua animal mirum sed fabulosum*.

Lithomantia. An Iudeis in usu. *Locus Levit. 26. ver. 1. de lectione & significatione questum*. *Noster interpres defensus contra Oleastrum*. *Superstitio quadam gestantium amethystum*. *Rhabdomantia*, multiplex, quadam incantationis, quadam sortis, quadam auspicii, quadam ominis. *Singularum exempla*. *Narratio de Gregorio VII. Papa*. *Lampadomantia & Lucernaria*. *Parthenomantia multiplex*. *Carulli locus*.

S E C T I O II.

De augurio & auspicio.

Aristotelis locus. *Augurium quid, & quæ eius species*. *A celo petita*. *Ab avibus petita*. *Apulkorum tripudium*. *Oscinum differentia & nomina*.

mina. *Paucæ*. *Tripudium solistimum*. *Sonitium*. *Aquadripedibus petita*. *Auspicia pedestria*. *Ex equis Germanorum, Lusitorumq. A lupis*. *Et aliis animalibus*.

De omnium diversitate. *Augurium, omen, prodigium sepe confunduntur*. *τεροερονία*. *Ostentum portentum, monstrum, quid*. *Quid liceat in his observare, quid non?*

De acuminum auspicio militari.

S E C T I O III.

De sortibus.

De divinatoria. *De oraculo*. *Palomantia*. *Peltomantia*. *astragalomantia*. *Kubomantia seu aleatoria*. *Rabdomantia multiplex*. *Sagittarum, apud Ezech. c. 21. v. 11. כִּנְוִי בִלְוִיָּתַי*. *Vigurum*. *Deut. 3. v. 11. defensâ vulgata*. *incantatores cur Chabarium dicitur interrogare in ligno*. *Osé. 4. v. 12. Geomantia vanitas*. *Sticheiomania genera*. *eius varia exempla Gentilium & Christianorum, quid olim dictæ sortes apostolorum*. *Explicata & aliquanti c. si quis clericos, 26. q. 5. Quomodo his usi S. Augustinus & Gregor. Turonensis. De netis Ephesiorum*. *Dodecædri seu Pastorum ludium*.

Alethromantia modus multiplex. *Zonaræ*. *Socratis & Cassiodori error*. *Onomantia*. *Arithmantia*. *Cabbala duplex Iudæorum*. *Voc alium consideratio in nomine proprio*. *Alchimidia liber*. *Ornithomantia Ioan. Leontis*.



SVMMARIA
SECTIO IV.

Quale in his omnibus peccatum sit.

Quam etiam periculosa res sit. De sorte con-
sultoria, quando illa hodie illicita?

CAPVT III.

De coniectatione.

QVÆSTIO I.

De coniectatione ex astris.

De astronomia, huius laus. De astrologia
hac fusc docetur vana & prohibita. Species
eius quatuor, de Ioanne Stadio Bergano. Astro-
logia resolutionum quid queat diuinare? quo-
modo ceteræ species. Triplex mortale hic oc-
currens. Rationibus & auctoritatibus omnis
generis impugnatur astrologia.

Satisfit argumentis astrologorum. Locus
Gen. 1. v. 14. Locus Esa. 34. v. 4. Locus S. Au-
gustini conciliantur. Locus Psalm. 103. v. 2. &
Apocal. 6. v. 14. Locus Aretha Casariensis vn-
de corrigendus. Locus Iudic. 5. v. 20. Locus A-
poc. 12. v. 3. Locus Psa. 18. v. 12. Respondetur ex-
emplis allatis de veritate prædictionum qua-
runtam.

De Thrasillo. Cur I. C. iungant Mathema-
tici cum maleficis, & qui illis proprio dicantur
Mathematici. Quomodo & cur Deus permit-
tat illos aliquando verum prædicere. De Aste-
latione. Exempla aliqua falsarum prædictio-
num.

num. Hebraeorum qui auctores iconoclastie.
Paneraty. Constantini Stechati. Prædicentium
aduentum Antichristi. Petri Leonij Spoletani.
Abraham huius confudit dissentando. Ab his
deceptus Manuel Cæmentus. Ioanne Gale-
cius contra astrologum deceptus. Petri de monte
Ilicino mendacia. Alfonso Aragunum Rex
contemptor horum & quare. Ludouici Sfortis
frustrus amor astrologie. Alexandrinorum iudi-
cium de his. & velti gal Sdaxvrou ov. De me-
dicorum fatua & superstitiosa quædam astro-
logia, necnon charurgorum. De diebus Crucis.
De astrologia inuestigatrice occultorum.

QVÆSTIO II.

De coniectatione ex elementis, meteo-
ris, plantis, arboribus, brutis.

Tria videri tantum esse elementa. Ansonij
locus. De his que gignuntur in media regionē
aris, de cometarum prædictione, mira exem-
pla de Nola Boakenfi, de campana Villulana.
De pisciculis monasterij S. Maricij.

De prænotione ex ventis, item ex nubibus,
grandine & similibus. Psidas notatus. De ma-
ris tumore, terre motu, vide, halone. &c. Ex
arboribus, plantis, floribus, &c. quæ. Quædam
hic superstitio.

Quæ conuicienda ex animantibus. An ipsæ
presentiant quæ prænuunciant?



QVÆSTIO III.

De coniectatione medicorum.

Regula quedam traditur.

QVÆSTIO IV.

De coniectatione Physiognomica.

*De tribus eius speciebus. Scriptores. Fundamenta artis. Locus Esa. 3. v. 9. De Mathia Cornino Rege.**Probatum quedam esse licita. Et quatenus. Socratis dictum. Locus Cassij medici. De quibus licet Physiognomo iudicare, de quibus non. Exemplum. Antony Tiberii Cesariæ discessum.*

QVÆSTIO V.

De Chiromantia.

*Dua eius species. De Physica. De astrologica. Verderij error de hac. Prohibitio Sixti V. Art. vanitas. Scriptores.**Soluntur argumenta contrarie partis. Locus Exod. 13. v. 9. Job. 37. v. 2. manus Dei quid significet in scriptura. Locus Exod. 14. v. 21. 2. Reg. 3. v. 15. Esa. 8. v. 11. Ez. ech. 1. v. 3. & c. 33. v. 21. & c. 37. v. 1.**Examinantur exempla predictionum Chiromanticarum. Bartholomæi Coclitus. Alexandri Medici, Ioniæ notatus.*

QVÆ

QVÆSTIO VI.

De coniectatione ex somnijs.

*Oniropolia scriptores. Somniorum diuisio. Fundamenta v. unitatis huius. De libro Danielis Somniali in c. non obseruetis 26. q. 5. Synesius notatus.**Quadam licet obseruare contra Xenophanem & Epicuræos: quadam non licet, contra Stoicos. Somniorum certitudo vel fallacia unde petenda. De causa efficiente somniorum. Synesij & Porphyrij error. Item Platonis, & Aristotelis. Hippocratis diuisio non sufficiens.**De Naturalibus ex causa intrinseca. 1. animali. Locus Salomonis Eccles. 5. v. 2. 2. intrinseca corporalis. qua propria somnia singulorum humorum predominantium. De naturali extrinseca causa. & diuisio.**Quando liceat utendere somnijs ex causa naturalibus. Explicantur singula causa exemplis. Non licet diuinare de futuro contingentibus ut de gratis datis a Deo, nec de liberi arbitrij actionibus.**De Diabolicis insomnijs. Locus Homeri. & locus Ecclesiast. 27. ver. 7. De Lectisternijs & captione somniorum apud Gentiles. De Venere Gazza somniorum interprete. Somnia Enthusiastarum, Anabaptistarum, item Epibelus Messenij. Aedesij Philosophi, matris Attilæ, Ptolomæi. Nestorij Attici, Iulij.*



Iuliani Apostata. Odatis & Zariadres. Dæmoniaca ad quid liceat obseruare. Diuina infomnia qua.

Diuinorum infomniorum quedam exempla. Theodosij Imperatoris. Arnobij Rhetoris. Mauricij Imp. Barde. Eulogij, Alexandri Magni. Horum obseruatio licita, & ad quos spectet interpretatio. Quomodo discernenda diuina ab aliis. Loca Eccles. 3. 4. v. 6.

Exempla eorum quibus obseruatio somniorum valde noxia fuit. Agamemnonis, Xerxis, Onomarchi, Antigoni, Pompeij Iusti Lipsij, v. Cl. narratio quedam de mulercula Bruxelensi, & historia de iensa diligenter.

CAPVT IV.

De coniectatione politica siue
de fortibus.

Sortis politica species.

QVÆSTIO I.

De sorte diuiforia.

Indices sortiebantur Athenis, Rome & in Sicilia. Casus in quibus iura sortitionem permittunt. ca. 1. 26. q. 2. Que requisita, ut hac sortis sit licita. Quomodo intelligenda, qua in sacris literis de sortitione habentur. Russi qui solemnes. Calix pro sorte. Locus Psalm. 15. ver. 16.

QVA

QVÆSTIO II.

De contractu sortis siue Lothariæ.

De duplici contractu hoc priuato, la riffe. & publico, la lotherie. Contractum esse licitum probatur. Reprehensus Conradus. Ludus alex cur prohibitus. Contractus plures hic interueniunt.

De personarum generibus, que in hoc contractu veniunt. Quid hic lucrari possint mercis Domini seu venditores. Que sint peccata venditorum seu Dominorum mercis. De modo quo, statim ac collata lota, sortes irahuntur.

Quid lucrari possint emptores seu sortientes.

Que horum peccata, & obligatio restituendi. an ad sortitionem rerum restitutarum fraudator admittendus. Quid lucrari possint ministri & officii. A quo alendi hi ministri. Publicum, & pauperes q. id hic lucrentur. Princeps potest aliquid reip. pauperibus vel sibi reseruare. Possit aliquid dari ei qui primam sortem, vel plures obtulerit.

QVÆSTIO III.

De purgatione Canonica.

Quid sit? que eius species. De purgatione inuisitanda. Canones hanc probantes. Exempla Sophia regine Polonia, & Sixti 3. Leonis 3. & Pelagij PP.

De purgatione per sumptionem SS. Eucharistia.



ristia. Exempla Lotharij Regis Francie. Gregorius 7. ipse fecit, ab Henrico vero Imperatore exegit.

Causa & formula huius purgationis. Defendunt ea contra Fr. Hottomannum Calatnianum. Explicatur eius sententia. Historia Erximbaldi Burbati. Alia Sibichonis Episcopi. Sape mortui qui rei cum essent & iuste accusarentur, sumere presumpserunt. Exempla remissive ponuntur. Cur Deus hoc iudicium aliquando permiserit fallere, ut in Andronico Imperatore.

QVÆSTIO IV.

De vulgaribus purgationibus.

Cur sic dicta. Item cur exploratoria purgationes, cur leges paribiles. Tentant omnes Deum, huius speciei petere miraculum.

SECTIO I.

De prouocatione ad diuinum iudicium.

Quibus conditionibus concurrentibus habet locum. Exempla. Sara. Daudis. Zacharia filia Iosada. Septem fratrum Machabeorum. D. Pauli Martyrum noui Testamenti. Et S. Eustasij Abbas. Gualtheri Búrgensis Episcopi Pictau. Quam periculosum sit ita citare. Qui peccent uoluntatier citando. Quando citati fessint citationem contemnere, quando & quo illam modo debent considerare. Exemplum Gonzalvi Hernandis de Corduba.

Excm

Exempla citationum non irritarum. Citatio duorum fratrum de Carnual. Menuerçi Paderbronnens. Henrici Moguntini Episcopi. Burchardi & Meginheri. Gothui capite pleflendus. Gothalani Nauarchi. Fratris Ducis Britannie. Templariorum. defenditur hæc historia contra quosdam. De morte Clementis V. Pape, & Philippi Pulcri Francorum Regis.

SECTIO II.

De purgatione monomachia seu duelli,

De inuente duelli. De gentibus que vsa. De causis propter quas inducitur. De ritibus. de armis. Duellum paralytici contra Iudæum qui imaginem Dei pare violat. Duella inter reges pro regno. inter priuatos pro regibus. pro testimonio pudenti. ueri contra fictum. Burchardi contra Comaradum. De successione a norum inter patronos nepotis & patris. uicere qui pro nepote. Venceslai Regis mirum duellum contra Radislaum. aliquando Deus miraculo decidit, ut in causa Venceslai. aliquando res dubia manet, ut inter equitos Hissanos, Rui Paez de uiedma, & Pae Rodriguez de Auila. Sape iustus vincitur.

Duellum omni iuri repugnare ostenditur. Prohibuit & pæne Concilij Trid. alia priores Iulij 2. & egregie eueratione. Exterfo Gregorij XIII. ad priuata duella & qua citra solle-



De aqua feruente. Nationes qua receperunt. Et qua fundamēto. De poculo xelotypia Num. 5. Prohibitio purgat per feruentem. Exemplum. Legatorum Ludouici Germania Regis. Ritualis oratio. Solebant manum iniicere. probatum exemplo Hiacythi Diaconi Rauennatis.

De purgatione per aquam frigidam, quomodo fiebat. Exemplum uxoris B. Gangulphilex Alfatia. Alius modus, mergendi hominentotum. Imperatoria Et Pontificia prohibitiones. c. ex turarum, de purgat. Canonica explicatum. Et c. sententiam sanguinis. Ne Cleri. vel monachi secularib. Et c. De hodierna probatione sagarum per aquam frigidam sententia Germanicorum Scriptorum. Iurisconsulti cuiusdam recens libellus de hac re.

QUESTIO V.

De proba, vt vocant, aqua frigida, qua in sagis explorandis quidem in Germania vtuntur.

SECTIO I.

Discutitur opinio & rationes Adolphi Scribonij. contra scilicet illam lenitatem demonis sagas sustentantis dissertitur. Non est credibile hoc sic a Deo a mundi initio predestinatum. Refellitur supernaturalis Et scilicet aqua Et sagarum antipathia. Lutherus exploditur, qui voluit omnia liquida apta prebere balneum esse idoneam baptismi materiam. Quosdam ele-

elementa laudent Deum. Quare ratione aqua instrumentum Et sigillum saluis.

SECTIO II.

Excussa sententia & rationes I. C. cuiusdam Catholici.

Laudatur aduersarius, Et huius contradictio ratio proponitur. Qui Et ubi tantum iudices hac vtuntur proba. Esse praxim paucorum Et indoctorum iudicum. Summa sententia contraria. Ostenditur parum necessaria hac purgatio ad mentem aduersarij. Ostenditur pugnam dictis eius, Et incertitudo huius probationis. Exemplum vetula sage, que seipsam produxit. Ostenditur ex eo Et alia pugnam hanc supernatationem non esse tribuendam bonis angelis sed demoni. Custela, que ponit, ostenduntur superflua.

Tertia pugna in dictis aduersarij. Gratis coiffita diuersitas in maleficio Et alius criminibus, nec probata, nec vera, sed ostendit purgationis huius vanam defensionem. Inducitur argumentum de saga qua furti accusata tantum, Et aque inuiceretur ex prisco more ad purgationem. Et ostenditur si hac purgatio vera certaque necessario iudicem perplexum fore. Multa refelluntur breuiter Et a pege aduersarij. Quare precipua nunc causa paucitatis miraculorum sic. Deo non attribuenda omnia creaturarum mala, Et talem propositionem fidei repugnare.



Excusatur mens aduersarii eam ponentis. Quod sensu probationes sint iudici arbitrariae.

Hanc iure Canonico probam omnino esse prohibitam accuratè ostensum. Non licet iudici infligere quamcunque penam, quam rei maxime metuum. Hac purgatio non fauet maxime reipub. Neg. hoc solum potest eam facere licitam. Et actus sit bonus, non sufficit eum tendere ad bonum finem. Sagas non detestari maxime hanc purgationem, quod si detestantur, iudicium est pacti.

Non esse hoc iudicium certius testimonio complicum.

Non est eadem ratio huius iudicii & illius testimonii. Et nec iudicii ex cadanere sanguinante, & ex hac.

Non sequitur Deus inuat iudicem in vno, ergo & semper & in omni. Non sanatur iudex, qui secundum acta, nocentem absoluit. Deus non vult omnia crimina hic acti puniri. At quando iudici & iudicio nocent malefica. Sorti ista est diuinatoria non consultoria, consultoria fors etiam hodie est prohibita. l. eorum. C. de malef. & mathemat. ut non sit iniqua quomodo accipienda.

Maleficium maleficio destrui posse, error. Maleficium per media superstitiosa tolli posse, vel erronea, vel plane temeraria propositio. Scortus falso citatus a maleo malef. Posse aliquem peccare in eo quod facit bona intentione. Impugnatur

gnatur ut prorsus spiritum & tyrannicum arbitrium liberum & plenum iudicis, quod aduersarius ei cocedit. Iudex secundum legem debet indicare, alioqui belluas imitatur. Quomodo iudicis omnes legibus subditi sint. Prestare absolueri nocentes, quam per hanc probam deprehendere. Quid iudici hic metendum, quid non? Mortale est non obedire Ecclesia. Causa, cur tam parum iudicis promoueant per iudicia legitima. D. Bernardi locus de hac proba diffusus.

SECTIO III.

Propositur & probatur vera sententia negatiua.

Iudices gnari Pontificie prohibitionis, qui hac proba utuntur, peccant. Probatur primo definitione peccati. Pontifices Romani quid senserint, de hac probatione. Illis esse credendum & obediendum in hac. e. Meniam. in sin. 2. q. 5. c. & tuarum. De purgat. Canon. Diluuntur rationes aduersarii, quibus conatur ostendere deuersum quid statuendum in probationibus vulgaribus ceteris, & in ista. Ostenditur non esse diuersam rationem iudicium & priuatorum.

Ostenditur esse tentatio Dei. Quomodo signa petita à Sanctis hominibus. Quando liceat signum petere. Probatur hic non esse miraculū.

Exempla multa docent falsum esse probam. Iudices non tenentur fidem habere huius probae.

Quale hic pactū intercedat. Declaratur res.



Pactum hic inter iudicos & demonem, non inter sagas & demonem intercedit. Exemplum quoddam recens discutitur. Dissensio Iudicum in hac purgatione. Cur demon hoc pactum iuraverat, & lucra eius ex illo.

Ostenditur hæc proba continere peccatū inobediētiæ & ariolationis. Locus 1. Reg. 13. v. 22. Demonem corporeum facere, temerarium est & errori proximum. Multa aduersarij parerga, & non vera quadam. Iudex communem sententiam hic sequi tenetur. Alio qui peccat, & potest conueniri act. iniuriarum. talem torquens, est tyrannus. sententia est nulla. occidens, est homicidij reus.

QVÆSTIO VI.

De alijs quibusdam vulgaribus purgationibus.

*De purgatione per ponētra & lancem. De purgatione per crucem. Qualis ista purgatio, & questum. Frisonum consuetudo. Quid contendere vel certare cruce, item quid stare ad crucem. De sortitione quadam facta Constantino-
pole de Imperio. De abiicientibus res aliquas, et ex earum recuperatione cognoscerent sua sibi à Deo peccata fuisse remissa. Exempla S. Attilani Zamorensis Episcopi & S. Arnulphi Episcopi Metensis.*

MAGI-

MAGICARVM
DISQVISITIO-
NVM
LIBER QVARTVS.

QVI EST
DE PROPHECIA, DIVI-
natione, & conieclatione,

SVNT quædam nomina, quæ, cum late sumuntur, solent confundi, ut diuination, vaticiniū, prænotio, prophetia, conieclatio, prædictio: & sic sumendo, pro his omnibus, in titulo posui vnicum nomen diuinationis. Si pressius sumantur, discrimen aliquod agnosco. Prænotio & prædictio, cetera quatuor semper complectuntur: sed prædictio, ordinem ad alium actumque denotat extrinsecum; prænotio intrinsecam tantum cognitionem. Vaticiniū, diuinationi & prophetiæ commune nomen est, sed ad Oraculum tamen, quod viua sit hominis voce, restringi consuevit; cum diuinationi vltcrius porrigatur. De prophetia D. Hier. notat, (a) semper à sacris litteris in bonam ain c. 3. partem accipi. patet hoc verum esse, quan- Michea. do lo-

Q 4

dolo-



do loquuntur absolute. nam si Pseudoprophetas quoque hoc nomine honorent, distrahentem quampiam particulam adjiciunt, (vt Propheta stulti, Baal, Samarie, lucorum, &c. (b) vel loquuntur per ironiam non obsecram, petitam ab existimatione atque opinione populi, qui pro talibus eos habebat, sicut & idola, nuncupat Deos (c): atque aded semper aliquid additur in contextu, quod non sinat ignorari Pseudoprophetas Dan. 11. fuisse. (d) *Diuinatio* nunquam in Biblijs sumitur de Prophetico lumine. Nam illud Salomonis: *Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius*, (e) nihil ad prophetie donum pertinet, sed ad sagacitatem in occultis & perplexis iudiciorum latebris, circa facta ambigua, eruendis, necessarium iudici, est enim quedam sicut in medicis capsis, sic & in iudicijs diuinatio *Metaphotica*: qua que preterita sunt, & quorum veritas ignotatur, solerti discussione conijciuntur. Vt fuit in iudicio Salomonis, cum verae matris filium restituit. (f) vt fuit in Danielis inquisitione, qua, senum perfidia detecta, Susannam vite, honori, marito restituit. (g) vt in iudicio Ariopharnis Thracum Regis, quod huiusmodi traditur. Tres Cimmericorum regis filios de paterno regno contententes, iudicem elegere Ariopharnem, hic iubet patris cadauer sepulchro erui, arbori alligari, & eos

h *Ier. 23.*
v. 13. *Ose.*
9. v. 7.
c *Exo. 12.*
v. 12. *Es.*
6. 18. v. 11.
Dan. 11.
v. 8.

d *Deut.*
13. *Ier. 23.*
v. 25. c. 28.
v. 1. *Es.* 14.
Ezech. 21
ver. 27.
Mich. 3.
v. 6.
c *Pro. 16.*
v. 10.
f *3 Reg. 3.*
g *Dan. 13.*

& eos atcu contendere, vt qui patris cor transfixisset, is in regnum succederet. primogenitus guttur, secundus medium petus corde illato transfixit. Supererat minimo spes regni, vicit pietas, & se regno cedere malle, dum in patris cadauer pietate superior esset, profectus, iaculari detrectauit. Huic Thrax regnum adiudicauit, quia naturæ propensione, se & verè filium, & virtute præstantiorem ostendisset. (h) An hanc historiam voluebat animo Alphonfus primus Neap. rex, cum similem protulit sententiam? vel naturali sagacitate id potuit, quæ in eo mirifica fuit. Nam adhuc penè puero cum in Aragonia, vtriusque Sicilia regna susciperet, accidit, vt cuiusdam ancilla ex domino pareret, & ad libertatem ex Hispaniensi lege prouocaret. Dominus, ne matre cum, filio priuaretur, negabat ex se natum, de rant in re clam patris solita probationes. quid ageret? belle se expediuit. iubet sub hasta partu vendi. vincitur dominus litatione. (ergone secum) filius meus in seruitutem me viuo? quin potius fatoor, quod res est. i *Ant. P. 2.* & ecce paterni animi erumpunt inuito lacrymæ. Subsequitur linguæ confessionem de gest. oculorum. sic Patri filium, matri debitam rex libertatem aseruit. (i) Quem imitatur hoc iudicio, non habuit, vt Tiberium (k) habuit Theodoricus, Rex Gotthorum. *rio.*

h *Diodor.*
Sicul. l. 20



Sponderat mulier Italica nuptias secur-
das amatori, pacta se filium prius domo ex-
turbaturam, cum conaretur; resistere filius,
& Regem adire ambo. filius sibi alimenta
deberi, nec domo paterna à matre eijs de-
cere. contra mulier, filium non agnoscere,
supposititium esse. Suspecta regi mulier fieri
incipiebat. Atqui o mulier, inquit rex, potes-
si me audis, & hac te molestia expedire, &
melius coniugium inire. quàm tu iuuenem
hunc, qui si ium se dicit tuum, maritum ac-
cipe. minor est etate, & facie liberaliore. Ista
mulier tam inopinata iussione, primum
conticescit: mox se colligit, & multa prae-
tere negationi, parùm coherentia vel apta;
vt deprehensam facile intelligeret rex. Fin-
git ergò se pœnam addere, nisi consentiret.
quod restabat infelici, vt se ius suum hor-
rendum; filium agnouit. (l) Carolo magno
eoram pater & filius homicidij rei ageban-
tur, factum vterque negabat, nec tormentis
vllis ad confessionem criminis perducì po-
terant: condemnat Imp. vtrumque ad sus-
pendium. Tum pater, victus amore filij, se
reum, filium verò sceletis expertem profi-
teretur. (m) Minoris momenti, non minoris
industriæ fuit Frederici III. iudicium. ad
eum cum rusticus venisset, & questus esset
iugalium equorum alterum in caupona sibi
furto ereptum: abigeum imperator sibi in-
dica-

I Ioan.
Magnus
lib. hist.
Goth. c.
29.

m And.
Barbat.
in c. pre-
sent. de
probat.

dicari iussit. cum hoc rusticus negaret se fa-
cere posse, qui hominem non nosset. micor,
inquam Fredericus, non alterum quoque
ereptum tibi, cum tot in hac vrbe sint equi-
tes, equi tam pauci. Equa, o Cæsar, subdit
rusticus, est altera, quæ militibus parua vsui.
Igitur age, inquit Imp. equam incendo, &
per omnes vicos, plateas, cõpita, & angipor-
tus vrbis equita: subtractus equus in aliquo
stabulo latitat, & cum iugalis odorem sen-
serit, statim hinnitum tollet. Paruit rusticus,
atque vt Cacus mugitus bouis, sic hinnitus
equi tunc furem prodidit. (n) Nec subtricen-
da Turcarum regis Solymani prudentia. *Aeneas*
Byzantij Iudæus Christiano certam auri *Silius li.*
summam mutuam dederat, vt cõstituta die *2. de reb.*
præter sorrem, vsuræ loco, duas carnis eius *gest. Al-*
dem Christiani vncias reciperet. Die illa sor- *fonti.*
rem reddit Christianus, fœnus negat. aditur
Solymannus, vt rem decidat ille Iudæum a-
nimo detestatus, nouaculam adferri iubet, &
Iudæo potestatem facit, qua velit, membri
parte, debitori duas carnis vncias exscindat:
ea lege, vt omnino duas tantum: si minus,
pluræ exsciderit, capite luiturum. Non au-
sus Iudæus hanc aleam subire, Christianum *o Corro-*
absoluit. (o) De huiusmodi ergo *zetus de*
labiorum dictis &
Regis diuinatione, Salomon loquebatur, sicut *factis me-*
enim cor regis, sic & eiusdem labia in manu *morabilis-*
Dei sunt, ambo Deus æqualiter dirigit, & *bis,*
qui-



est: **DISQVISIT. MAGIS.**
 quibus suas in terris vices delegavit, eos supra ceteros saepe mortales magna solertia & prudentia dotat. *Diuinitio* ergo illic *pro Coniectatione* posita. *Coniectatio* namque procedit ex consideratione causarum signorumue, siue hae sint cum vera prudentia coniuncta, siue vanitatis comperta. quare quaedam coniectatio licita, quaedam illicita est. *Diuinationis* nomen, nos deinceps restringemus, ad illicitam tantum: hanc a coniectatione differt; quia non procedit per signa, vel argumenta, vt facit coniectatio. *Prænotio* deinceps nobis generale nomen erit, eius partes, vt membra corporis, tres sunt futura, Diuina prænotio, quæ manat à Deo, & vocabitur *prophetia*: *Dæmoniaca*, quæ derivatur ex pacto tacito vel expresso cum dæmonibus, & dicitur *diuinitio*: & *Naturalis*, quæ sumitur ex signis vel causis naturalibus, quam vocabimus *presagium*, vel *coniectationem*, strictè sumptis vocabulis.

CAPVT I.

De diuina prænotione, seu prophetia.

QVÆSTIO I.

De natura & nomine prophetie.

IN S.S. *Propheta* nomen, & *prophetandi* verbum, sex ferme modis solent accipi. primo,

primò, pro eo quod est canere vel psallere certis diuinas laudes modis, vel instrumentis. Sic legimus prophetasse Idithum & Heman, (p) & sic quidam illud accipiunt; P 1. Par. 25. v. 3. & 5. (q) Num & Saul inter Prophetas? 2. pro Ethnicis vatibus ac poetis. sic Epimenidem q 1. Reg. 10. v. 12. (r) Apostolus appellat Cretensium Prophetam. 3. pro fanaticis, qui arreptitiorum more mente abalienati, insolita, ineptas, insipientiaque effutiunt. sic dicitur Saul domus, à malo agiratus spiritu, prophetasse (s) & Sacerdotes Baal dicuntur etiam prophetasse. 4. dicuntur prophetare, qui miraculum aliquod edunt, quo declarant se veros fuisse Prophetas. Sic Elizaï mortui corpus dicitur prophetasse, quia latronis cadauer contactu viuificauit (t) s. qui res sublimes, diuinas & ab hominum cognitione remotas, & scriptura sacrae arcana interpretantur & docent. Sic sumit D. (u) Paulus quando confert donum linguarum cum dono prophetie, sic & Aaron, eo quod Pharaoni exponerat oracula, quæ Moses à Deo acceperat, vocatur *Propheta*. Sic sumit Philo Iudæus, cum *Prophetam* definit, *Dei oracula intus dictantis, interpretem.* (v) Et huc pertinet etiam alia significatio, quando sumitur pro veris Dei cultoribus & viris religiosis, vt volunt sumi, 3. Reg. 18. v. 4. *Abulens*, & *Cæta*. 6. pro eo, qui occulta Dei arcana, per



ynarato
haz Pere-
vlon Ge-
nes. 20.
disp. 2.
נבואה
נבואה
נבואה
נבואה

z. 1. Reg. 9.
v. 9.
aprefat.
in Psal.

per diuinam reuelationem accepta, homi-
nibus enunciat. (y) Nos nunc de hac vltima
specie tantum loquimur.

Nomen hoc prophetia: Græci à præfan-
do (πρόφητι) deduxerunt, Hebræis *Nebus*;
vnde *Nabi* propheta, radice verbi incer-
ta. potest enim esse *Nub* (hoc est loqui) & si-
gnificaret *Nabi*, loquentem: potest esse *Ban*
(intelligere) & significaret intelligentem,
nimirum perfectissimè, vt qui res oculis fi-
delibus subiectas cognoscunt. Vnde & pro-
pheta: Hebræis dicti sunt *videntes*. (z) Hæc
de nomine suffecerint, de re videamus.

Calliodori, (a) communius recepta de-
finitio, conciliator est, quam vt per illam com-
modè rei natura intelligatur. Dic explicatius,
Prophetia, est diuina inspiratio, reum à
*nobis procul distantium euentum, immo in ve-
ritate & maxima cum certitudine præsciens*
atq; denuncians. Explicemus singula defini-
tionis membra. *Diuina* dixi, contra Arte-
phium & Rogerium Baconem, qui prophe-
tiam tribuunt astrorum influentijs, contra
Aristotelem & Peripatericos, qui corporis
humoribus, contra Moysen Aegyptium,
Aucemnam & Algazelem, qui naturali In-
dustria studioque adscribunt, hi eunèti sal-
luntur, quia omnis prophetia, Spiritus san-
cti donum est, nulla humana allatum vo-
luntate, vt dicit Catholica columna Petrus
& Pau-

& Paulus (b) contestantur. Vnde B. Hiero- b. 2. *Pet. 1.*
nym. (c) infert, solos veros prophetas, Dei *v. 10. Rō.*
spiritu locutos, nec alios Prophetatum no- *12. v. 6.*
men mereri, quàm qui, Spiritus sancti lu- *1. Cor. 12.*
ce collustrati, futura prædicunt. Ad hoc *v. 10.*
nulla dispositio naturalis vel humana abso- *c in Dan,*
lutè requiritur, potest enim Deus ipsam si- *d D. Thō.*
mul cum lumine dispositionem infunde- *2. 2. q. 171*
re. (d) Sed qui amat omnia suauiter dirige- *4. 3.*
re, vt plurimum se rerum naturis accom-
modat, quoad ipsi placet. Quare cum aptis-
sima sit dispositio, qua mens à sensibilibus
motionibus, & rerum humanarum solui-
tur curis, videmus eam Prophetas aliquan-
do comparasse sibi, vt Helizeum musices
suauitate. (e) Quæ tamen dispositio, planè
per accidens ad prophetiam iuuat, nec il-
lius *v. 10. v. 11. v. 12.* lo dici meretur. Natura-
lis erò prænotionis vel dæmoniaca, cau-
sa per accidens, est corporea dispositio, que
à sensuum vsu vehementer mentem auel-
lit, atque idcirco Plato & Aristoteles dixe-
runt, frequentiore esse diuinationem in
fatuis, artonitis, & furentibus, quàm in men-
tis sanæ hominibus, in dormientibus, quàm
vigilantibus: in morti vicinis, quàm vita vi-
tali longum adhuc fruituris: in atrabiliaris,
quàm sanguineis, minus enim sensibus in-
tenti illi omnes, & melancholici insuper vi-
gilantes quasi somniant. (f)

*vide Pa-
lesium, de
sacra phi-
los. 30.*

1. Dixi,



2. Dixi, *inspiratio*, late sumpta voce, pro quouis influxu, instinctu, illuminatione, aut reuelatione. hanc Deus aliquando largitur angelis bonis, qui predicant alijs, vt de Sodomorum euerfione didicimus, (g) h *Gen. 21.* & de posteris Iſrahelis, (b) de (z) Samſone, i *Iud. 13.* de Tobia vxore, (k) de Christo Domino, k *Tob. 6.* (l) & eius (m) præcurſore, vel vt viſiones ex- l *Luc. 2.* plicent hominibus. (n) Aliquando Deus *Mar. ult.* confert hoc donum hominibus, tum viris m *Luc. 1.* tum feminis, maximè probis & ſanctis, vt n *Dan. 8.* Elia, Eſaie, Deboræ, Oldæ, & quam pluri- & 9. & in mis alijs, quorum laus eſt in ſacris Hiſtoriis, *Apoſ. ſa-* interdum tamen & malis atque improbis, pe. vt nonnullis Gentilibus, ac fortaſſe Sibyl- o *Num.* lis, & Balaamo, (o) & Caiphæ. (p) Confert 22. & 23. autem aliquando ignaris ſe prophetare, vt p *Ioan. 11.* dicto Caiphæ, & iuxta D. Amoronum (q) v 51. Abrahamo cum dixit; *poſtquam adorauer-* q 1. 1. de A *mus reuertemur ad vos*, ſed tunc improprie *brah. c. 8.* vocari prophetiam, cenſuit D. Auguſtinus: r l. 12. ſup. (r) aliquando verò id accidit gnaris ſe à Deo *Gen. ad* illuminari, vt Balaamo prædicto. Interdum *lit.* quoque confertur hoc donum inuitis, vt (ſ) ſ 1. *Reg. 11.* Sauli iuxta quorundam interpretationem, ſed ſæpius, ſpontè ſpiritum Dei recipientibus: tuncque ea ratione prophetia poteſt vocari voluntaria, quia influxum Dei non inuiti recipiunt, inuoluntaria nihilominus erit, quatenus eum, non quancumq; ipli, ſed

ſed quando Deo lubet, recipiunt; & quia non qua menſura ipſi volunt, ſed qua Deus; & quia non quam volunt ipſi dñi, ſed tantisper dum Deo videatur: vt de extaſi lib. 2. diximus, quæ ſic etiam voluntaria, nec aliter.

Inſpirationum alia quoque differentia petitur inde, quòd interdum ei nullum colloquium accedit, ſed nuda tantum fit præceptione aut oſtentione, vt in plerisque veteris teſtamenti prophetijs cernitur: interdum Dialogiſmus aliquis Prophetæ ac Spiritus ſancti accedit, (t)

t vt Exo;

Illuminationis ſeu inſpirationis huius 3. & 4. duas ponunt Theologi ſpecies, *imaginariam* 1. *Reg. 32.* & *intellectualem*. Imaginariam ſiue ſenſibilem vocant, non quia non pertingat ad intellectum (talis enim improprie vocaretur prophetica inſpiratio) ſed quia primatiò ſit per ſenſibilem ſiue imaginariam repræſentationem, ex qua mentis conceptio naſcitur; eique quali commenſuratur. Intellectualem appellant eam, quæ non ducit originem à ſenſu vel imaginatione, ſed oritur immediatè per lumen inſuſum intellectui, & per ſpecies intellectuales de nouo inditas, vel præexiſtentes, ſed diuina virtute, ad naturalem aliquam mentis conceptionem formandam applicatas. Quæ eleuatio dupliciter contingit. 1. quando intellectus ſic



elevatur, vt sine operatione fantasia cognoscat: quod raro & ex speciali privilegio conceditur, 1. quando fantasia intellectioni cooperatur, non quidem intellectu primum à fantasia moto, sed fantasia ipsa mota & applicata ab intellectu, vt secum operetur & concurrat. Vide Franc. Suarez. 3. p. 9. 30. a. 1. disp. 9. sect. 2.

u Acllor. 7
v. 38. &
Gal. 3. v.
19.
x. c. 1. v. 9.
yc. 1. in pr.
z. D. Tho.
22. q. 171.
a. 2.
a. D. Dionys. Areop.
Cal. Hierar. c. 4.
D. Aug. lib. 3. de Trinit. & videtur Damasc. lib. 2. orthodox. fid.
Solet vt plurimum Deus mediator Angelò prophetiam inspirare, primò reuelans Angelo, vt Angelus deinde reuelat hominì quod iussus, idque vel in assumpto se corpore ostendens, vel apparitione tantum spiritali speciem humanæ menti exhibens rerum, quas Spiritus sanctus hominì vult præsignificari, sic Moysi in manu mediatoris data lex. (u) sic Zachariæ & in Zachariæ (x) Angelus Domini loquebatur, sic in Apocal. (y) Christus Angelo, Angelus Ioanni, Ioannes alijs manifestat, quæ pater Christo, vt hominì, ab initio conceptionis reuelaret, quod suauitati diuinæ gubernationis, vt solita medijs, est accommodatissimum (z). Et sic censuere grauissimi Sancti, de facto, tantum solitum Deum prophetiam per Angelos inspirare (a). Non tamen negandum posse Deum si velit, ipsum immediatè sic in mentes hominum influere, quod nec Damascen. nec alij illi patres negarunt, & affirmarunt D. Hieron. & D. Greg. & recentior

tior Turrecremata (b) quin etiam D. Hier. qui priorem modum concedit, (c) posteriorem hunc aliquando à Deo usurpatum contendit (b). Scio Deum posse, si velit, an fecerit, nescio, nec multum refert scire. Non caret etiam difficultate prior ille influxus, qui fit mediante Angelo, cum nec Angelus spirituale illud lumen creare, nec ipse in humanum intellectum queat illabi. Quin etiam sine sensuum adminiculo in hominis mentem, hoc lumen à Deo creatum immiti Angelo posse, negat Scotus, sed affirmant Albertus & Henricus de Hassia, modo negare, modò concedere videtur D. Tho. sic tamen, vt, quando huiusmodi lumen intellectui sine sensibili apparitione vel specie immititur, vt fit in reuelatione intellectualli hoc à Deo, qui solus illud creare potest, immediatè fateatur immiti: quod accurate, ex horum Scholasticorum sententia docuit Francisc. Picus l. 2. de Preuo. c. 3.

Dixi tertid, rerum a nobis præcul distantium. huiusmodi res sunt, tum quæ natura sua longè distant ab humana cognitione, vt abstrusiora Dei consilia, mysteria fidei, & similes res diuinæ. (hoc sensu Christus Dominus prædicitur futurus Propheta e) Prophetam de gente tua, & d: fratribus tuis, sicut me suscipit, &c. & eo referenda prophetia, quam Apostolus cum dono lingua-

b Hier. presat. in Esa. & in cap. 6. D. Greg. l. 18. Moral. Turrecrema. in Prologo Reuelat. S. Brigidæ c. 4. c. in Exec. c. 2. & 3. d in di. prof. & c. 6.



f 1. *Cor. 14 v. 3. 4.* rum (f) comparat) tum etiam res, quæ sunt à cognitione nostra semotæ, ratione modi cognoscendi: quando quod enunciat, non nisi supernaturali lumine potest cognosci: veluti cum Helizeus rescivit, quæ cum Naamo Iesi pactus fuerat, (g) & B. Petrus, quod inter Ananiam & Saphiram congenerat (h): tum denique sunt alia longè distantia ratione temporis, quod vel iam vsque adeo obliuione oblitteratum est, vt non nisi diuina reuelatione sciri queat, quo pacto Moysen de mundi creatione prophetale scribit D. Gregor. super Ezechiel. vel quia tempus adhuc futurum, & euentus contingens, ideoque soli Deo liquidò notus, (i) iuxta illud, *Annunciate quæ ventura sunt, & sciemus quia Dii estis vos.* Et hæc est vocis prophetiæ frequentior significatio: ad eò vt propria locutione hi soli Prophetæ nuncupentur, qui futura contingentia prædicunt: generaliter tamen loquendo, ceteri quoque Prophetæ vocantur (k). futuro-
 Greg. in *pr. Ezech.* rum contingentium cognitio soli Deo re-
 & D. servata est, quia ad perfectam cognitionem
 Thom. de *verita. q. 12.* necesse est rem cognosci tanquam præ-
 sentem: soli autem Deo, vt præterita & præ-
 sentia, sic etiam futura, semper ante oculos versantur. quia æternitas caret initio, caret fine, & in ea cuncta simul cognoscuntur: solus autem Deus æternus est: adeo cum
 Deus

Deus hoc futurorum contingentium lumen propheticum homini largitur, tunc privilegium illud, quod æternitati competit, eamque consequitur, cum homine communicat. Quo sensu Hier. de Ferraria dicebat, Prophetas à Deo æternitatis participes fieri. (l)

lib. com-

Dixi, quartò, *immobili veritate.* hoc intelligendum est de prophetia absoluta, quam uelut quod vocant prophetiam sententiæ, siue præ-post eius scientiæ, cuius euentus semper prædictio-
 ni respondet: quia tunc res considerantur, vulgavit prout in ipso Deo existunt, & ab eo solo Hier. Be-
 dependent, qui solus est immutabilis. Non niuenius
 verò hæc particula definitionis procedit in Florenti-
 prophetia comminationis siue consilij, quam
 tenus hæc est conditionata, & in ea res con-
 siderantur, vt à causis secundis dependent, q. 36. ad
 que sunt mutabiles. prophetia ista condi-
 tionata, in se quidem est mutabilis, pro a-
 ctionum humanatum mutabilitate, in Dei homil. 1. in
 tamen præscientia, etiam hæc immutabilis Matth.
 est: quod cum Prophetæ probè norint, & Greg. lib.
 comminationis suæ naturam cum Dei vo- 16. *Mora.*
 luntate comparent; sequitur eos ne tum c. 2. & 6.
 quidem falli vel fallere, quando quod præ- n 4. *Reg.*
 dixere non euenit: vt Ionæ cum Niniuitis, 20. *Isa. 38.*
 Esaiæ cum Ezechia contigit. hanc distinctio- Jer. 16. a
 nem non Patres (m) modò, sed & scriptura v. 6. *Ezec.*
 (n) sacra clarissimè confirmat. 18. v. 21.



Dixi quintò, *máxima cum certitudine*, quia quibus diuina fit reuelatio, solent à Deo sic mente illustrari, & voluntate affici, & de fide ac veritate reuelationis certiores reddi, vt apertè agnoscant, & firmissimè credant, Deum esse reuelationis siue visionis auctorem, & queant, nescio quo (vt ait D. Greg. o) intimo sapore discernere, se nec humanis somnijs, nec diaboli fraude illudis: sed certò certius sciant, hoc sibi lumen Dei dono concessum (quod de matre sua B. Augustinus prodidit p) & aded clarè cernant futura, isque prabeant assensum, vt æquè facìle sint negaturi prima & receptissima notissimaque scientiarum principia, quod de se Saonarola ille dicebat (q) & de quodam suo familiari, quem non nominat, Picus affirmat, quem ego Hieronymum hunc fuisse opinor, sed, quod verius certiusque, tales fuisse omnes reuelationes Patriarchis, Prophetis, Apostolis, ceterisque pradicatoribus ac doctoribus nascentis Ecclesie factas, merito censuit Thomas Anglicus (r) illo in Genesim commentario, qui mendaciter doctore Angelico, litterula additione fuit attributus. Idem nonnulli putant imposturæ genus accidisse Commentarijs in Apoc. & in Epist. Canonicis. Sed; quicquid sit de hoc auctore; Lumen istud cælitus cum veris reuelationibus infundi solitum,

o lib. 4.
dial. c. 48.

p lib. 6.
confes.

q in d. cõ-
pedio Re-
uel.

r c. 22.

tum, Theologi contemplatiui seu mystici varijs nominibus appellant, saporem internum, intimam inspirationem, dulcedinem " experimentalem, diuinam illustrationem, " sensum nimis sensibilem, absconditum " manna, donum discretionis spirituum.] " Adhuc controuertitur; an hoc lumen sit idem cum lumine fidei, an quid diuersum ab eo, eique superadditum? Posterius, verius Pico videtur (s) & mihi quoque, for- [d. c. 3.] mali saltem distinctione. fortassis idem est re, & nouam nactum materiam, eo se extendit ac porrigit nouo quodam modo, sed nolo subtiliora hæc & minutiora nunc discutere: siue re idem sit, siue diuersum; quando hoc simul datur, tunc grauitè peccat, qui huiusmodi reuelationi fidem non præbet. Sic Zacharias exemplum, lingue via priuatus (t) & in Regum historia, qui iubentem Prophetam non aucauit, & qui u. 3. Reg. propter inobedientiam discerptus fuit à 20. u. 36. leone (u) x c. 10. v. 1.

Dixi 6. *pranoscens*, quia prophetiam desini in cuius nio, que maximè germana, cui proprium, *expositio* - vt, quod prænunciat, id sciat se profati, *ne extre* - ta illud Danielis (x) *reuelatum est Danieli ma supra* - *verbum verum, intellexit, sermonem: intelli* - *modum* - *gentia enim opus est in visione, necessarium ridiculus* - ergo est intelligere, sed & alijs nunciare, *est Calui* - *nus.*



Dixi 7. atq. denuncians. nam prophetiæ donum datur ad Ecclesiæ utilitatem, ut, quæ Deo inspirante, sancti cognouerint, ea ceteris annuncient, Illud denique quæri consuevit, Lumen istud ad quam qualitatis speciem debeat reuocari? Communis sententia eadem est quæ D. Thomæ, (y) ad patibilem qualitatem reduci. quia sic impressio quædam subitanea, similis affectioni transcuntis & facile recedenti, non enim prophetis semper adest, sæpe illos deserit. Haud ineptè compares versantibus in tenebricoso loco, qui, candelæ lumine illato, circumstantia cernere incipiunt, eodem elato, rursus illis occæantur omnia. Vnde Michæas

(z) *cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.* & B. Petrus, (a) *Habemus propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, quasi lucerna lucenti in caliginoso loco.* Habet tamen hoc lumen aded multa cum supernaturalibus habitibus, ut Iulius (b) Sirenius, vir eruditus, conetur probare, melius reduci ad habitum. apud illum inuenietis argumenta, quibus communem sententiam impugnat, nec lubet, nec vacat plura.

Q V A E S T I O II

Quæ sint species prophetiæ.

DVO, quasi-suprema genera prophetiæ in S. S. inuenio: vnum per *Sacerdotes*, alte-

y d. a. z.

z c. 7. v. 8.
a 2. c. 1. v.
17.b l. 7. de
fat. c. 14.

alterum per *Prophetas*, sæpè quidem qui propheta, idem & sacerdotes erant, sed aliter futura prædicebant quatenus sacerdotes, aliter quatenus propheta. Res est non omnibus peruia, & digna diligentiore examine.

S E C T I O I,

De rationali, & Primæ ac Thummim.

SACERDOTALIS prophetiæ modus consistebat in applicatione Ephod. fuit autem Ephod duplex, vnum linteum, etiam minoribus concessum ordinibus (c) ut pueri Samueli; alterum Sacerdotale, quod etiam vocatum est *superhumeralis*, auro & variis colorum varietate ornatissimum (d) *gelonius*. Iosephus etiam vocat stolam hieraticam, d. describitur Epomidem & diploidem: hinc aureis capitulis appensum erat *Rationale* seu *Pectorale*, utroque enim nomine vtuntur Latini, Hebræi *chosën* vocant, iuxta puncta quæ nunc habemus, nam Iosephus aliis vsus fortassis, cum vocat *Essën*: Græci eodem teste *λόγιον*. Scriptum quidem aliquando apud Septuaginta, Philonem, & Hieronymum inuenias *λογεῖον*, sed mendose: pertineret enim potius ad locum consulendi. rectius alibi apud eosdem, *λόγιον*, quasi dicas oraculum. sic enim ab Hesychio *λόγια*, explicatur



cantur *μυστερια*; & apud Plutarchum in Sylla, vates vocantur *λόγιοι*. Sed cur *λόγιοι*? Si Græca Iosephi verba perpendas, quia veritatis irrefragabilis oracula fundebat. Latinis dictum *Pectorale*, quia pectori appensum; *rationalis*, quia more animalis ratione præditi ratio cinabatur, hac ipsa de causa, iudicij elogio addito, illud cohonestabant, vocantes, *rationalis iudicij*, & *iudicium filiorum Israel* (e) & *iudicium Vrim* in Hebræo quidem fonte (f). Rationem reddit Iarrius, quia supra Vrim inscripta vocula *Migspath*, sed hoc somnium est recuriti, potius crediderim, quia Sacra scriptura consuevit, id quod quisque facere debet, siue cuiusque officium vocare *iudicium* (g): Sacerdos autem, rationali indutus, proponebat Deo hominum dubia, desideria, & negotia: & per rationale, non tantum Deus propitiabatur, sed etiam significabat hominibus, quid fieri vellet, & quis rei successus futurus esset, ut non male Abenezra. Huc sane facit ipsum nomen *Vrim* & *Thummim*: de cuius etiam significatione & usu videndum. Scripsere quidem multi, sed optes merito distinctiora & clariora, ut rei dignitas postulabat. ceteris melius egere Tostatus, Lippomannus, Fran. Ribera, & Nic. Serrarius (h) Agendum accuratè de tribus, nomine, re, usu.

e d. c. 28.
v. 15. &
30.
f Num.
27. v. 21.
g Pro. 1. v.
3. c. 1. v. 9.
h Tostat.
& Lippoman. in
Exod. c.
28. Ribera.
in l. 3. de
templo c.
12. Serrarius. The-
sib. de Iose-
ph. Sacerdotib.
וְיָמִין &
וְיָמִין.
וְיָמִין.

Quoad

Quoad nomen, Chaldaei vocarunt *Vraia* & *Thumata*, Hebræi *Vrim*, & *Thummim*. *Vrim* significat illuminationes, seu lumina, à radice Vr, Græci vertunt *πρὸς δῆλα, δῆλωσιν, φωτισμοῦς φωτίζοντες*, noster *doctrinam*, cum agit de rationali, cum verò de ipso Sacerdote, *eruditum*. *Thummim*, significat perfectiones à *thamam*, perficere, Græci nuncupant *ἀληθείαν, τελειώσεις, & τελείωσις*; noster vertit, *veritatem*, & aliquando metonymicè *Sacerdotes*, vel etiam aliter, pro ut illi res visa postulate.

Sed quid rei ista nomina *Vrim* & *Thummim* quidam negant se scire (i) puto ex scriptura tamen id colligi posse. Alij censent diversum quid fuisse in rationali à XII. lapidibus: sed dissentiant inter se. fuerunt qui putarint, XIII. lapidem fuisse (Suid. vocat *adamantem*) cuius color, pro diuersitate prosperi vel aduersi successus, intrante in atria Sacerdote mutaretur. hanc opinionem, meo iudicio, D. Augustinus (k) fabulosam vocavit, nec de Iosephi sententia locutus. Abenezra nescio quas astrolabij figuras comminiscitur: quem multis rationalibus luculenter Tostatus refellit (l) Salomon Iarrius & Eugubinus censent, fuisse nomen ineffabile rationali inscriptum: Philo Iudæus, & Hugo Victorin. volunt ipsa hæc

i D. Aug.
in Exo. q.
117. Da-
uid Kim-
chi in lib.
radicum,
Cuiet. in
Exod. Pa-
gum. &
al.
k d. q. 117.
l in d. c. 28.
q. 12.



hæc verba (*Vrim & Thummim*) rationali in-
sculpta fuisse. alij laminas quasdam lucen-
tes, & quisque quod somnauit, vel in buc-
cam venit, vt licet videre apud Tostatam.
Verum mihi placet, quod multis alijs, nihil
ab ipsis lapidibus XII. diuersæ rei fuisse.
Primò, quia censeo hæc ipsorum lapidum
fuisse nomina, sicut ijdem lapides etiam
alibi (*m*) vocantur *Soham* & *Milluim* lapi-
des candorum seu pelluciditatum & pleni-
tudinum, vel vocantur dumtaxat, *Milluim*,
vt videtur noster interpres intellexisse, qui
vertit, *lapides Onychinos* (hoc dicens de duo-
bus illis supra humerum) & *gemmas ad or-
nandum Ephod.* (sic vertens *Milluim*, de his
XII. lapidibus) obscurius LXX. qui *So-
ham*, vertunt *σφραγίς*. nam sardius vnus ex
XII. Secundò, quia, si quid aliud fuissent,
certè Moses, qui cuncta, quæ in *λογία* in-
erant, tam accurate perscripsit & appendit,
aliquid de eius, quod erant, forma, quantita-
te, qualitate materia, loco, nobis prodidisset:
Respondet Iarthusius, idcirco hæc prætermis-
sa, quia vel Deus ipse, vel Moses, in monte
Sinai, *Vrim* ac *Tummim* fuerat fabricatus.
Apage sis fabulator. hoc tu de capite tuo, si
verum foret, hoc ipsum nobis S. S. tradidisset:
sicut tradidit, priores Decalogit abulas à
Deo, posteriores à Moysè perscriptas,

m Exod.
24. v. 7.

n Exod.
28. v. 17.

Obijciunt, postquam Deus (*n*) Mosi
iussit

iussit ponere in rationali XII. illos lapides,
mox vt de re planè alia, alio loco, (o) dicitur, o v. 30.
*pones autem in rationali iudicij doctrinam &
veritatem, &c.* Respondeo hoc dici, vt bre-
uem quandam anacephalæosin & expli-
cationem cunctorum, quæ de his omnibus
lapidibus præmiserat. quæsi dicat, iussi, vt ta-
les & tales gemmas rationali insereres. cape
nunc iussionis illius causam. idcirco iussi, vt
hæc gemmæ tibi sint *Vrim* & *Thummim*,
hoc est, manifestatio & veritas rerum futu-
rarum. Hoc enim breuiter ait; id quod in
rationali ponēs, hoc tibi futurum doctrina
& veritas. Nec vllam hic video obscurita-
tem in hac repetitione, nec nouitatem in
nomine, tam Hebræis non nouo, sed & ce-
lebrato. Dicitur autem rectissimè Moses po-
nere in rationali *Vrim* & *Thummim*, quia la-
pides illos per Beſeleleem curauit ex Dei
præsripto inferi rationali. Nisi fortè cen-
sent, ipsum per se Mosè intexuisse illa ver-
ba, & non per textorum magisterium ac ma-
nus. Quod si ponere, tum per illos dicendus
Moses, certè & nunc nostra in sententia.
Deinde sciant aduersarij, eandem vim esse
phrasis huius *lapidos milluim*, & *milluim* sim-
pliciter, item *lapidos vrim ac thummim*, &
vrim ac thummim simpliciter. vtrobique
enim ijdem lapides significantur, sed illic
additur vox *lapidum*, quia de gemmis dum-
taxat,



taxat, qua gemmæ erant, agebatur: hic verò
omittitur vox *lapidum*, quia de ijs agitur,
non qua lapides, sed qua gemmæ oraculi
exhibitrices. Quid autem ineptiæ est, si me-
tonymicè oraculi nomen tribuatur gem-
mis, oraculum fundentibus? Noua ne me-
tonymica sacrae Scripturae sunt locutio-
nes? Quid tenebricosi, *pones*, &c. pro; *pones*
in rationali lapides, quibus, à munere, no-
men est, *Vrim & Thummim*? Nec opus fuit
exprimere modum alium, quàm seriem
ipsam gemmarum satis expressam. Illi po-
tius exprimere deberent, vbi illud in ratio-
nali vacuum, ad hæc nomina intextenda? an
inter singulos lapides? an in ambitu omniù?
an ad dextram, an ad sinistram? et demon-
stratum, cur potius demonstraret hanc tex-
turam, quàm lapidum miraculum? immò
hoc potius, quasi dicat, admirandos illos la-
pides, *Vrim & Thummim*. Auctorum qui
nobis obijciuntur auctoritas magna foret;
si vel inter se conuenirent, vel rem discus-
sissent diligentius. D. Hier. *ad Fabiol.* quod
nobiscum pugnet, nihil habet, quod faueat
aduersarijs, tantundem: virtus solum mo-
do loquendi sacrae scripturae. D. August. q.
117. ambignè loquitur, & quid esse potuerit
indicat, professus id nesciri. D. Greg. p. 2. *psal-*
istoral. c. 1. nihil omnino dicit, præter verba
scripturae & mysticam expositionem. Raba-
nus

nus *lib. ult. in Exod.* per, *sive hoc sive illud*, rem
resoluit. Radulfus *L. 6. in Leuit.* asserit dum-
taxat fieri potuisse, vt inscriberentur hæc
verba. Rupertus *in Exod.* obiter, nec aliud,
quàm doctrina & veritas inscribitur illi. }
Solutus ergo cum Hugone Victorino, ex Pa-
tribus, Philo videatur hoc certo censuisse:
etsi de Philone etiam dicat quis, non ineptè,
texturam non vocasse vocum harum inscri-
ptionem, sed lapidum intertionem, & has
ipsas lapidum texturas, vocatas manifesta-
tionem & veritatem: & sic etiam has virtu-
tes dicere depictas in *Ἐλογίς*, propter lapi-
des fulgorem propheticum emittentes. Et
rectè ex Iosepho *lib. 3. antiq. c. 9.* Ribera no-
stet hoc, cum Lirano & alijs, collegit, quod
diximus, quia licet Iosephus nomina *Vrim*
& *Thummim* non nominet: usum tamen &
miraculum describens, satis apertè indicat,
se prophetiam per *Vrim & Thummim* i-
psimet lapidibus tribuere. Scilicet ignoras-
set Iosephus hanc scripturam horum nomi-
num: aut si sciisset, tam pertinaci silentio
inuoluisset.

Sic ergo statuo, *Vrim & Thummim* fuisse
se has ipsas gemmas XII. vt volunt Iosephus,
Liran. Tostat. Oleaster & R. beta. Videtur
enim hoc probabilius, tum propter ea quæ
iam diximus: tum, quod in *Leuit.* vbi sacer-
dos vestitur (p) nulla sit horum XII. lapi- p. 6. v. 8.



dum mentio, sine quibus nunquam Sacerdos ritè vestitus fuisset: sed eorum loco tantum fit mentio de *Vrim* & *Thummim*: ut hinc appareat, talibus nominibus ipsosmet lapides significari. Qui quoniam splendidi & micantes clarissima refulgebant luce, dicti sunt non solum splendidi & lucentes, quod parùm futurum, sed splendoribus & illuminationibus, *Vrim*: & quoniam erant ex gemmarum illis generibus, lectissimi, integerrimi, & perfectissimi, dicti sunt non perfecti, sed perfectiones, *Thummim*: eà emphasi qua solent Hebræi, ut & Latini, abstracta pro concretis usurpare, quam *Oleastrij* sententiam, æquum non fuit à viro erudito acerbius exagitari. LXX. verò & vulgatus dum interpretantur, *doctrinam* & *veritatē*, maluerunt sua nobis versione usum lapidum, quam vocis significationem exhibere; prudenter id amplectentes, quod magis ad mores legentis formandos faciebat. Nominum verò ratio hæc fuit, *Vrim* dicta, quia ut lux quædam tenebras ignorantie discutiebat fulgore suo, *Thummim* verò; quia, ut omnis prophetiæ, certa quoque splendoris erat promissio, & indubitato Deus, quod fulgore pollicebatur, id euentu perficiebat, nec fas erat dubitare. Hæc de re.

De Vsu prophetiæ duo nobis sunt consideranda, modus interrogandi, & modus respon-

pondendi. Interrogationem Hugo (q) *Viqin Cath.* *Lipomani.* *r Iosephi* *Lira. Tosta.* *Oleastr.* *s1. Reg. 23.* *v. 9.* *1. d. c. 23. v. 2.* *& 4. & ca.* *21. v. 23. &* *15. & c. 28.* *v. 6.* *v. 2. Esd. 7.* *v. 65.* *etor.* censet per quasdam sortitiones solitam proponi. Quod vnde acceperit, aut quid illi suffragetur, nescio. Iarrius & Abenezra tradunt solito; codicillis inscribere quæsitæ, & hos rationali imponere. cuius rei cum in Sacra Scriptura nullum vestigium inveniatur, nihil vereor istud pro commento reituerere, communemque sententiam aliorum amplecti (r). Receptius enim & verius putato, Sacerdotes, post debitas preces, viâ voto, Sacerdotes, post debitas preces, viâ vote proposuisse interrogata, indutos, cum alia vestimenta sacerdotalia, tum Ephod & Rationale, seu monile gemmarum Ephodi appensum, de quo nunc agimus: quod vocabant *applicare Ephod*, seu *consultere Dominum applicato Ephod* (s) vel simpliciter, *consultere Dominum*, quando de Sacerdote sermo, vel pro se, vel pro Rege. sic enim Rex per Sacerdotem consultebat Dominum (t): quem morem nobis S. S. explicat (v) per Esdras, si ad Hebræum fontem recurras. vbi enim nos habemus *donec staret Sacerdos doctus & eruditus*; LXX. *vertere; staret illuminationibus*, & *perfectionibus* (nam qui cum Gentilibus malunt; *imitationibus*; Latine quidem loquuntur, sed vim vocis Hebrææ, quam LXX. sunt optimè interpretati, parùm expresserunt) illic in quâ Hebr. est: *stet Sacerdos Leburim ve thummim*, & sensus est: donec Sacerdos Do-



minum consulat indutus Vrim & Thummim. Et (q̄ eruditè Ribera notauit) vt collationē summæ dignitatis Pontificiæ designēt sacræ literę, dicunt, Vrim & Thummim alicui collata. Sic enim Moses tribui Leuiticæ be-

x Deut. 33. v. 1. nedixit (x): *Perfectio tua, & Doctrina tua viro sancto tuo.* vbi Hebr. est, Vrim & Thummim tui viro sancto tuo: & eodē sensu Lxx vertere: *Dare Leui manifestationes eius, & veritatē eius.*

Quæ ad literā de eodem sacerdotali ornatu sunt accipiēda, sed p̄ hūc ornatū allegoricè significat p̄fectio & doctrina, quā sacerdotē præditū esse oporteret. Tostar. ibi valdè se torquet, & vertit in varias interpretationū formas: sed hæc, quam dixi, simplicissima est.

Respondendi modū arbitror duplicē fuisse. Cum. n. has gemmas Deus inferi iusserit pectorali: vt per tam lucentes perfectosque lapides, ipse lucis perfectionisq; omnis auctor interrogaretur: & respōdens, tā Sacerdotes, quā Principē & populū spirituali sua luce illustraret ac p̄ficeret, euoluēs inuoluta, explanans ambigua, & docēs quæ faciēda omittēda uē forent, & modos præscribēs quibus res inchoanda perficiēdaque; satis apparet, respōsiones interrogationibus ac cōmodari debuisse: interrogationum verd̄ quædā per affirmationē negationem uē nudam possunt expediti, quædā longiorē requirunt explicationem. Arbitror itaque ad

pri-

p̄rius illud genus interrogationū, nudo lapidū splendore seu fulgore respōsum: & ex eo Sacerdotē colligere solitum, suaderet an dissuaderet cōsulentir: quo sensu accipio Iosephi dicta (y), quæ Tostatus & Ribera merito sequūtur: nec est, quòd quis arbitretur D. Aug. hoc fabulosum iudicasse: nam quid perstringat, paulò antè docui. Ad posterius genus interrogationū nō respōdebatur illo tantū splendore (nec enim commodè hoc potuit) sed longè aliter. audiebatur enim à Sacerdote interna quædā, vel externa quandoq; locutio seu oraculum, quod ipse postea interroganti manifestaret. Quanquā nec hic absurdum sit opinari, ad splendore tunc lapidum accessisse sacerdoti lumen prophetiæ menti eius è Deo infusum. De hac quidem responsione prolixiore, patet ex Regū gestis (z), vbi præter responsionem ad interrogata, insuper Deus docuit modum prælii conferendi. & propter talem modū responsionis, puto genus hoc oraculi vocari consueuisse, *responsionem per Sacerdotes* (a).

Vidi qui contra Iosephi, quem sequor, sententiam, non vno ariete moliretur. 1. si bī displicere scribit, & suspectum esse singulare Iosephi testimoniū. 2. quoniam in eodem loco Iosephus duab; adhuc alis in rebus labitur. hic quoque lapsus, tum quia dicit hoc à Græcis *ἀόριον* vocatum, cum ta-

y lib. 3. c. 11. & 114. c. 9.

z 2. Reg. 3. v. 17.

a 1. Reg. 28. v. 6. vbi Hebr. est Vrim.



men LXX. sic vocarint, qui Hebraei fuerunt, tum quia dicit ducentis ante suos commē-
tarios annis, hos splendores ob legis viola-
tionem exstinctos: cum tamen Thalmudici,
& Iarrius, & Kimchi, & Elias Germanus
testentur, diu antè huic oraculo finem im-
positum, scilicet iam inde à captiuitate Ba-
bylonica: quod à laddo responsum ferunt
Alexandro Magno petenti, vt pro se Deum
de belli Perfici euentu consuleret. Denique
quia sequeretur ex hac Iosephi narratione,
hoc oraculum tantum insueuisse de bello
respondere, quod non est verum. item se-
queretur solummodo consueuisse de illis
quæstionibus, ad quas, per; *ita*, vel; *non*, re-
sponderi possit. constat autem sæpè pluri-
bus respondisse, & quidem interdum ino-
pinata & præter interrogationē. (b) His vir
acutus, & egregiè doctus conatur Iosephi
fulgorem infuscare: sed leui manu fuligo
potest amoueri.

Ad primum respondeo, licet id solus Iosephus
dixisset; maximam eius, in rebus ad
Sacerdotium spectantibus, cū ipse Sacerdos
fuerit, auctoritatem esse debere: præterea
nullus alius superest illius qui Hebræus scri-
ptor, q̄ talia discutere potuerit, præter Phi-
lonem & Iosephum. Philo pauca huius-
modi attingit, allegoriis solis intentus; neq;
negauit. Iosephum ergo solum id affirmasse,
quid mirandum?
Ad 2.

Ad 2. nego in his Iosephum labi. Licet enim
LXX. fuerint Hebraei Sauehritæ, Græcè
tamen, non Hebraicè scripserunt, & cum
Græcè scriberent *αβγ*, dixerūt: & eos post-
ea cuncti profelyti Græci in hac nomenla-
tura secuti fuerunt, non aliam ob causam
nisi ob eam, quam Iosephus ibi retulit; ex
cuius contextu Græco manifestum est, eum
loqui de Græcis duntaxat illis, qui Iudaicos
ritus venerabantur. Notum verò, Iudæos &
Græcos sic distingui, vt Græcorum nomen
retineant, quotquot ex gentilibus ad Iuda-
ismum tranſierant (c). De oraculi quoque
cessatione, meritò Iosephi auctoritatē cun-
ctis Thalmudicis, & sexcentis Rabbiniſ re-
cētioribus, qui totius antiquitatis sunt im-
peritissimi, præfero. De laddi quidem illo
responſo, quoad oraculorum cessationem,
nec Latini (d), nec Græci Historici (e), qui d
Q. Curti-
res Alexandri scrupulosè firmè sunt profe-
cuti, vel vno verbulo meminerunt. Iose-
phus verò (f), Zonaras, & Glycas, quando
accuratè narrant quæ laddus cum Alexan-
dro egerit, ea recensent, vnde satis colliga-
tur, de oraculo per Vrim & Thummim ni-
hil Alexandrum cogitasse: cuius illum quo-
que fuisse ignarum prorsus verisimile cen-
seo: De victoria verò contra Darium, à Deo
docent per visum certiore factum. Arbit-
ror ergo Iosephum egisse de fulgore hu-
iusmo-

*Act. 14. in
princi. Et
passim in
nouo testa.
De laddi quidem illo
responſo, quoad oraculorum
cessationem,
nec Latini (d), nec Græci
Historici (e), qui d
Q. Curti-
res Alexandri scrupulosè
firmè sunt profecuti,
vel vno verbulo memi-
nerunt. Iosephus verò
(f), Zonaras, & Glycas,
quando accuratè narrant
quæ laddus cum Alexan-
dro egerit, ea recensent,
vnde satis colligatur,
de oraculo per Vrim &
Thummim nihil Alexan-
dram cogitasse: cuius
illum quoque fuisse
ignarum prorsus verisimile
cenſeo: De victoria verò
contra Darium, à Deo
docent per visum certiore
factum. Arbitror ergo
Iosephum egisse de
fulgore huiusmo-*



iustmodi penitus semperque cessante. Nam per intervalla, quin aliquando etiam prius cessauerit; vt Saulis, & postea quorundam Regum, post Dauidem, tempore; non est dubitandum. Glycas quidem (g) indicat, quando Israelitæ Deum offenderant, non consueuisse illis Deum per Ephod respondere. Sic igitur suspicor, solitos Iudæos primo per Sacerdotes, applicato Ephod, Deum consulere: si hac viâ non succederet, recurrere ad Prophetas, etiam qui Sacerdotes non essent (h). sic enim legas ipsos quoque Sacerdotes ad Holdam prophetissam oraculi causâ adisse (i).

h patet ex

1. Reg. 28. v.

6.

i 4. Reg. 22.

v. 14.

Ad 3. dico, nihil eorum sequi, quæ inferuntur. nam belli meminit Iosephus, vt rei de qua frequentius agebatur: Fulgoris verò tantum prætermissa subsequente Sacerdotali manifestatione, meminit, quia manifestatio illa res solita, fulgor verò, res cæteris gentibus planè insolita & inaudita erat, & idè illam memoriæ statuerat commendare. Duplex ergo fuit vnius oraculi Vrim & Thūmim manifestatio siue responsio, prior illa & exterior, tantum per fulgorem lapidis; & posterior quandoque etiam extrinseca, per Sacerdotem prophetiæ spiritu imbutum, qui quod perceperat admoto pectorali, id postea quærentibus manifestabat. Fortassis propter tot manifestationes concur-

concurrentes, Septuaginta interpretantur iudicium τῶν ἀηλῶν, hoc est iudicium bis quidem manifestatorum Sacerdoti, & tertio manifestandorum consulentibus. Eandem ob causam, Vrim, vocarunt illuminationem; & Thūmim, veritatem siue perfectionem (eodem enim hæc recidunt) quoniam Deus neminem fallere vel potest vel vult; Sed quicquid Sacerdoti dicebat, hoc verissimū, & numeris omnib. erat absolutissimum. Sacerdotis quoque officium erat eadem populo verè ac plenè denunciare, nulla omissionis, dissimulationis, mutationis aut falsitatis alterius adhibita mixtione (k).

Hæc de re valdè obscurâ, si non luculenter, haud certè profus indiligenter dicta, sufficiant.

SECTIO II.

De oraculis prophetarum.

SVFFECERINT ista de Oraculo per Sacerdotes. Post Dauidis Regnum, rarè per Sacerdotes Domino respondente, frequentius esse cœpit oraculum per prophetas; quod diuidi potest in visionem, & somnium: sicut & oraculum per Sacerdotes diuidi potuit etiam in visionem fulgoris, & manifestationem verbi. ideo quædam ex dicendis, de visione, & verbo, analogiâ quadam possent etiam accom-

k Sic Philo

lib. 3. de vi-

ta Moysi O-

rig. lib. 6. in

Leui. Hier.

in c. 3. Ose.

& epist.

127. ad E-

biolam.



modari prophetiarum *Vrim & Thummim*; ut non obesse naris lectores facile animaduertent.

Visionem & Verbum Græci Patres & LXX. non raro confundunt, ut & ipsa scriptura eam visionem dicit auditam, verbum verò visum vel ostensum (1), ut cum Isaias dicit (m) *Andicolum*, quia Dominus locutus est; & tamen initio vocat *visionem*: & cum Zacharias & Ezechiel dixissent, se verbum Domini explicaturos, subdunt *visionem* (n). differunt tamen. Nam

Isai. 2. &
13. & Amos
1.
m Isai. 6. 1.
n vterq. c.
1. vide etiã
Abdia 1.

Visio Græcis *ὄρασις* vel *ὄραμα*. Hebræis *רוֹא*, est prophetia, qua mens spiritali oculo cernit obiectum propheticum ipsi coelesti lumine representatum. differt à *verbo*, quia verbum sæpe contingit sine visione, & visio sine verbo: differt à *somnio*, quia visio sæpe offertur vigilantibus. crebrò quoque usurpatur more Hebræorum pro concreto, seu pro re visa, sic Moses rubrum (o) vocat visionem; sic prophetarum dicuntur videre visiones (p).

v. 3.
o Exod. 3.
p Ezech. 1.
Joel. 5. cum
similib.

Verbum; siue (ut maualt Cyprianus) sermo, Græcis *λόγος*; Hebræis *Dabar*, est prophetia, qua Spiritus Sanctus, mentali quadam locutione, prophetam occulta docet, ut cum Isaias (q) dixit; *Sume tibi librum*, & iterum (r); *vade dic Ezechia*, &c. Locutio ista fieri potest, vel voce formata in aere, & audita, ut Abrahamo ne filiū necaret (s); vel verbis in opere pro-

בב
q c. 8 v. 1.
r ca. 38. v. 5.
s Genes. 22.
ver. 11.

re prophetarum positus, ut Balaamo (t), & hæc A. t. Num. 22. ramæis proprie dicitur; *Malchi*, Hebræis *Malchuth* & 23. (hoc est cõsiliū) quasi dicas regē prophetiarum, siue prophetie speciem præcipuam. nihil enim consilio est vtilius. Visioni & verbo hoc commune fuit, quod vel de lætis & faustis, erant, & in nouo testamento tunc vocatur *Euangelium*, in veteri nomina visionis, aut verbi retinent: vel erant de infaustis ac tristibus rebus, minarum & luctus annunciarum, regibus ac populis exitia portendentes; tunc Hebræi vocabant huiusmodi prophetiam, *Massa*, à verbo *Nasa*, leuare, tollere, portare, assumere. Per hanc radicis varietatem factum, ut controuertatur, quid proprie in sacra scriptura significet *Massa*? Olim Aquila vertit *ἀγία*, non accipiēs pro curru (ut apud profanos) sed pro pondere seu onere, ut noster optimè transtulit. Calamitas enim cui impendet; eum Ethna grauius premit, & in quem talis prophetica lententia ferebatur, hic metu atque tristitia oppressus, quasi caput nequibat erigere. sic explico & amplector Diui Hieronymi sententiam in *Nahum*. Quid ni amplectar? semper (si attendas) vocabulum pro aduersa, nunquam pro secunda denunciatione inuenias usurpatum: & perspicue Hebræum nomen, *Onus* seu *põ-* v. Exod. 23. *us* significat (v) ut in Psal. 27. Græca versio v. 5. 4. Reg. 9. v. 25. psal. 27. v. 5. *66* prior habet, hoc est pondus. Sic nonnulli putant 27. v. 5.



x Apoc. 2. in fin. v. 24.

y Jerem. 23. v. 33.

z D. Hiero. in lere. c. 23. & Favorin. in Lexi.

putant à Ioanne (x) vocari *θεός*, hoc est, vt noster vertit, pondus: sed, nisi fallor, ipsi falluntur: non enim illic sermo est de propheta, sed de onere interdictorij alicuius præcepti, vt rectè Primasius & Haymon sensère. Nec longè abit Spiritus Sanctus, cum *onus* vsurpat, pro ipso populo, cui tale quid imminere denunciatum fuit (y): quia talem populum Deus diu laborauit sustinens, tandemque humeris suis, quasi onus molestissimum, excutit, dum eum abiicit; cum suo quasi favore & peculiari defensione destituit. Lxx. Theodotiò & Symmac. solent vertere *δῶμα*; quæ vox à *καμβύνο* deducta, donum & munus significat (z); quid comminere. c. 23. fanè in pposito: imò hîc idem est on^o & munus. Nam prophetica comminatio infortunij & supplicij instantis, præclarum & pretiosum est Dei donum. quia quos Deus diliget, castigat: & quos castigat, priùs, vt respiciant, minas proponit illis, & vt solent fugare malentes, quàm lædere; lapidem manu leuat, & ostentat, priusquam iaciat. Homini sic liberum relinquit, fugere à ventura ira. Sane *δῶμα* primario significat leuationē siue assumptionem, secundario donum: eo quod dum datur, à donante leuatur & traditur. à donatario verò assumitur. Vnde Theoni & aliis Mathematicis, Dialecticis quoque; *δῶμα*

nomina-

nomina-
tioni vel argumento inserta. & non probata, assumitur ab alio, & vt, qui inseruit illam probet, postulatur. Sic cum interpretes illi in S. S. *δῶμα* vsurparunt; pro re ipsa acceperunt, quæ assumitur siue eleuatur, idque consentaneè idiotismo Hebræorum; quibus propheta dicitur quasi assumere & leuare ipsum onus, & libratum intentare ceruicibus impiorum: quibus impijs breui imminentem diuinam iram comminatur: huc enim pertinent illæ passiuitùs occurrentes phrasēs, *assumere luctum, assumere planctum, assumere parabolam*. Cauendum itaque ne cum Græcis recentioribus (a) *δῶμα*, ad quamuis prophetiam extendamus. Si cui hæc nimis fuscè dicta videbuntur: is si, quam se viri egregij in his torserint (b) considerare dignabitur, non diffido illum qui bonique hanc nostram diligentiam consulturum.

Hæc duæ species, *Visio & Verbum*, aliquando iunctæ sunt cum *raptu* seu *ecstasi*, aliquando separatæ, simul fuere in raptu B. Pauli, ad tertium vsque cælum, vbi vidit & audiuit, quæ non licet homini loqui: fortassis etiam Ezechielis visio quædam talis fuit (c), quæ vocatur *iad*, hoc est propheta non leniter, sed violenter influens. Quâdo igitur *ecstasis* accedit, tunc tenenda Patrû (d) doctrina prophe-

Theoph. in Habac. & Nahum.
b Io. Petrus Olueri^o li. de prophet. c. de Lēmate. Arias Mōta. Præ-lud. in prophet. mino. Fran. Ribes. in Nahum. c. Ezech. 1. v. 3. & c. 8. v. 1. & 3.
d Iusti. ad mō. ad Gēt. cit. fin. & q. 2. ad Orthodox. Hiero. pres. in Esa. Chrysof. in psal. 44. & hom. 29. in epi. ad Cor. Augu. lib. 1. cont. Acad. cap. 7.



prophetas non fuisse sic mente captos vel attonitos, vt non probe scirent, quid prädicerent. hoc enim proprium fuit fanaticorum, quales erant heretici Montanistę & vates Gentilium. Immeritò valde a b Oliuario reprehenditur auctor, *de spiritu & anima* (existat inter opera Augustini) quod scripserit, B. Ioannem in ecstasi apocalypsin scripisse. Nam ecstasis duplex est, vna diuina, alia diabolica: vt insinuat Tertullianus his verbis (e); Ecstasis hoc operatur de suo proprio, vt sic nobis sapientię imagines inserat, vt & errorum.] sapientię scilicet ac veritatis diuina, errorum & falsitatis diabolica. Non igitur auctor ille ecstasim fumsit pro mentis attonitę ab alienatione, & animi quadam impotentia; qualis erat in pseudoprophetis illis, sed more patrum & recto, pro raptu, siue pro abstractione tantum à terrenis & sensuum corporeorũ functione: nec voluit sic constitutũ Euangelistam scripisse, sed quæ dũ in tali ecstasi constitutus viderat, ea postmodum in scriptũ redegisse. vt mittam D. Pauli raptum: talis haud dubiè D. Ioannis fuit, quod testatur cum dicit *se in spiritu fuisse* (*ἐν πνεύματι*) scilicet correptum & absorptum in ecstasi, vt rectissime Haymon fuit interpretatus: breuiter idem vno verbo insinuare voluit Andreas Casariensis, *καὶ ἔλαβεν τὸ πνεῦμα* quod vocabulum sic affla-

e li. de anima.

sic afflatum spiritu sancto significat, vt totus ab eo correptus mente seu spiritu, & occupatus solida possessione fuerit: nam affectio animi ecstasticorum κατόχη vocata, quia sensibus corporeis ad tempus quasi priuatur: vnde & morbus quidam ita nominatus, qui corporis sensu motuque priuat (f), qui & κατὰ λήθη, nostri medici congelationem appellant. idem significari puto, quando propheta dicunt, *factam super se manũ* (g) Domini. item, *elevauit me spiritus*, aut, *eduxit me manus Domini in spiritu* (h), item *cecidit super eum mentis excessus*, vbi Græcè est ἐκπαοίς (i) Perperam Theodoret. & Theophylact. (k) cum Lemma confundunt cum huiusmodi raptu, hoc est, *lad*, cum *Massa*.

Tertia species erat *somnium*, dormientibus tantum, medio simulacro siue phantasmate, contingens; Hebræi vocant *chalom* (l) Græci ἐνύπνιον. Si quis quæ euentura sunt somnians, ipse quid somniet non intelligit; tunc eius respectu non erit propheta, sed ad spectu tantum illius erit propheta, cui Deus significationem somnij reuelabit. quare Ioseph propheta, & non Pharao, vel eius serui (m); Daniel propheta, & non Nabuchodonosor (n): somnians autem ipse demum annumerabitur prophetis, quando cum somnio simul intelligentiam somnij percepit, vt Daniel in altero superbi Regis somnio

f Galeno li. 13. Therapeut & lib. 4. de lo. es. sect. Aetio, & Agyne- 14. g 4. Reg. 3. ver. 1. h Ezec. 11. v. 1. & cap. 40. v. 1. i Act. 10. v. 10. k in Nabũ. l lsa. 29. v. 7. m Gen. 40. & 41. n Daniel. 1. & 4.



Danic. 2. somnio (o). De his somniis propheticis tria sunt consideranda, modus, causa & gradus seu dignitas.

Modus multiplex est, vt accurate noster Pererius explicauit (p). quedam inmittuntur cū pauore & horrore somniantis (q) quedā pacifici (r) 2. quedā non iutellecta, quedā simul intellecta, vt dixi. 3. quedā clara & sine inuolucris (s) vt Ioseph, trium Magorū, & B. Pauli, quedā obscura, implexa, inuoluta, vt Pharaonis & seruorum eius, & Nabuchodonosori (t). 4. in quibusdam Deus alloqui videtur, vt Salomonem (v), interdum angelus bonus; vt B. Ioseph; interdum aliquis homo, vt Paulum vir Macedo. (x) 5. aliquando somnia correspondent antecedentibus cogitationibus, & sic initium sumunt ex causa animali, vt primum somniū B. Ioseph, & primum Regis illius Babylonij; quandoq; vero nulla præcedit cogitatio, vt in somnio secundo B. Ioseph. accidit (y) hanc differentiā notauit B. Greg. (z) 6. nonnunquam nihil petenti Deus somnium inopinato immittit, vt fit plerunque & accidit in prædictis SS. exemplis: nonnunquam verò petentibus reuelationem eamque sperantibus, vt Danieli (a). consuetos enim Hebræos huiusmodi desideria sua Deo proponere, & ab eo petere, vt per somnia futurum illis euentum pandere dignaretur, manifestus est

est ex S.S. quā vt quis debeat dubitare (b). Soliti id ipsū Gētiles facere in templo Serapidis seu Plutonis, vt discerēt qua ratione à morbis liberarentur (c), vel ad resolutionē dubiorū habendā, vt fecit Edefius (d) & apud poētā Rex Latinus (e) & in tēplo Æsculapij Apollo. (f) & Spartani magistratus in tēplo Pasiphæas (g) tale fuit tēplum Amphiarai (h) & Calliæ apud montē Garganū (i) & huiusmodi tēpla vocabantur *Psychomantea* Conat ad hoc crimen Apostata Iulianus, per columniā, detorquere Vigiliis Christianorū ad sepulcrā Martyrū; sed retudit illum valide B. Cyril (k). Iudæos nonnunquam eo superstitionis delapsos, vt ad captanda somnia in Gentilium templis incubarent, docet Esai. propheta (l) qui immolat in hortis, & sacrificat super lateres, qui habitāt in sepulcris, & in delubris idolorū dormiunt.] vbi LXX. vt solent, paraphrastice addiderunt, propter insomnia, δὲ ἐνύπνια, causam incubationis explicantes. D. Hieron. In delubris, inquit idolorum dormiens, vbi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, vt somniis futura cognoscerent. Quod in fano Æsculapij vsque hodie error celebrat Ethnicorum multorumque aliorum.] idem Cyrillus ibi in Comment. confirmat.

Causæ somniorum efficientes alio loco explicabuntur; nunc de diuinorū somnio-

ba Reg. 28.
v. 6. & 15.
c Aristoph.
in Pluro.
d Ennapius
in Edefio.
e Æneid. 7.
f Philost. in
eius vit. a.
g Cice. in 1.
Tuscu. & 1.
de diuinat.
h Pausan.
in Boeot.
i Strab. l. 6.
k lib. 10. in
" Iulian-
" super lateres, qui habitāt in sepulcris, & in delubris
" idolorū dormiunt.] vbi LXX. vt solent, para-
" phrastice addiderunt, propter insomnia, δὲ ἐνύπνια,
" causam incubationis explicantes. D.
" Hieron. In delubris, inquit idolorum dormiens,
" vbi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant,
" vt somniis futura cognoscerent. Quod in fano Æsculapij vsque hodie error celebrat Ethnicorum multorumque aliorum.] idem Cyrillus ibi in Comment. confirmat.



rum finali causa (vt vocant) agimus dumtaxat: quæ ex S. S. multiplex desumitur. 1. vt quis à malo absterreatur, sicut factum Abimelech (m) Regi Geraræ, & Labano (n) hâc in Genes. 22. insinuat B. Iob (o); in horrore (in quiete), visionis nocturnæ. quando solet sopor occupare homines, 2. vt Gen. 31. pavor tenuit me, &c. & alibi. (p), terrebus me per somnia. & per visiones horrore concuties. 2. vt adhortetur ad aliquod bonum, vt Gedeonem (q), & Iudam eiusque exercitum (r). 3. vt moneat vel doceat quid agendum fugiendumue, vt B. Ioseph (s), & tres Magos, hanc causam Iobus significat his verbis (t) per somnum aperit aures virorum; & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his que facit, &c. 4. vt Spiritum prophetiæ, vel quod aliud spirituale donum simul largiatur: quo pertinent iuxta nonnullos ista Mosis (v) si quis fuerit inter vos propheta Domini in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. Significare volunt; quod spiritum prophetiæ, vel visione, vel somnio collaturus sit: potius crediderim agere, de iis quibus iâ dato prophetiæ spiritu, significat se postea cum eorû nullo tam familiariter, quam cum Mose acturum; cum hoc ore ad os, cum illis dumtaxat per visionem & somnia. Melius huc facit istud (x) loëlis; senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt: præcesserat enim, effundam spiritum meum super omnem carnem

m Genes. 22.

20.

n Gen. 31.

o cap. 4. v.

23.

p cap. 7. v.

14.

q Iud. 7. v.

13.

r 2 Mac. 2.

15.

s Matth. 1.

2.

t Ex. 33. v.

25.

v N. tum. 12.

v. 6.

x Ex. 2. v. 28.

carnem & prophetabunt filij vestri. sic donum sapientiæ & prudentiæ in somnis datum Salomoni (y), ex probabiliore sententia Tostati (z); sic promissio obuenturæ dignitatis Ioseph & Mardocheo (a) 5. ad reuelationem diuini alicuius mysterij (b) vel magnarum reipub. aut imperij vicissitudinum (c) vt Israël (d), Ægypti, & (e) Nabuchodonosor. Ad hæc capita reduci possunt multa somnia diuina, quorum in Historiis Sanctorum fit mentio; vt illa Africana apud Victorium Vticenf. de persecut. v andal. 2. Oblata Eusebio Episcopo Carthaginensi. & que post obitum Sidonij visio oblata pincernæ apud Greg. Turonens. lib. 2. hist. Franc. cap. 23. & inter alia vnum mimi in vita Simeonis Sali. apud Metaphr. aliud sacrilego Traiectenti oblatum sæpius, apud Sarium tom. 4. in vita S. Frederici. aliud oblatum monacho Cluniacensi Beatæ Virginis, tempore S. Odonis, apud Ioannem Monachum, lib. 3. vita D. Odonis ca. 9. cuius occasione B. Virgo cœpit vocari Misericordiæ Mater. aliud Bertæ matri S. Suiberti, apud B. Marcellinum, cap. 1. vita Suiberti. aliud S. Abramio confessori, apud Metaphrast. in eius vita. aliud Henrico Imper. apud Rupertum. in vita S. Hereberti. cap. 26. aliud S. Lutgero apud Monachos Wertinens. eius vita ca. 11. & 16. aliud S. Hugoni Gratiano-politano apud Guigonem, in eius vita; aliud Tom. 2. T Hartman-

y 3. Reg. 3.

z ad d. c. 3.

q. 12.

a Genes. 37.

Esth. 11.

b Genes. 28.

Dan. 7.

c Genes. 15.

d Genes. 41.

e Dan. 2. &

4.



Hartmanno Tuitiensi apud Conrad. *in vita S. VVolphelmi.* aliud multiplex Elphidiphoro, apud Ioan. presbyterum. *in vita S. Basilei Episc. & Mart. & alia innumera.*

De gradibus seu dignitate prophetiæ multa variaque congesse Moses Ægyptius (f) & Franc. Picus. (*) sed minutiora, quam vultora: idcirco illis omissis tantum dico quod ex his omnibus, intellectualis reuelatio, quæ fit sine cooperatione phantasiæ: præstantissima est, si secundum se & præcise sumatur; altera vero in qua phantasia ab intellectu excitata concurrat, est præstantior extensivæ, quia primam & quid aliud præterea comprehendit. Sic etiam intellectualis per se sumpta, & cõparata cum imaginaria perfectior est; sed si imaginariam addideris ad intellectum, tum extensivæ simul ambæ perfectiores erunt, quæ seorsim sola intellectualis. *ira P. Franc. Suarez ad 3. p. q. 30. art. 1. disp. q. sectio. 2.*

QUESTIO III.

Quo pacto prophetia siue diuina reuelatio discernenda sit à diuinatione siue diabolica reuelatione?

NON minus necessaria, quam ardua est huius questionis accurata pertractatio, propter quotidianas, etiam spiritualium personarum illusio-

illusiones: in ea decidenda sequar vestigia aliorum, qui certatim ad hunc lapidem verandum accurrerunt. præcipui fuere B. Vincent. Ferrer. *tract. de vita spirit. c. 11. & 12.* Ioan. Gerson. *tract. de proba. spirituum & alibi passim,* Cardinal. Turrecremata *in præf. Defensorij reuelatio.* B. Brigittæ. Henric. de Firmaria *lib. de quatuor instinct. Ægyd. Carlerius par. 1. Sport & fragmentor. in prin.* Hieron. de Ferraria. *in Cõpend. reuelat.* Ioan. Franc. Picus *lib. vlt. de prænotion.* & quidam recentiores, quorum dicta cuncta inuenies apud istos antiquiores. Possunt omnia reduci ad tria capita, de eo qui iudicat de personâ cui facta reuelatio, de ipsa reuelatione & eius circumstantiis. de singulis videamus.

SECTIO I.

De necessariis iudicaturis de reuelatione.

VEL quis iudicat de apparitione propria, vel de aliena: & plus periculi est prioris casu. Vtrobique oportet sit persona spiritualis & deuota. nam *animalis homo non percipit ea, que spiritus sunt.* Oportet itaque eum qui recte sit iudicaturus, primo donum discretionis à Deo petere, ut queat sincerum manna diuinæ reuelationis, à mellita lethali que dæmonis offa dignoscere: & hæc discretio cõceditur aliquando à Deo immediatè simul cum ipso lumine prophetico, ut dictum est:

T a aliquan-



aliquando seorsim, idque vel ad priuatam accipientis instructionem, vel ad aliorum quoque, & totius Ecclesiæ doctrinam & remedium. Hoc enim dono homo consequitur, vt in se & de se sciat probare spiritus, & etiam sciat illos de aliis, & in aliis discernere. Potest autē hic cōsiderari quasi duplex modus, vnus experimentalis, qui cum ipsa reuelatione propria infunditur illi, cui facta reuelatio; qui modus (vt ait Gerson) sit per inspirationem intimam, seu internum saporem, siue per experimentalem quandam dulcedinem, siue per illustrationem, à montibus æternis effugantem omnes tenebras dubietatis.] hic modus rarus est, & paucis concessus: & quibus concessus non est, illi non possunt, suo iudicio in propriis reuelationibus stare, quibus vero concessus à Deo fuerit, illi tamen eo vti non possunt, ad discernendas aliorum reuelationes, quia sicut *nemo nouit quæ sunt spiritus, nisi spiritus ipsemet*: sic nemo cognoscit infallibili certitudine, per experimentalem hunc sensum, ea quæ in alieno sunt animo. Alter modus, qui datur maxime in ordine ad alios, ille nititur etiã, seu cōfirmatur experimentis variis, tum sui, tum aliorum: & solet à Deo cōcedi maximè illis, quibus officij & dignitatis ratione incumbit animarū cura. sed nō debet quis facilè sibi persuadere, se donum istud

istud à Deo accepisse: ideoq; ad preces cōtinuas, etiã debet adiungere humanæ prudentiæ, & doctrinæ mediã. Tertius enim est modus discernendi spiritus quem vocant doctrinalem per diligentem, & piã sacræ scripturæ tractationem, quæ regulas præbet falsos prophetas à veris discernendi: lectio quoque sanctorum Patrum & Historiæ Ecclesiasticæ multum confert, vt illusiones & reuelationes, signis ac notis peculiaribus queât diiudicari: his si adiungatur observatio virorum spiritualium, & experientia, & in ambiguis obscurisque consulantur viri docti, & pij, & in via spiritus longe progressi, in militia verò contra dæmonum astus exercitati veteranique: sperandum est posse deceptiones sic sentiri & vitari. Plane ad hunc vltimum iudicij ferendi modum, non sufficit sola doctrina, sed accedat oportet ad illam experientia propria, vt quis sit & doctus & contemplatiuus, vt & Scripturam & reliquã Theologiam non leuiter delibaret, & in semetipso expertus sit variam (ait Gerson) affectionum spiritualium pugnam, tanquam ascenderit nunc in cælos, nunc descendit in abyssos, & viderit mirabilia Dei in profundo. Nam qui nauigant mare hoc mysticum diuersarum affectionum, quasi collidentiū se fluctuum enarrant mirabilia eius. Inexpertus autem talium, quid

T 3 nouit



” nouit eorum.] Ad hæc autem nulla magis necessaria dispositio reperitur, quam solidæ humilitatis, vt enim docet Moses apud Cassianum, solis hamilibus à Deo hæc cognitio datur. Denique non est iudicium præcipitandum, sed res Deo diligenter prius commendanda, & multiplex scrutinium mentis faciendum, iuxta mox dicenda. Docent hoc sacræ litteræ. Narrat Ioseph Jacob patri sua somnia: increpat eum pater, sed rem tacitus considerat (g). Apparet Angelus Iosue filio Nun, forma viri armati: ille disquirat interrogatione, quis esset, nec adorat incognitum (h). Audit Samuel vocantem Deum, nec respondet Domino, sed accurrit ad Heli, donec monitus fuisset ab Heli Sacerdote; quomodo se gerere deberet (i). Helias discernit inter turbinem, commotionem, ignem, & autam lenem, & perpendit prudenter, in quo illorum Dominus se manifestaret: Salutat Virginem sacratissimam Gabriel Archangelus: illa priusquam responderet, cogitat, qualis esset illa salutatio (k), non id leuiter, sed diligenter, mature & diu animo atque cogitatione voluebat, vtrum illa salutatio illi gloria esset & à Deo, an à demone, vt optime Euthymius. Hoc imitatus D. Ambrosius, cum illi corpora SS. Martyr. Prothasij & Gerasij reuelata; hoc Episcopus Cyprius. Cum D. Barnabas illi se manifestauit, hoc ceteri sanctis

g Gene. 37.
v. 12.

h Iosue 5.
v. 13.

i 1. Reg. 3.
v. 9.

k Luc. 1. v.
29.

sancti, vt vidimus lib. 2. q. 6. Si hoc illa mulier Carthaginensis fecisset (l) quæ causa fuit lvide Opta. schismatis maximi non tam turpiter delusa Mileui. l. i. fuisset, nec tot malorum Africa occasione ad Parmen. præbuisset. Sanè quamdiu res dubia est, longè tutius censetur, potius eam pia cum humilitate repudiare, quàm cupide & confidenter eam recipere, aut assentiri.

Obiiciat forte aliquis, apud Cæsarium legimus multos precibus à Deo reuelationes visionesque & postulasse, & obtinuissè: si petere licet, cur non & oblatas amplecti statim atque recipere? Respondeo, multa fieri à multis non imitanda, imo nec probanda, maxime ab hominibus incompetæ sanctitatis. Nam si quis, de quo constaret sanctum esse, id in casu aliquo peculiari & necessario peteret, (quod olim sanctè factum à B. Ephrem, docet Amphilo: hius in vita Dini Basilij. & à sancto Mauro, docet in eius vita Faustus apud Sur. in Ianuar. & à S. Hereberto docet Rupertus eius vita cap. 13. apud Sur. Mense Martio) vt non auderem damnare; sic non vererer cæteris suadere, ne idem sibi putaret imitandum. Quoniam inuenio viros doctos, & valde spirituales semper huiusmodi desideria ac petitiones improbasse: quia nasci solent ex occulta superbia, estimatione & amore sui, quo cupiunt manifestam aliis suam sanctitatem;



vel saltem ex curiositate vana, vt optime tradidit S. Vincentius superius laudatus & ideo Deus solet permittre tales decipi & impingere, vt de se ipsa testatur, mulier singularis prudentiæ & sanctimonie B. Catharina Bononiensis (m). Deinde quia in talibus non consistit sanctitas, neq; perfectio Christiana, nec ista nos Deo faciunt gratiores, aut proximo vere vtiliores. Deniq; quia huiusmodi aue: fari, non est ianuam Deo præcludere, sed per custodiam sui & humilitatem, & castum timorem spiritum sanctum alligere; qui amat quiescere super humiles ac timoratos, quæ cuncta diligenter ac serio tradita fuere à nostri ordinis viro, Franc. Aria.

n li. de ora. (n) & prius nos docuit D. Augustinus conam-
mentali. D. tum hoc dæmonem sibi persuadere, vt si-
Augu. li. 10. gnium aliquod à Deo peteret: se verò id de-
confess. & trectasse, gnarum quam multos hæc curio-
li. de vera sitas perdidisset. Ideo alibi monet his absti-
religione. neamus, & quod intra nos est, Dei regnum,
in iis quæ videntur non queramus. post Au-
gustinum idem monemur à Gersono, cuius
in similibus magna sane auctoritas est, his
verbis; Enarrantur exempla sanctorum Pa-
trum, qui curiositatem huiusmodi visionū
vel miraculorum tanquam perniciosissimam
fallacissimamque refugerunt. A qua
se Augustinus liberatum, in suis confessioni-
bus, gloriatur in Domino. Quam propterea
D. Bo-

D. Bonaventura abhorrendam nimis esse
determinat, totoque conatu repellendam,
nunc orat onibus, nunc increpationibus
seu flagellationibus propriæ mentis & cor-
poris: exemplo illius, qui vt tentatione ca-
reret superbiæ, quæ fuit, & obtinuit à Do-
mino, vt per tres menses Dæmonica vexa-
retur obsessione. Alter sanctorum Patrum,
dum sibi dæmon transfiguratus in Christū,
diceret, ego sum Christus te personaliter vi-
sitans, quia dignus es: cōfestim clausit oculo-
s vtraque manu vociferans; Nolo hic
Christum videre, satis est ipsum in gloria si
videro: statimque disparuit. Alter sub aliis
verbis similem seruauit in huiusmodi illu-
sione humilitatem: Vide, inquit, ad quem
missus sis. Ego certè talis non sum, quod di-
gnus sim hic videre Christum. Alterū, quia
nolebat intrare tēplū, dicens; Sibi satis esse,
quod oculis corporeis aspexisset Christum,
colligauerunt cathenis, soluere ieiunium,
carnibus vesci, vinumque bibere compule-
runt. Sicq; tumore compresso, sanatus est.]
Pro cautela postea subdit idem, vt non mo-
do suspensum teneatur iudicium, sed reue-
renter quoq; cum Apostolorum Principe,
dicatur; Exi à me Domine, quia peccator sum,
quia vilis sum, quia visionibus tuis indignus
sum; quas hic neque quero, neque accepto,
sed repello. Sit in alio, non in hoc sæculo



” visio tua tota merces mea Domine Deus, &
” sufficit. Quid ad me de visionibus tuis in
” hac vita? quid de Superiorum meorum mo-
” nitionibus? mitte potius alium, quem mis-
” surus es: & me meus spiritus humili tegat
” obscuroque loco.] & B. virgo Coleta ipsi
” etiam Deo, multa ei secreta reuelare volēti,
” respōdit: Domine Deus, sufficit mihi te so-
” lum cognoscere, & peccata mea, eorumque
” abs te veniam obtinere.] sic Stephanus Iuliacus
” eius vita, cap. 5. hæc sanè optimè dicantur in
” propriis visionibus: in alienis approbandis,
” credendisue, confessariis aliisque iudiciis
” hanc Gerson præscribit regulam: Caue er-
” go (inquit) quisquis eris auditor, aut consul-
” tor, vt non applaudas tali personæ, & non
” laudes eam, non mireris, quasi sanctam di-
” gnæque reuelationibus atque miraculis.
” Obiiste potius, increpa durè, sperne eam;
” cuius sic exaltatum est cor, elati sunt oculi,
” vt ambulet in magnis & mirabilibus super
” se: vt digna sibi videatur, quæ non humano
” more operetur salutem suam; per doctrinã
” scilicet scripturarum & sanctorum, cum di-
” ctamine rationis naturalis; nisi consilium
” habere præsumat, & putet, ne dū ab Angelis,
” sed à Deo; nedum semel in necessitatibus,
” sed penè iugiter, velut in quotidianis collo-
” cutionibus, talem admone, non sublime fa-
” pere, sed sapere ad sobrietatem: quoniam
” verif-

verissimè ait, qui dixit, *superbia meretur ludi.* “
Et eò dignius, quo instat Pharisæi latentem “
hærentemque oculibus superbiam, sicut nec “
Physicus f. bilem calorem, superbus attē- “
dit. Quid enim facilius quàm se vilissimum “
peccatorem dicere; sed veraciter, simplici- “
terq; ita sentire ex intimis, hoc diuini mu- “
neris est, non humani solius exercitii.] Hoc “
vltimū addidit, quia solent persona, quibus
per reuelationes dæmon illudit, fateri qui-
dem se peccatores & indignos esse: sed vela-
pente increpationes huiusmodi agrè ferre,
& sic detegitur interna superbia, & cogno-
scitur illusio: vel saltem ex duobus vnum
prætexunt, nam vel dicunt se idcirco alieno
iudicio non credere, quia de suo cerui sint
per reuelationem intimam & secretam: vel
sanè non audere se visionem reicere, quia
si fortassis visio à Deo esset, hoc foret Spiri-
tui Sancto resistere, & semen gratiæ eius in
crepundiis suis extinguere. Vtrique dicto
idem ille Cancellarius Parisiensis optimè
occurrit. Primò quidem, Deum nunquam
esse Deum diuisionis, ideo si ab ipso sit
illa certitudo, nunquam per alterius iu-
diciam contrarium eam impugnabit; sed
potius illi, quem vel vt superiorem, vel vt
consiliarium saltem, humiliter consule-
rint, idem inspiraturum, atque in men-
tem missurū. Nec. n. patitur Deus sperantes
in se,



in se, & timentes, & quod in se est facientes, in tanti momenti negotio, falli. Debet autē ei qui vidit reuelationem, hæc ipsa certitudo, quam prætexit, de superbia & pertinacia esse suspecta: & tutior pars eligenda est. Nam sibi credendo & innitēdo, potest peccare; superiori credendo, peccare non potest, sed certo certius per animi submissiōnem, & obedientiam mereri. Quo ad alterum ait: sed profectō Spiritus Sanctus, qui se dat humilibus, nequaquam ex humilia-
" se dat humilibus, nequaquam ex humilia-
" tione, quam prædiximus, se subtrahet, in-
" trabit potius, exaltabit, & in beneplacito
" suo deducet victor super excelsa animam
" hanc, in oculis suis vilem, & absque vlla ru-
" ga fictionis, humilem & simplicem. Jhaētē-
" nus ille. Sanè hæc humilitas Deo tam grata
" est, quam quod gratissimum: Dæmoni tam
" odiosa, vt eam non ferat, sed vt plurimum
" statim diffugiat. Non audes fortē respue-
" cogita decipi te posse, & interea comperen-
" da & consule prudentiores te; D. Cypria-
" nus & alii sancti reuelationes magni fece-
" runt: sed eas tantum quas à Deo esse scie-
" bant. Olim quoque visiones diuinæ fre-
" quentiores fuere, quia magis necessaria, hodie quo minus necessaria, hoc infre-
" quentiores sunt, & suspectiores habenda, vt nō immeritō debeant & à Magistratu
" Ecclesiastico discuti, & à priuatis vitari; qui præ-

prætextu vel fictarum (quod hypocrisis proprium) vel habitarū (quod illusorium esse consuevit) reuelationum, de aliis (maxime illorum à Deo nō commissis curæ) personis; in earum, vt plurimum muliercularum, familiaritatem & solitudinem sese ingerunt; vt & auorū memoriā Begardi, & Lollardi, in Belgio, & nostra Illuminati faciebant in Hispania, & hodie etiam alii quidam factitant, suo periculo, alienā fraude.

SECTIO II.

De persona eius, cui facta reuelatio.

QVOAD personam prophetæ, seu vidētis visiones, multa sunt cōsiderāda. Primo fides illius, an sit sincerè Catholica; quare non est credendum reuelationibus Dæmonicolarum, (qualis illa Childerico Regi Franciæ facta procurante & explicante Basinā, quæ viuente adhuc marito ei nupsit, & saga erat; qua ingenium posteritatis eius declaratum Frācilci Historici putant, lege Gaguinum lib. 1.) vel hæreticorum. Nā in initio Ecclesiæ Cherinthus falsas reuelationes finxit, & eas Apostolorum nomi-
" nibus insigniuit, vt Caius & Dionysius A-
" Alexandrinus tradidere (o): tales prophetiæ
" sectatorum Marci Magi (p), tales prophete
" tissarū & ipsiusmet Montani, vt Patres anti-
" qui illius temporis prodiderunt. Claudius
" Apol.

o Euseb. lib. 3. c. 22. & lib. 7. c. 20. p Irenæus lib. 1. cap. 8.



Apollinaris, Miltiades, Apollonius & Serapion, quorum verba refert Eusebius (q): tales Archonticorum Martiades & Martianus, qui librum cōfinxere, quem vocabant & Epiphani. Reuelationes prophetarum (r): Manetis quoque tales reuelationes, de quibus contra Faustū agens D. Augustinus: talis Iuliani apostata, quam narrat epist. ad Oribasium, de arbutcula: tales, quibus Donatista Generosum conati decipere (s): & quibus utebatur Vincentius Donatista: tales quibus illusi Messaliani gloriabantur (t): tales fuere nostris temporibus Munzeri, & Anabaptistarū, tales Campani, tales Iusti Velsii, & Franc. de la Cruz reuelationes. Nec dissimilis vanitatis sunt prophetie eorum, qui ea in medium proferunt, quæ decreta Generaliū conciliorum, vel Sedis Apostolicæ conuellunt, vt prophetie illæ Marioni Aduocati Parisiensis de Societate IESV, refutatae validè à Renato des Fons in libr. contre le playdoyer de Marion. c. 5. & 6. nam Marionus iste, vt genero suo complaceret Arnolde, & cum eo atque Pasquerio, ac Doletto quadrigam CALUMNIATORVM & SYCOPHANTARVM nostri temporis impudentissimorum, sufficeret, etiam prophetias falsas coram SENATV AMPLISSIMO, proferre in mediū non dubitauit. Nimirū vidit sola Luetia, dedit vna curia, quos vix tā dissitis prouinciis

lib. 5. c. 15. 16. 17. & 18.

Epiphani. heres. 40.

D. Aug. epist. 165. & li. 3. de anima orig. ca. 11.

Theodore. li. 4. heret. fabul.

uinciis tot secula Pattæionem, Medium, Ecebolium, Lamponianum. Nimirum tanti est his Herostriatis, inter Cæthenas, & Quadruptatores, & Azonenses; inter ουκισούς, ουρυμνούς, & φιλας κλήμονας, cenferi, & digito ostentari.

2. nū sint personæ arreptitiæ: nā harū reuelationibus vel prophetiis nihil credendū. delusus à quadā multos scribit Firmilianus ad B. Cyprianū (v). hoc argumēto Miltiades v. exstat in- probat prophetias Montani falsas, quæ sponte incipiebat vaticinari, sed inuitus, furorē & amentia correptus, pergebat (x). 75. Tales fuere prophetie monialium Quercetensium. x Euseb. d. sū anno 1491. de quibus ita scribi Christiani- c. 16. nus Massæus (y); Eodē (inquit) anno, circa y Chronico. festū Cathedræ (terribile dictū) ceperunt lib. 20. demones habitare & possidere monasteriū “ dominarum Quercetensium; quas annis “ quatuor, & mensibus totidem miserabiliter “ vexauerunt. Vidisses eas crebrò velut canes “ per agros discurrere, instar auium volare “ per acra, sicut feles in arbores retere, pen- “ dere de ramis, variarum animantium effin- “ gere voces, secreta prodere, de futuris euen- “ tibus prophetare. Denique quoties Domi- “ nus Henricus Cameracensis Episcopus, aut “ Dominus Egidius Nettelet, decanus eiusdē “ Ecclesiæ, viri virtutū ad exorcismū earū ac- “ cederet: En, inquit, cornut’ ille nūc in via est; “ vt no-

exstat in- ter Cypria- ni epist. n.

Euseb. d. c. 16.

Chronico. lib. 20.

vt no-



» vt nobis comminetur, venit. Post multa re-
 » media, vndecunq; collata, earum nomina
 » delata Romam, ab Alexandro VI. lecta fue-
 » runt in Cœna Domini sub diuino sacrificio
 » sed nihil profuit. Ioanna Potiere, quæ ma-
 » lorum dicitur dedisse principium, à nono
 » ætatis anno ludere cum Diabolo cepit; qui
 » accusabat eam in monasterio CCCCXXXIV.
 » vicibus indignè communicasse, sed ille quia
 » mendax est, non stamus verbis illius. Ipsa
 » Cameracum adducta, quadragenariâ ma-
 » ior, in carcere periit circa festum Martini.
 » Ceteræ post annos quatuor mense Iunio li-
 » beratæ sunt.] Eandem historiam narrat, etsi
 paulo aliter Ioan. Molinetus Valencenensis
 in *Chronico Belgio nondum edito*, è quo quæ lib.
 6. referam, ea mihi optima fide ex M.S. Co-
 dice describi curauit Clariss. I. C. & Sena-
 tor spectatæ iustitiæ Petrus Oranus Leodi-
 censis.

3. Num fidei sinceritatem, vitæ ac mo-
 rum integritas, virtutesque commendent;
 an verò vitia, & imperfectiones notabiles
 eam dehonestent. ideo non credendum su-
 perbis, ambitiosis, carnalibus, ebriosis, iram
 fouentibus, odia exercentibus, dissidia serē-
 tibus, vel alios diffamantibus, vel pecunias
 hinc corrudentibus; nec etiam hypocritis,
 qui singularia quædam affectatæ deuotio-
 nis & pœnitentiæ signa, per superiores Ec-
 clisia-

clesiasticos non approbata, ostentant. Cõ-
 firmatur hæc, vnius ex primis patribus, A-
 pollonii sententiâ, qui prophetias Monta-
 nistarum falsitatis hinc arguebat: tū quòd
 Maximilla & Quintilla maritos suos dese-
 ruerant: tum quòd erant pecuniæ cupidæ,
 scenus exercentes, tesseriis & tabulis luden-
 tes, & mercedem prophetiarum accipien-
 tes; tum quòd lasciuæ; deditæ pigmentis,
 cultui corporis, & sumptuoso luxui vesti-
 mentorum (2). Gerson etiam sic scribit; *“2 Euseb. li.*
 Habet præterea quælibet passio profundata *“ 3. cap. 17.*
 suam læsionem, suam ætatem, suum (vt O. *“*
 riginis loquitur) dæmonium, patet in phi- *“*
 locaptis, zelotypis, & iracundis, in inuidis *“*
 & auaris. Vnde Poeta, *“*

Qui amant ipsi sibi somnia fingunt.]

Nimirum hi sunt manes, quos quemque
 pati poeta cecinit: hæc quæ cuique Deus sit di-
 ra cupido. Solent animi cuiusque vitia variis
 signis deprehendi: ex familiaribus & amicis
 quibus sunt notiores; ex actionibus & opi-
 nionibus eorum, vt si à Deo sese, de quibus-
 que actionibus præsumant erudiri; si confi-
 lia & indicia spernant aliorum; si foris Cu-
 rios simulant, & intus viuant Bacchanalia; si
 mulierculas peccatis onustas circumducant;
 si se in officia concionandi, confessiones ex-
 cipiendi, & alia huiusmodi ingerant (vt fa-
 ciebat Petrus ille Sartor Antuerpiensis pseu-
 ciebat



doeremita) sine legitima vocatione ad missionem; si in aliis suis actionibus, moribus, exercitiis vani sint, precipites, imprudentes, indiffereti; maxime in oratione mentali, v. g. si adhuc imperfecti, & via purgatiuz cum sint, precipitent se per vnitivam, aut statim ac orare incipiunt, sine preparatione idonea, praesumunt se habere tantum passivum, nihilque suum ex parte conantes influxum divinum expectent. Nam si quod aliud, hoc sane est illud, in quod temeritatis saxum impingentes, plerique spirituales, per illusiones periculosas, & haereses foedissimas, Begardorum, Beginarum, Dulcinistarum, Lollardorum, Illuminatorum, &c. naufragium fecerunt. Duo sunt huiusmodi illusorum scopuli, vnus est opinionum iuxta falsarum atque erronearum credulitas, & superba contumacia: & interdum foedissima quaedam & execranda gradatim irrepentia peccata: etiam cum Angelis illis deceptoribus: alter valetudinis debilitatio, & cerebri lassio, non in mulierculis tantum, sed etiam in viris; alias nec leuibus, nec insipientibus, sed dulci hoc & venenato oculos contemplationis (ab omni voluntatis cooperatione, vel intellectus adminiculo, quare & merito, remoto) & infructuosorum ipsorum corporum sensuum titillatorii influxus, poculo ebriis. Quo in genere longum foret planè

planè recentia, eorum qui, ab indifferetis & indoctis magistris in hanc foueam precipitati fuerunt, nota nobis exempla recensere: neque id expedit, superstitionibus etiam nuntiam caecis, quam caecorum ductoribus. Caeteros vtinam vel serò faciant istorum cautos pericula. Eodem pertinent, qui contumelias, examen, iudiciaque aliorum; modum procedendi ipsorum aut dicta minus probantium, vel illis non credentium, agrè & impatienter ferunt; qui demum contenti non forent, huiusmodi carere reuelationibus, & illas potius aliis concedi; sed in his nimium sibi complacent, & doni huius caeco amore tanguntur. Solet. n. dæmon, cuique pidiq; vitiose amat, illudere. Prudenter D. Leo (a); Nouit diabolus, cui ingerat illecebras gulae, cui adhibeat incitamenta luxuriae, cui infundat virus inuidiae, cui exhibeat escam cupiditatis; nouit quem fallat gaudio, quem mœrore conturbet, quem errore seducat, & causas quaerit nocendi, vbi quæque studiosus viderit occupari. Idem confirmat in vita Moysi Gregorius Nyssenus. praeter ceteris apti sunt deludi; qui naturam sunt tenaces sententiae suae, seque solos putant sapere, reliquos despuunt vt fungos: talis ille, qui se in puteum precipitauit apud Cassianum; talis postea Fr. Ioannes de Rupescissa, ante trecentos annos, talis nostro tempore Fr. ciscus de Cruce in Peruvia, de quo postea.



4. Consideranda corporis constitutio. Nā si valetudo parum firma, si praferat redundantiam bilis atra; si habitus corporis inedia, vel infomnia plus a quo deformatus; si sit cerebro laeso, vel nimis apprehensius, aut imaginationis turbida & a quo vehementioris: quia tales, ut dici solet, etiam vigilantes putant se videre, audire, gustare, quae nec gustu, nec auditu, nec oculis percipiunt. talibus daemones facile imponit, quia falsarum rerum imaginibus obseruantibus tenaciter adherent, & assentiuntur. Hoc solet epilepticis contingere, ut vi morbiferā agitati vaticinentur. Quare annis superioribus non satis cauti fuerunt: Qui sic affecti vnius arriolationes tanti faciebant.

5. Addit Gerson, referre, qualis sit & fuerit persona, qualiter erudita, quibus assuetata, cum quibus conuersata, quibus delectata: pauper sit, an diues? in diuitibus timenda superbia & ambitione, in pauperibus verō fictione. Sed haec obseruatio est petita à valde remotis & incertis. Melior est sequens.

6. nec aetatis, nec sexus differentia negligenda est. Nam si caesa sit & caduca aetas, delirii periculus est; si puerilis, leuitatis & morbi imaginosi, quia humidior quam par est, sunt pueri cerebro, & pleni vaporibus, qui paruo negotio commouentur. Quare & per eos, ut aptiores suis conatibus, daemones olim

olim amabant oracula funderet: sed & hodie Notat facit, in crystallo mania, & in hydro- hoc Ioan. mantia. De foemineo sexu, constat, hunc esse Nider. in se suspectiorem: sed de eo separatim agetur, 1. praec. c. sequenti sectione.

7. Considerare oportet, utrum sit in spiritali exercitatione persona veterana, an verò nouitia tantum; an alias eam diabolus sic decipere conatus fuerit, aut deceperit: an quae illi alias reuelata, vera fuerint; item quae vera, quae falsa fuerint. Si tiro, valde verenda fraus, quia (ut inquit Gerson) nouitius feruor citò fallitur, si caruerit regente, praesertim in adolescentibus & foeminis, quarum est ardor nimis anidus, varius, effrenis, ideoque suspectus. Hoc indicio Francis. Picus (b). primò detexit falsitatem cuiusdam reuelationis visionisque: post & alia indicia accesserunt, ut quod vana quaedam bonis mixta, Diabolus in forma Christi Domini, cepit suadere.

SECTIO III.

De reuelationibus mulierum non sanctorum.

SEXUS ratio est habenda, ut dixi, quia si scetera sint paria, plus fidei virorum reuelationes merentur. Quia sexus iste imbecillior, naturales vel daemoneas suggestiones, plurimum habet, p. diuinis, multa quo-



que sibi somnia fingit, q̄ vera credit, iuxta illud paræmicū, *ANUS QUÆ VULT SOMNIAT* abundat passionib⁹ admodū acerbis & vehementibus, quare q̄ a passione natū, id a veritate profectū putat. sunt et̄ femina naturæ humidioris, & viscosioris; humidū verò facillè cōmouetur, & varias figuras recipit, ægrius aut̄ ac ferius a motu cessat. ideo mulieres citi⁹ imaginantur, sed viri minus pertinaciter imaginationes fouent: cumq; illæ minus ratione polleant, minus et̄ prudentiæ habeant; procliuus est demoni eas, similitudine falsâ & apparente, decipere. In earū moribus præcipue consideranda, præter lasciuia, luxū, auaritiam: (q̄ ex Apollonio notauit) vtrū vaga sint, garrula, criminatrices, laudis cupida, aut cerebrose; quæq; se in docendi, prædicandiue in Ecclesiis aut Sacramentorū administratione (absq; legitima maiorū licentiâ) contra doctrinā Apostoli ingerat. Nā que sunt humilissimi, nō se ipsas dūtaxat fallūt, sed & viros eruditos; tandē, si nimis illis creduli, in præcepta trahere consueuerūt. Testis est, sui temporis doctissimus, Tertullianus; q̄ dū visionibus mulierularū (vt illi, de animæ quantitate ac colore) cōfidit, in memor corū que doctissime & verissime cōtra has ipsas scripserat, in absurdissimos errores delapsus fuit. Sed ætas nostra præbuit in Peruvia illustrius adhuc exēplum; q̄ P. Iosephi a Costa

*c. l. d. an-
ma. c. 6.*

verbis

verbis adscribā (d): Fuit in hoc Peruenſi re- *“de nouis-*
gno vir magni pro illo tempore æstimatus, *“ finis tem-*
doctus Theologus, ac Theologiæ professor, *“poribus li.*
idemque Catholicus ac pius diu habitus, ac *“2. c. 11.*
penè tunc huius orbis miraculū. Is familia- *“*
ritate mulierulæ cuiuspiam; quæ se edocerit *“*
ab angelo, magna quædam mysteria iastabat, *“*
quæq; extra se interdum rapiebatur, *“*
aut rapti simulabat, velut altera olim Philumene *“*
aut Maximilla Mōtani; ita deuinctus *“*
est, vt illam de summis Theologiæ questionibus *“*
sæpè confuleret: in omnibus pro oraculo haberet, *“*
magnis reuelationibus plenâ & Deo valdè *“*
charam prædicaret, satis alioqui sordidam & *“*
perexiguo sensu præditam, nisi ad instruenda *“*
médacia. Igitur, siue à Diabolo corripere- *“*
tur (quod facilius est credere) cum eiusmodi *“*
ecstasim pateretur, siue callidè eam fabulam *“*
simularet (quod nonnulli viri prudentes *“*
existimarunt) ille Theologus, quod à muliere *“*
magna & mirande se audiret, ac multo grandiora *“*
futura cōciperet, libenter ei se discipulum *“*
addixit, cuius patrem spiritualem agebat. Qui *“*
mulieræ abductus est homo, vt miracula facere *“*
tentaret, & fieri sibi persuaderet: cum miraculi *“*
vestigium, ne tenue quidem, exstaret. *“*
Ob hæc, & q̄ propositiones aliquot ab illa *“*
prophetissa accepisset, à sensu Catholice *“*
Ecclesiæ alienas, à sanctissimæ inquisitionis *“*

V 4 iudi.



inducibus, toto hoc regno stupente, comprehensus est. Ibi per quinquennium ferè auditus, toleratus, examinatus, ac tandem patefactus est homo omnium superbissim⁹ ac infanissimus. Cum enim Angelum sibi diuinitus datum, à quo omnia quæ vellet disceret, ac deinde summa Dei ipsius familiaritate & immediato colloquio se potitū pertinacissimè differeret; in eas nugas delatus est, quas, nisi ab homine prors⁹ mētis emoti dici, nullo modo sibi quisquā psuadeat. Erat verò ille tam integro sensu quod ad cerebrum attinet, vt mihi integrior non sit. Itaque & seriò affirmabat, se & Regem futurū, & Pontificem summum sede Apostolica ad hæc regna translata; concessam quoque sibi sanctitatē super omnes Angelos & choros cœlestes atque Apostolos omnes; quin etiā oblatam sibi à Deo vnionem hypostaticam sed ab ipso non esse admittam. Datum quoque se redemptorem orbis quoad efficaciam, vt ipse loquebatur, quod Christus solū quoad sufficiētiam fuisset. Omnem statum Ecclesiasticum abrogandum; leges verò alias se editurum faciles & apertas, secundum quas cœlibatus clericorum tolleretur, multitudo vxorum concederetur, confessionis necessitas excluderetur. Hæc atq; alia tanta contentione affirmabat, vt nos teneret attonitos, quod homo talia sentiens non infani-

faniret. Denique diu euolutis gestis illius, & plus quam centū & decem propositionibus hereticis, aut à sana doctrina Ecclesię s̄c̄enī condemnatis, in s̄sumus, vchabet de more sacrum illud tribunal, cum homine disputare, si forte ad mentem & fidem hominem reuocare possemus. Conuenimus autem cū ipsis Iudicibus, & Episcopo Quinensi, tres alij. Eò introductus homo ea libertate & facundia perditissimam suam causam defendit; vt ego in hodiernum diem etiam stupream, eò adigi posse mentis humanæ superbiam. Professus est doctrinam suam non posse monstrari, nisi diuina scriptura & miraculis, quod esset superior omni humana ratione. Scripturæ autem testimoniis longe se apertius atque efficacius probasse, quam probauerit Paulus IESVM Christum fuisse verum Messiam. Miracula autem se perpetrasse plurima eaque tanta, vt Christi resurrectio non fuerit maius. Nam & se verissime esse mortuum, & resurrexisse, atque id evidentissime (aiebat ille) esse ostensum. Scripturas verò proferebat memoriter (cū nulum librum haberet, atque ipso etiam Breniario spoliatus esset) ex prophetis, ex Apocalypsi, ex Psalmis ex aliis locis tot & tā longas; vt vel memoria esset admirationi. Eas verò ita ad sua commenta adaptabat, ita allegorizabat: vt quiuis vel rideret vel steteret.



„ Postremo si miraculis rem agere nobis pla-
„ ceret, se libenter ea statim exhibiturum. Hęc
„ ita dicebat homo, vt vel nos insanos putare
„ videretur, vel ipse insanire. Nam & per reue-
„ lationem sibi innotuisse iactabat Serenissi-
„ mum Ioannem Austria bello nauali à Tur-
„ ca esse superatum, & regnū Hispaniæ à Phi-
„ lippo inuictissimo iam penè amissum, & cō-
„ cilium Romæ habitum, vt de Gregorio de-
„ ponendo & alio subrogando ageretur. Quæ
„ ideo nobis significaret, vt, quoniam erant
„ nobis certis nunciis nota, sciremus ei non
„ nisi diuinitus innotuisse. Et cum essent o-
„ mnia adeo falsa, vt amplius esse non possent,
„ ab illo tamen assererentur, vt notissima no-
„ bis. Denique cum nihil profecissemus per
„ duos dies differendo, & ad publicum spe-
„ ctaculum esset cum cæteris, vt in Hispania
„ fieri solet, delatus, intuebatur semper in
„ cælum, ignem in inquisitores & omnes
„ grassatarum coelitus exspectans, vt illi erat
„ pollicitus. Diabolus; atque ignis quidem nos
„ nullus ex alto corripuit, illum vero & regem
„ & pontificem, & redemptorem, & legisla-
„ torem ex imo flamma rapuit atque rededit
„ in cineres.] *Hællenus P. Iosephus.* Enfructus in-
„ cauta conuersationis cum mulierculis præ-
„ textu confessionum, & nimis facilitatis in
„ credendis; primò, quæ ad laudem propriam,
„ mox etiam quæ ad cæteros & publicum Ec-
„ clesiæ

„ clesiæ statū; deniq; ad fidei mysteria motū-
„ que doctrinam, ex superbia occulta suiq; a-
„ more nati credulitas, ex hac hæresis, & va-
„ nissima quædam diuinitatis affectatio, cum
„ incredibili mentis cæcitate. Sic igitur vilissi-
„ ma scæmella, virum eruditione & sapientia
„ clarum decepit. Sic & Magdalena de la Cruz
„ Cordubæ multis imposuit (e) & in Belgio nō
„ multi elapsi sunt anni, cum, in vna urbium
„ Hannoniæ, religiosa quædā credita energu-
„ mena, & adducta ad superiorem eiusdē or-
„ dinis, vt exorcisaretur: dum res in longum
„ abit, & illa vocibus diuersis successiue loqui
„ incipit; quarum vna tenuior se Deum Chri-
„ stumque Dominum nostrum fingebat, alia
„ demonē crassior imitabatur. hac multa pa-
„ lam impia effutiebatur: illa quædam ad pietatē
„ (vt videbantur) pertinentia, ita creditum, à
„ quibus minime decuit, in illa modo *IESVM*,
„ modo *diabolum* loqui. sic periculi plena &
„ fallaciæ res eò progressa, vt muliercula so-
„ lemni ritu, quasi per eam Christo loquente,
„ hostiam incruentam, prolatis verbis cano-
„ nis consecrare auderet, & (proh dolor) pij,
„ sed vel indocti, vel incauti, consecratas (ex-
„ secratas potius dicere deberem) ab hac Sa-
„ cerdotissa, sed nō secundū ordinē Melchise-
„ dech; azimas panis eulogias acciperēt, & tã-
„ quā verum Domini corp' allatis & prælatis
„ cereis, in altari collocarēt, & venerarentur.

*c de qua P.
Ribadenoy-
ra, l. 5. Pa-
nostriligna-
tij cap. 10.*



Duo tamen hic erant imposturæ indicia: ut quod erat energumena, tum quod auderet Sacerdotale ac virile officium usurpare. Sed Domine libera nos à similibus; homines sumus decipi possumus. Propter huiusmodi similiaque; pericula Gerson addit; Hoc precipue considerandum, qualiter cum suis confessoribus & instructoribus tales mulierculæ conuersentur. Si colloctionibus intendunt continuis sub obtentu nunc crebræ confessionis, nunc longæ narrationis visionum suarum, nunc alterius cuiuslibet confabulationis: expertis (inquit) credite nominatim Augustino & Domino Bonaventuræ, vix est altera pestis vel efficacior ad nocendum, vel insanabilior. Quæ monitio aureis digna litteris est. quot enim hinc lapsus stellarum de cælo? quot qui spiritu ceperant, carne consummantur? P. Leloyherius addit (f) regulam aliam, plus tribuendum reuelationibus virginum, quam viduarum, & viduarum, quam coniugarum. fateor hoc verum, ceteris paribus: quia virgo purior, & Deus puritatis amans, ideo & plures legimus virginum reuelationes: & virgo cogitat, quomodo placeat Deo, coniugata cor distractius adhuc quam cor viduæ. si paris non sint sanctimonie; plus credendum coniugatae sanctæ, quam viduæ lasciuienti; plus viduis, quæ verè viduæ sunt, quam virginibus

lib. 4. de
spect. c. pen.

bus anxie coniugium optantibus, vagis aut parum recollectis.

SECTIO IV.

*De prophetiis seu reuelationibus virginum
seu mulierum, quæ canonizata &
nota sanctitatis.*

VERE multæ huiusmodi, quarum existant reuelationes, ut S. Angelæ filia Regis Boemiæ virginis ordinis Carmelitarum, quæ scripsit librum reuelationum ante annos CCC. B. Birgittæ Sueticæ Virginis cuius existant lib. multi reuelationum, quas qui tribuunt B. Brigidæ Scotæ virgini (g) falluntur: nisi & ista fortè reuelationes ediderit, quod non arbitror. hæc virgo vixit anno 518. at B. illa vidua post annum 1370. excessit è viuis. Hac etiam longe antiquior, Pepini ducis Brabantie filia, S. Gertrudis anno 664. reuelationes quoque suas collegit: claruit S. Hildegardis in Germania anno 1180. cuius & alia supersunt. Hac recentior, tempore Gregorij XI. circa annum 1360. quo tempore S. Birgitta vivebat, fuit S. Catharina Senensis, & ipsa reuelationibus illustis. De harum itaque reuelationibus maxime de B. Birgittæ, quæ plurimas scripsit & habuit, nonnulli ambigunt, quo illas in precio habere oporteat.

g Simlerus,
Leloyher. &
aly.

Henricus



h. Comm. in Genes. Decad. 1. Peregrina. question. 1. 3.

Henricus de Halia (b) & Sibyllanus (i), ambo Catholici, ambo religiosi, sed (vt verū dicam) non nihil audaces, volunt D. Birgitæ & similibus reuelationes, non debere haberi pro indubitanter veris, nec acceptari, tanquam à spiritu sancto editas. Qui si hoc intelligerent de certitudine fidei Catholice, eiusq; veritate, item de editis à S. sancto dictante, vt credendum SS. editam, sane verum dicerent: sed puto neminē pauloprudentiorem tale quid vnquā opinatum. Argumenta quoq; illorum, cum longe tendant vterius, indicant eos longe aliud voluisse, scilicet, loqui de certitudine humana seu morali, & de dictamine Spiritus sancti, in diuinis reuelationibus ordinario. quod sane nimis multū de auctoritate & opinione Sanctarū Christi sponsarum, est decerpere. Sic illi argumentantur. Primo, quia quæ prædixerūt possent aliunde prædici, vt ex industria solo lumine fidei, & doctrinæ confortata. 2. quia potuerunt ex illusione dæmonum nasci, Deo hoc merito permittente, & quòd etiam sine culpa, præsumebant facere, quæ mulieribus illicita, vt concludari & docere. 3. quia potuerunt prouenire ex fantasia nimis debilitata, & ex errore quodam mentis. 4. quoniam in illarum dictis quædam occurrūt minus, secundum communem Theologorum sententiā, consentanea rationi & veritati. 5. quia prophete-

prophetica illarum doctrina superuacua, & parum Ecclesiæ videtur necessaria. Hæc momenta non me deterrent, non mouent à debita sanctis mulieribus, earumque dictis exhibenda reuerentia. Non quidem reuelationes illas, tanquam fidei Catholice assertiones, tueor: sed vt reuerētia dignas, & à cœlesti lumine collostratis mentibus prolatas, venerabiles defendo, & quamdiu ab Ecclesia, vt piè approbantur, non nisi temere reiici posse contendo. Ad primum argumentum respondeo plurima in his contineri, quæ cum tot annis prius prædicta fuerint, non nisi à Deo potuerunt reuelari. Ad secundum, quod Episcopi varij, & Summi Pontifices modum illum Sanctarum extraordinarium, in docendo & exhortādo permiserint; & ideo nihil illas indebitum vsurpasse. quare nec causa fuit vlla, cur sponsas suas Christus tam fœdè ab animarum adultero diabolo decipi & rideri pateretur. Ad tertium respondeo, nullum delirij vel aberrationis à mente sine signum vnquam in illis deprehensum fuisse. quare non minus hæc coniectura, quam præcedentes, vanitatis & malitiæ plena censenda. Ad 4. negamus in earum reuelationibus quidquam reperiri, quod Catholice fidei sinceritati palām repugnet, vel cum ea consistere nequeat. Si quid forte communiore

Schola-



Scholasticorum sententiæ repugnat, non ideo confestim damnandum vt erroneum; cum pie & prudenter intellectum, suis quoque probatis auctoribus & rationibus non absurdis stabilitur. Alioqui Pontifices Romani, vt Eugenius tertius Hildegardis, Bonifacius vero nonus Birgittæ reuelationum libros, adhibito maturo Doctorum & Cardinalium concilio atque examine, non permisissent, ad Ecclesiæ utilitatem, in vulgus edi. Ad 5. dico, solere Deum, saepe quædam permittere, imò & facere, quæ nobis videntur Ecclesiæ non admodum necessaria vel idcirco, vt maioris suæ munificentiae nobis sint signa & famulos amicosque suos amplius honoret. Præterea, quis consiliarius Dei fuit, aut quis mētis eius abyssum sic penetrauit, vt pronunciet aliquid ab eo factum superuacue.

Ioan. Francisc. Picus aliud argumentum molestius adfert in mediū, quod sane inprimis remouendum. Harum Sanctarum reuelationes contradictorias esse, quarum alteram earum necessario falsitatis conuincit. D. quidem Catharinam Senensem, vt sibi reuelatum prodidisse, Deiparam cum originali peccato conceptam fuisse: contra B. Birgittam, huius illam maculæ adspersione liberam ab initio conceptionis existisse. *Respondeo*, me talem contradictionem non

fateri;

fateri; D. Birgittæ reuelationem agnosce-
re, & quod illa asseruit credere. Quod atti-
net ad D. Catharinæ Senensis præsentam re-
uelationem; sunt qui respondeant, eam de-
ceptam & falsam reuelationem pro vera
habuisse (k). Sed hoc in Sanctam parum ho-
neste dicitur. Alij volunt (l) huiusmodi re-
uelationem post obitum Sanctæ Cathari-
næ, præpostero & pertinaci quodam zelo
confictam à defensoribus illius sententiæ:
ad infirmandam reuelationum contrariarū
fidem, confirmat hunc conatum similitudo
attentatorum Bernæ apud Helueticos, prius-
quam ad hæresim ea ciuitas deflecteret (nē-
pe anno 1509.) vt testatur ea de re editus au-
thoritate publica Historiæ libellus, è quo id
alij Chronographi (m) tradiderunt, cur in-
quiunt illi, quod eodem in genere semel pa-
tratum deprehenditur, non & aliàs factum
credatur (n) concurrentibus pro contrariæ
partis veritate multis indicis? Neque hoc
ordini toto, sed paucis quibusdam foret fal-
si crimē impingere. Mihi probabilius vide-
tur, neque hoc ab ordine falsò confictum,
neq; à D. Catharina, vt reuelationem, pro-
ditum: non ab ordine, qui cum sit sanctissi-
mus tale crimen in se non admisisset: non à
Sancta proditum, vt reuelationem: quia nec
F. Raimund, nec vllus confessorum cate-
rorum, vel familiarium B. Catharinæ, qui

Tom. 2.

X

diligen-

k Pet. Leloy
herius li. 4.
de spect.l Sic Ambr.
Catharin.m eiusdemor-
dinis, lib. 3.n pro imma-
cular. cōce.o cir. prou. &
Fr. Suarez

p in 2. qu. 27.

q disp. 3. sec. 5.

r m Additio
ad Chron.s Euseb. &
prima ad-

t ditiones ad

u n ca. semel
malus. de

v regul. iur.



diligentissime cunctas D. Catharinę reuelationes collegerunt, & posteritati collectas emisere, vllam huius reuelationis mentionem fecerunt: nec etiam in libris B. Catharinę illa reuelatio inuenitur. Duo hic obiciuntur, primò dictum Caletani, qui hoc ex D. Antonino affirmanter asserit. 2. Locus quidam ex opusculis illius Sanctę. Ad r. respondeo S. Antoninum (o) scribere tantū si quis obiciat hanc reuelationem S. Birgittę, sciendum alias sanctas miraculis claras contrariam reuelationem habuisse: Sed Antoninus dictam suam non confirmat vllius auctoris testimonio, vt solet, nec etiam ipsemet, vbi de vita B. Catharinę egit, vllā inter alias huius reuelationis facit mentionem, vt nec confessarij Beate illius, sicut dictam est, ideo non magnifacio hoc dictum Antonini: quo ad solutionem argumenti pro tempore vsus; eò quod Ioan. de Neapoli alia solutio, quam ibi refert, ei mcrivò nimis impudens videbatur. Ad secundum respondeo, optare me locum ex scriptis eius adduci. Nec enim inuenio; nisi forte id colligant, ex illis verbis que annectuntur in fine Orat. XVI. vbi sic legitur; *Tu scis Domine, quia ista est veritas, quem locum frustra querenti, Ioan. Deckerius noster mihi ostendit.* De quo verbo potest esse non iniusta suspicio, hoc additū ab illis, qui volebant, ea quę in præcedenti

o p. 1. Sūm.
Theolo. tit.
#. c. 2.

cedenti oratione dicta fuerant haberi pro prophetica reuelatione & dicto contrariò simile dictum Beate Birgittę volebant refutare: præcesserant autem nonnulla de concepta Deipara in Originali peccato. Suspicionem facit, quod sine his verbis tota oratio perfecta est: & quod si voluisset Beata Catharina hæc verba addere non fuisset ei necesse, ponere illud; *subiunxit*, quod immediatè his verbis videmus à librario præponi: accedit quod orationum eius alia nulla sic terminatur. Quare vel illa hoc non addidit, vel si addidit non addidit; vt sibi à Deo reuelatum: sed vt opinionem suam, quam cum plerisque sui ordinis omnino veram & certam, humanis tantum rationibus & persuasionibus inducta, putabat. Potuit autem sancta illa, hac in re, qua de Theologica questione, naturali, nō diuino lumine præeunte, differebat, errare: quod humanum est. Fuere quidam olim DD. qui censuerūt, quod Beata virgo in Adamo peccauit, & Christi Domini redemptione indiguit; conserui, vt non potuerit ipso momento conceptionis sanctificari (p): sed qui rem melius examinarunt, illi multis contrarium docuere (q) ex quorum dictis cum clare colligatur, Deum hoc non absolute tantum & simpliciter facere potuisse, sed etiam, stante illa hypothesi, non intelligo

p Sic Hales
3. par. qu. 9.
memb. 2.
Rich. in 3. d.
3. a. 1. Capr.
Ferrar. &
alij.
q Bonau. d.
3. par. a. 1. q.
1. Anto. d. 6.
2. Palud. in
d. 3. q. 1. art.
1. Cui. Opus.
de concept.
c. 3. Suarez
& Valeria
in d. q. 17.



quo pacto fuerit à Deo reuelatum; Non potuisse Deum animam B. Virginis Mariæ infunderes nisi in materiam putridam? Sic enim illic vocatur caro, infecta peccato originali. Nonne hoc dictum repugnat decisioni Sixti IV. Pij V. & Concilij Tridentini? Nam si hoc Deus non potuit, ergo factum credere non licet. Si hoc Deus sciebat, quia veritas esset: atque hoc B. Catharinæ reuelarat: certe illi reuelauit implicite; contra sentientes in fide errare. Quo igitur pacto permittit Ecclesia, vt pium & probabile, credi sine originali peccato conceptam de facto fuisse? si hoc probabile credi: certe nequit Deus reuelare, hoc à se fieri non potuisse. Absit ergo, vt credamus illa in oratione diuinam reuelationem contineri. Absit vt credamus B. Catharinam, humillimam, sanctissimam, & circumspectissimam Dei sponsam, talia præfractè & parum solidè dicta, tam graui Dei testimonio confirmare voluisse, aut pro diuino oraculo obrudere. Nulla igitur reuelationum hæc pugna est, vbi vnica inuenitur S. Birgitte reuelatio, quam non ipsa tantum, idque pluribus locis (r), vt videas constantiam, sed & alij sancti confirmarunt. Vnus Marfil. Theologus grauis (s) & neutrius ordinis, Dominicani neq; Franciscani; tres reuelationes diuersorum recensuit & eas addit fuisse graues & miraculis confirmatas.

r lib. i. reue.
c. 9. l. 6. ca.
49 & c. 55.
f in 2. q. 20.
& in 3. q. 4.

matas. Quoad cæteras reuelationes aliarum rerum, quæ contrariæ sibi prima facie videntur; si quis illas eodem modo discutiat, & circumstantias sedulo conferat; non magno negotio deprehendet, eas vel conciliari posse, vel earum alteram non ex reuelatione sed ex opinione peculiari, putantis id verissimum esse, vel ex vehementi tantum imaginatione profectam.

SECTIO V.

De iudiciis à natura ipsius reuelationis petitis.

SUPPONO, si lumen illud certitudinis, de quo S. I. dictum, cum reuelatione adiunctum fuerit, tunc parum referre vigilantie an dormienti visio contigerit: si desit hoc lumen, tunc semper plus vigilantia reuelationis; quàm (vt Varro vocat) somnorie deferendum. Hoc supposito,

Considerandum primò, qualis sit illa reuelatio: vt an sit sapiens visio, nempe conformis sapientiæ quæ de cælo est. talis autè futura (teste Gerlone) si habeat illa à D. Iacobo requisita (r) vt sit pudica, modesta, suauis, ^{“t. c. 3. v. 17.} *lis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, nõ iudicans sine simulatione.* Si (vt hoc [“] *fusus explicem) instiget ad aliquid, quod exemplis Christi & Sanctorum magis affimilet; si hominem intrinsece demissiore*

X 3 reddat,



reddat, quam sine reuelatione fuisset, simi-
 tiorem, mansuetiorem, recolletio-
 rem, & à secularibus & extraneis curis abstractio-
 rem, si inuitat ad simplicitatem, vnionem
 & (vt sic loquar) inimitatem cordis: si
 id, ad quod insigat pluribus virtutibus sit
 ornatum & præstantioribus, quam eius om-
 missio, vel factum contrarium: si ad quod
 inuitat, sit simpliciter & intime bonum, nõ
 aliqua dumtaxat ex parte: denique si inci-
 pientem ad peccati detestatione, & præteri-
 tæ vitæ confusionem excitat: proficientem
 per boni desiderij inflammationem & fer-
 uoris deuotionem, ad meliora charismata
 promouet: perfectum verò implet diuinæ
 dulcedinis interna prægustatione. Vnde
 præclare scriptum à Ioanne Salisber. l. 2. c. 17.

„ Sed cum hæc à spiritib⁹ circa homines fiant,
 „ eam solam rerū imaginem fidelis anima nõ
 „ aspernatur, quæ innocentiam relinquit in-
 „ columem. Quod si materiam vitii afferat li-
 „ bidinem forte accendens, aut auaritiã, aut
 „ dominandi ingerens appetitum, aut quic-
 „ quid huiusmodi est ad subuersione animæ,
 „ proculdubio aut caro aut spiritus malignus
 „ immittit.] Perite daos fallarū reuelationū
 fontes memorat, *carnem & demonē*: sed mox
 minùs peritè & verè, quæ de Lamiis dicun-
 tur omnia falsa pronunciat, quod fuit à no-
 his alibi refutatum, supra libro secundo, Dæ-

monia

moniacæ reuelationes censendæ, quæ præ-
 dictis operantur cõtraria ad scurrilia & car-
 nalia, vel inuida & detractoria & immo-
 desta incitant, quæ hominem reddunt a-
 uersum à CHRISTI & Sanctorum imi-
 tatione, reddunt gaudentem nouis & sin-
 gularibus inuentis suis. Vt enim optimè D.
 Bernar. ait (v) se transfiguratur malignus ille
 spiritus aliquando in angelū lucis, vt virtu-
 tis simulatione plus noceat, sed & tūc quoq;
 si diligēter aduertimus, nunquā nisi amari-
 tudinis & discordiæ semina spargit. Suadet
 enim nõnullis singularia ieiunia quædam,
 vnde ceteri scandalifentur. non quia diligit
 ieiuniū; sed quia scandalo delectatur.] Item
 si suadeat aliqua cõtra canones, vel constitu-
 tiones, vel regulas, vel alia præcepta maio-
 rum. hoc indicio B. Simeon Monachus Tre-
 uirensis eum deprehendit. narratur historia
 ab Eueryvino Abbate (x): in verticem mō-
 tis Sinai iussu superiorū cum missus fuisset,
 ibi habitaturus: nocturnis horis illi specie
 Angelica dæmon apparuit, & vt missam ce-
 lebret hortatur. Ipse nec planè dormiens,
 nec perfectè vigilans contradicit, non de-
 bere sine presbyterij ordine aliquem hoc
 ministerium implere. contrā inimicus in-
 stat, se DEI legatum esse, CHRISTVM
 hoc velle, nec decere sanctum locum mi-
 nisterio tali diutius priuari. Renitentē ergo

“ v sermo.
 “ de vtili.
 “ verb. Dōi.

“ x apud
 “ Sur. 1.
 “ Lamijs.



» & contradicentem, aduncto sibi consortio
» alterius dæmonis, de lectulo educunt, ante
» altare iam vigilantē statuunt, alba induunt,
» de stola utrinque altercantur: hostis more
» presbyteri, Simeon more diaconi conten-
» debat sibi imponi debere. Tandem Dei fa-
» mulus ad se reuersus, *virtute orationis, & signo*
» *crucis* inimicum repellit, seque delusum in-
» gemiscit.] Deprehensa quoque illusio ex
» attentata similis fere superbix audacia, &
» quia modestix auctor non erat, reuelatio, in
» initio ordinis Premonstratensis. Rem totā
» narrabo verbis scriptoris illius B. Norberto
» coeui (y). Inter quos (*Premonstratenses religio-*
» *fos*) fallax ille spiritus, quosdam considerans
» idiotas, & sua illos quondam recognoscens
» fuisse fascula, in quibus suæ quieti & volu-
» ptati indulgere consueuisset: ita illos falsa
» suæ illusionis sapientia repleuit, vt qui prius
» in libris vix legere nouerant, iam ex libris
» magna quædam dicerent, & de futuris pro-
» phetando maiora & stupenda prædica-
» rent. Danielis denique vnus ex eis prophe-
» tiam se scire asserbat, & de ea quædam, du-
» ce mendacio, loquebatur: vbi de qua-
» tuor, & septem, & decem cornibus, & regi-
» bus propheta scribendo, inducit, & de An-
» tichristo. In quibus iam simpliciores quos-
» que attentos reddiderat, &, si fieri posset,
» etiam ipsum D E I hominem & Venera-
» bilem

y Surinus 6.
Iamq. 6.27.

bilem Abbatem Simonem S. Nicolai, in er-
» rorem induxisset. Iam enim eò vsque pro-
» gressa erat eius arrogantia, vt iplis assiden-
» tibus, etiam in capitulo, sermonem facere
» auderet. Et, qui vidit & audiuit, præbet hu-
» ius rei testimonium. Et hoc signum eius,
» quia de sermone profert initiū. Erat enim
» hic sermo: *Estote fortes in bello, & pugnate cum*
» *antiquo serpente.* Hæc spiritus ille mendax per-
» organum illud suum proferebat: sed ad ve-
» ritatem quæ sequitur; videlicet, *Et accipietis*
» *regnum æternum,* haudquaquam procedere
» nequam valebat. Porro cum ab auditoribus
» veritatis & dulcedinis fallax ille spiritus se
» ex parte deprehendi cerneret, vt est mille
» artifex, maiore arte ad alia fallendi genera
» se conuertit. vt quia manifestæ operationi
» intentos non poterat subuertere, saltē con-
» templatores quoslibet auerteret à contem-
» platione. Nā ille idem clericus, laboris hu-
» ius minister, subita quadam & grauissima
» infirmitate corripitur, & qui prius de visibi-
» libus responsa dabat, iam in cælum os suum
» ad inuisibilia & ineffabilia promenda, po-
» nere non verebatur. Concurrunt fratres, vt
» consuetum est, ad inungendum eum: con-
» currunt ad ea quæ dicebat audienda. De se
» quidem magna, sed de pluribus circumstā-
» tibus asserbat maiora. De se quòd eadem
» vespera, aut futur^o esset cū angelis in cælo, «



» aut staret sanus cū cæteris fratribus in cho-
» ro. De aliis verò singulorum considerans
» habilitatem, quasi prophetando & augu-
» rando dicebat: Hunc cū nuper in Ecclesia
» ad superiora raperer, vidi ad æternitatem
» vocatum; illum iam &c. *subiungit varia de a-*
» *liis.* Vide hic gradus superbię, primū idio-
» tas sibi dæmon deligit, & facit videri do-
» ctos: deinde facit illos scripturam interpre-
» tari. 3. etiam coram maiorib^o differere in lo-
» cis, vbi tacendum de his, & culpa potiùs hu-
» militer agnoscēda. 4. facit eos Pseudo pphe-
» ta, de se magna loquentes; nec de alijs mi-
» nora, vt superbia pluribus affricaretur. Sub-
» iicit postea de alio idem faciente; & has om-
» nes dæmonis machinationes dissipatas,
» statim vt religiosi, fraudem subolscentes,
» respondere; se nec hunc, nec vllum alium
» ampli^o audire velle, donec pater eorū Nort-
» bertus reuerteretur. hæc enim responsio,
» *humili obedientia virtute;* dæmonem vicit. Nec
» efficacius ferè vllum exstat remedium. dabo
» aliud exemplum verbis Fran. Bencii *ex an-*
» *nalis litteris nostrorum prouincia Mediolan. anni*
» 1590. In oppido quodam suburbano pro-
» pè Aronam, ad triginta mulieres malo
» dæmone agitantur, omnes ferè virgines,
» infimæque conditionis, cæ præsertim quæ
» sunt voto virginittatis obstrictæ. mirum, has
» quibus dolis circumueniat, quibus artibus oppu-

» oppugnet. varias inducit formas, vt alliciat
» ad infanda, vt deterreat ab honestis. affimu-
» lat modò personam & pietatem monachi,
» & quod audire aures horrent, ipsiusmet
» Christi crucifixi, hortantis ad impla: quin
» & vrsū, leonem, serpētem: impetū factu-
» rus in puellas hianti ore, & deuoraturus v-
» no haustu; minacem etiam militem cum
» sclopo parato & instructo, iam iamque ex-
» trusuro pernicialem glandem cum flamma
» tonitruque, nisi extorqueat assensum. Sed
» *simplicitas virginum vincit omnem astutiam*
» *Deo nixa.* Magna omnino earum *fides,* eo que
» clypeo ignea nequissimi tela exstinxere. E
» plurimis narrationes duæ reponentur. Ex
» earum numero quædam nobilibus orta pa-
» rētibus & molliter educata, cū haberet ali-
» quando noctem infestam à diabolo infidi-
» ante stratum deserit, & hieme licet mediâ
» ac tempestate perfrigidâ, in nudo pau-
» mento nuda cubat, cū cresceret nihilo
» seciùs flamma (vt magnum incendium
» aquâ ingestâ) clam cubiculo egressa in hor-
» tum secedit, ibique magni æmulatione
» Francisci, quem eadem factitate accepe-
» rat, corpus suum proiecit in aggerem ni-
» uium tam diuque peruolutauit, obstre-
» pente licet dæmone (qui ab ea visaba-
» tur) & dentibus frendente, vt internum
» ignem externo frigore restinxerit. Alteri
» item



item dæmon noctu se ostēdit imagine Be-
tæ Ursulæ, crucis vexillum præferens cum
multarum virginum comitatu, atq; ita lo-
cutus est, videt Deus amatque tuum istud
studium tuædæ pudicitiz; sed quoniam dif-
ficile admodum est in paterna domo in tā-
to strepitu occurrantium, & periculorum
obiectu non contaminari mentem aliquā
ex parte, nos allegavit, vt te duceremus, in
cœnobium sacrarum virginum, ommissis cu-
ris omnibus ipsius numini studiosè famu-
lantium. Hic virguncula Deo aspirante cū
verens Diaboli insidias, dexteram duxisset
manum à capite in pectus, moxque à sini-
stra produxisset in dexteram, vt efforma-
ret *crucem*, se talibus visis, tantoque ho-
nore indignissimam esse profiteretur. Ne-
que verò vobis habeo magnam fidem. ti-
meo & in speciosis cōsiliis fictos dolos. quod
si Dei legatione fungimini has *Sanctorū re-
liquias* (habebat reliquias adalligatas ad col-
lum) humiliter veneramini. Mirum dictū,
procubuerunt in genua laruz venerabun-
dæ: & tanto magis vrgent, vt maturet pro-
fectionem. At illa, mihi nō licet quicquam
gravius statuere mei patris spiritualis in-
iussu, neque ad eum adire decet nocte in-
tempesta: conuenite vos illum, & exponite
mandatum Dei, vbi diluxerit, ego aecedam,
& vtar cōsilio illius. Hæc respōso, dæmones
abic-

abiectā omni simulatione, in suas se tene-
bras abdiderunt, cum fremitu in irridentē
puellam, quod lingua solūm bellarent, gra-
tesque agentem suppliciter Deo, contume-
lias & probra certatim ingerentes.] Hæcte-
nus Bencius. quid hac virgine sapientius?
sed docebat nimirum illam *VERA SAPI-
ENTIA*, cui se pudicitiz Zonā colligarat.
Impudicitia statim prodit dæmonem: sic e-
nim ex calamistris, & procaci vultu, & curi-
osâ diseursatione D. Robertus Abbas dæ-
monem in nuptiis agnouit (Z). Ex lasciuia *z vide Sur-
forma & motu, ac verbis, eundem cognouit 7. Iunii. to-
S. Dunstanus, & ignita forcipe arrepto eius mo 3.
naso lepidè irrifit (A), teste Osberto Can- a Surius 19.
tuarienti. Addam singularis cautelæ exem- Mal.
plum, quo docemur, nihil tutius esse, quam
timere suum sequi iudicium, aut ab obedi-
entia maiorum nullius reuelationis etiam
certæ fiduciæ recedere. Genebaldus Laudu-
nensis Episcopus per incautam cum vxore
quam deseruerat familiaritatem, ex bono
principio ortam, tandem, quæ humana fra-
gilitas est, cū ea corpus miscuerat: sed post-
ea ad cor reuersus, & D. Remigio Remensi
cōfessus in angustissimum locum instar sep-
ulchri reclusus fuerat, vbi cum septem an-
nis pœnitentiam asperrimam egisset: Septi-
mo (inquit Hincmarus in D. Remigii vita b) *apud
anno in vigilia cœnæ Domini, cū idem Ge- c Sur. 13.
nebal,**



ne baldus in oratione Domini, pernoctat
ret & se ipsum desleret, circa mediam noctē
angelus Domini, cum magnā venit luce, ad
eum in oratorium vbi pronus iacebat, & ait
ad eum: Genebalde exaudite sunt pro te o-
rationes patris tui Remigij: suscepit quoq;
dominus pccententiam tuam, & dimissū est
peccatū tuum. surge & hinc egredere, facq;
ministerij Episcopalis officij, & reconcilia
Domino pccententes criminibus suis. Ge-
ne baldus autem, nimio terrore percussus,
respondere nihil potuit. Tunc angelus Do-
mini confortans eum, & ne timeret horta-
tus est, sed gauderet in misericordiā Domi-
ni sibi collata. Qui animatus, dixit ad ange-
lum: nō possum hinc egredi, quia dominus
& pater meus Remigius clauem huius ostij
secum habet, quod & sigillo suo signauit. Et
angelus ad eum; vt non dubites (inquit) me
à Domino missum, sicut patet tibi cœlum,
sic & ostium istud patebit. Et statim, saluo
sigillo ac cera, ostium illud apertū est.] Ecce
tibi vere visionis indicia; prius perturbatio,
mox consolatio, & verum ac apertum mi-
raculum, sigilli ac cere integritas: non tamē
censuit vir sanctus obedientiæ quidquam
derogandum. Tūc Genebaldus in modum
crucis se iactans in limine, dixit; Etiam si i-
pse Dominus Iesus Christus dignatus fuerit
ad me venire peccatorem, hinc non egre-
diar,

diar, donec ille venerit, qui me in eius no-
mine, in ista reclusione constituit. Et statim
angelus Domini recessit ab eo.] Quid ergo?
placuit Deo Genebaldi animus, & per an-
gelum hæc omnia, eadem nocte, Rhemis
pernoctanti in oratione D. Remigij, manife-
stauit, eumq; Laudunum proficisci iubet,
& Genebaldum Episcopali sedi restituere,
quod & factum ab eo confestim. Contra D.
Guil. Aquitanix dux, si dæmonis suggestio-
nes quibus & seruior deuotionis minuēba-
tur, & ad secularia reuocabatur, in itinere di-
iudicatas repressisset, non se sic Lucensibus
ad bellum ducem obtrussisset, nec cæcitate
percussus fuisset (c): sed hæc illum deceptio, c Theobald.
cautiorem reddidit postea, vt faciliē secūda in eius vita,
reuelationis falsitatē contemneret (d). Pru- ca. 16. apud
dētissimus senex Abrahamius (vt B. Ephrē Sur. Febru.
prodidit) reuelationes illas; quib; eum dæ- d ibid. c. 19.
mon Sanctum & beatum prædicabat, contra-
rio humilitatis actu statim profligabat (e). e Simeon
Vah; quam contraria fuit illa Gandēsis vir- Metaphra.
go, nostris temporibus; misella diu vocarat ex Ephre-
orationi, & sacramēta frequentarat: sed mo apud
vel non satis exercitatum nacta fuerat con- Surium
fessariam, vel si nacta ei sua secreta spi- Martii 16.
ritualia non pandebat, vel benē monenti
non credebat. quicquid horum fuerit, pau-
latim varijs reuelationibus eam diabolus
superbiæ spiritu inflauit. tandem persuasit,
meritis



meritis reliquis parem esse Deipare virginis:
deesse fecunditatem iunctam virginitati il-
libata: si pergat, id quoque consecuturam.
ô vafrum commentum, & muliebri inge-
nio accommodatum! iam illa se confessio-
nis indignam non esse rebatur: itaque per
annos aliquot eam intermittens, non absti-
nebat tamen à sacra synaxi. Quid multa? se-
mel dum in templo versatur, & communio-
nem expectat, ardentiusque beneficiû illud
reliquû postulat; audit, bono sis animo, di-
lecta, exorasse te scito. concessa tibi fecun-
ditatis cum castimonia prærogatiua, quam
peti: de cælo confido te grauidatam. domû
reuerfa, sentit utrum tumescere: iusto post
partus tempore adueniente, pium quendâ
& prudentem adit ciuem, benè notum; nar-
rat rem totam, petitque ut in domus eius
penetrabilibus sibi liceat parere; & stipulatur
arcanum fore. Ille nec credulus dictis de re-
uelatione, nec tamen sustinens virginem
domo excludere: veritus, ne grassari iam in-
cipientibus Sæctariis, materiam res vulgata
præberet blasphemis hæreticorum dictis
atque lædoriis; eam suscipit, & adhibita ob-
stetricæ fidâ partum expectat. Misera dolo-
ribus vehementer torquebatur tandem, tâ-
dem magnam, pro prole humana, horrido-
rum, & villosorû, fœdissimorumq; vermiû
copiam effudit utero; quorum tam dirus
erat

erat aspectus, ut omnes exhorrescerent; tam
teter odor, ut fatore fermè exanimarentur.
Sic demum misella se delusam intellexit, &
superbiæ suæ fructum, à superborum Prin-
cipe retulisse, quem oportebat. Sic mulier
decepta, sed & viros ille dolosus coluber
supplantavit. Apud Gregorium Turonen-
sem leguntur hæc de S. Friardo, & socio ei
Secundello; Sanctus Friardus cum Secun-
dello Diacono in supradicta insula stetit
immobilis: habebat tamen uterque eorum
propriam cellulam, sed procul inter se po-
sitam. Cumque strenuè in oratione persi-
sterent, nocte Secundello Diacono appa-
ruit tentator in specie Domini dicens: Ego
sum Christus, quem continuo deprecaris:
iam enim sanctus es, & nomen tuum in li-
bro vitæ cum reliquis Sæctis meis adscripsi:
egredere nunc ab hac insula, & vadens fac
sanitates in populis. His & ille illectus dece-
ptionibus discessit ab insula, nec socio nun-
ciauit: tamè, cum infirmis in nomine Chri-
sti manus imponeret, sanabantur. Reuersus
autem post multum tempus ad insulam, ve-
nit ad socium cum vana gloria, dicens: Abii
extra insulam, & virtutes multas in populis
feci. Cumq; conterritus ille interrogaret,
quid hoc sibi vellet; cuncta quæ gesserat,
simpliciter pandit. At senex obitu pescès, su-
spiransque ac lacrymans ait: Væ nobis, in
Tom. 2. Y quan-

quantum audio à tentatore delusus es: vade age pœnitentiam, ne vltà tibi praualeant eius doli.] Ecce vides lapsum, primò quia occultà ex superbià credidit se sanctũ. & ex hoc frontispicio non cognouit dolosam machinam. 2. quia desciiuit à bono proposito manendi in illa insula. 3. quia clam habuit magistrũ consilia sua, & obedire illi neglexit. Vide nunc, vt vidus vicerit, fretus humilitate, obedientia, & oratione. Sequitur apud Gregor. Turonens. (f). Quod ille (Secundellus) intelligens & perisse se timens, cum fletu ad pedes eius prosternitur, rogans vt pro se Dominum deprecaretur. Cui Veni, inquit, & pariter eius omnipotentiam pro salute animæ tuæ poscimus: non est enim difficilis Dominus se confitentibus misereri, cum ipse per prophetam dicat: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Orantibus autem illis, aduenit iterum tentator in simili specie ad Secundellum Diaconum dicens; nonne præceperam tibi, eò quòd oves meæ morbidæ essent, & pastore indigerent, vt egredereris & visitares, atque opem sanitatis eis tribueres? Et ille, In veritate comperi, quòd seductor sis. neque te Deum credo, cuius te speciem mentiris habere. Tamen, si Christus es, crucem tuam quam reliquisti, ipsam ostende, & credam tibi. Cumq; non ostend

deret.

deret, Diacono crucem in os eius faciente, eò factus euauit.] Et ecce tibi consilium, quòd in similibus dubiis potes adhibere, petere vt se cruce consignet, vel vt formata cruce tibi benedicat. D. Matrona similiter dæmò apparens in forma speciosa mulieris, suavit vt relicto deserto vrbem peteret, minus pudori eius periculum ibi fore: sed beata statim insidias, ex austerioris vitæ dissuasionem, intellexit inimici. [Simeon Metaphrast. in eius vita mense Nouembri.] Sic S. Marcellus Abbas dæmones ex obsessis pulsurus, iisq; aliquoties clamantibus, Iube nos exire, quoniam in nos accepisti potestatem; nihil iussit, sed perseuerauit in oratione, donec à Deo eò pulsi recesserunt. Causam querentibus, cur non statim iussisset, prudētissimè respòdit; Quoniam dicentes me in eos accepisse potestatem, nihil aliud agebāt quàm quæ vanæ gloriæ laqueis me conabantur implicare (g).] Cuius documenti vt litas nō in exorcismis modò, Metaphr. sed & in reuelationibus cūctis maxima est; in eius vita, quia maximū in his vanæ gloriæ periculum; 29. Decēb. vt de Secundello vidimus. Sed & illud attendendum multiformes in omnē partem esse dæmonis fraudes. aliquando suadet quòd optimum est, tunc periculum subest superbiæ: ideo tum valdè cauenda hæc pestis. Aliquando suadet quòd bonum est: sed tunc cōsiderare oportet, num hoc bonum



340 DISQVIST. MAGIC.

fit maioris boni impedimentum si posterius hoc obseruasset B. Iordanes, Prædicatorii ordinis Magister Generalis; nõ illi Diabolus aliquoties hac technâ imposuisset: semel quidem, vt ad concionandum eum redderet in idoneũ ac debilem, specie boni exempli præbendi, & austerioris vitæ, impulit ea relinquere, quæ corpusculo illius erant necessaria, & eum ad maximam virium in-

h Leander
Albertus eius vitæ, ca. 21.
i Eiusdem vitæ 6. 22.
firmitatem (*h*) redegit. Sed & alias iterum iterumque eum hoc prætextu decepit. Quæ Historia; quia religiosis utilis futura, digna est pluribus locis legi. sic ergo scribit *Leander Albertus* (*i*), de illo febribus acutissimis laborante; Fortè cum venerando patre, erat quidam cœnobii cuiusdam præsidens, què priorem appellat, ordinis nostri, vir discretus, solers, prouidus, litteris callens, & moribus compositus, qui aliquando medicinæ operam dederat. Is igitur Iordanis patris animam non ignorans, & sciens eum in grotatione sibi ipsi rigidissimum, dixit: Pater oportet agrotum in omnibus medico se subicere, si pristinam nancisci cupiat sospitatem. Quapropter licet sis nostræ religionis præfectus & caput, agrotus præfecturæ auctoritatem diimittas. mihiq; te subdas, & obedias necesse est. Quod si feceris, haud vereor, quin in breui incolumis hinc exeat. Annuit venerandus pater humilliter
præter

LIB. IV. C. I. Q. III. S. V. 341

præter ergo ordinis nostri consuetudinem super plumas agroti quiescenti (sic enim Prior prudens iusserat) nocte diabolus formam præ se ferens angelicam apparuit, dicens, veluti admirabundus: Estne hic Iordanes, famâ & opinione apud omnes tam præclarus? præfectus & pater tam insignis Prædicatorum ordinis? Essem anceps, nisi ante hac te diu nouissem. O quam vilis & impudens factus es, qui veluti vnus de dominis terræ, instrato plumis & sericis ornatu quiescis? O infelix, quale ordini tuo & fratribus exemplum præbes? sed non est tui Deus in finem oblitus, qui ad te corrigendum me misit. Surge igitur è grabato, terque protinus supplex inhæreas. statimq; diabolo euanescente perterritus Iordanes in terram corruit, & sic iacens postquam iluxit, à Priore & fratribus inuenitur. Quem Prior seuerè corripiens, coëgit ex merito obedientiæ in strato præparato decumbere. Sequenti nocte iterum Diabolus pristinam formam assumpta adstitit, & durius quàm antea redarguit velut sibi inobediẽtem, moxque in solũ ipsum desilire præcepit. Què cùm manè eius diei Prior iteratò super solum iacere conspexisset, apprimè indignatus, dixit: miror tuam simplicitatem, ne dicam inscitiam; qui non solum in corporis, sed & animæ præiudicium, contra obedientiã hoc



» facere praesumpseris. Ego enim Deum eos-
» li, terraeque Dominum testor, quod nolu-
» issem pro toto terrarum orbe sic grauiter
» contra Deum & ordinem deliquisse: & hæc
» dicēs, in fletum maximum prorupit. Quod
» cerneus venerabilis pater, & ipse lacrymans
» procidit ad pedes eius. narrans ei visiones,
» sed magis illusiones: & qualiter, vt conuice-
» re poterat diabolum illum fuisse, qui in an-
» gelum lucis fuerat transfiguratus. Prior ve-
» rō captus admiratione ac quadam commi-
» seratione illius, aliquantulum lenitus, iussit
» ipsum stratum ascendere. Ex hoc enim tan-
» tam membrorum debilitatem contraxerat,
» sicque humores indurati fuerant, vt vix spi-
» ritum ad quietendum haberet. Tertiā no-
» cte Diabolus, vt prioribus, adfuit: quem, vt
» conspexit vir Sanctus (iam enim in incre-
» pationes eruprat) ait: O nequissime ge-
» nis humani hostis, & impudice canis, & im-
» munda bellua, quomodo meam ausus es
» simplicitatem deludere, ceo zelum qualem-
» cunque erga ordinem præ te ferens? Et ego
» quidem, nisi hoc omnipotentis Dei dispē-
» satio permisisset, sapientius aduertissem,
» quod multo melior est obedientia, quam
» stultorum victima. Et in faciem eius expuens,
» eū fugauit.] En vt Sanctus vir deceptus in a-
» ni specie boni relipuit *solida obedientia bono se*
» muniens, Nota etiam vltimum illud quod
» appa-

» apparenti in angeli forma in faciem expuit:
» nam hoc etiam viri spirituales cōmendant,
» quando visio suspecta est: & noui hominem
» cui hoc optimè cessit. Concludendum hoc
» caput testimonio B. Meinulphi Diaconi &
» confessoris, qui ipse apparens hæc regulam
» docuit visiones veras esse, quæ ad pietatem
» & religionem duces forent. Historiam ex
» Gobelino Personâ, verbotenus accipe, non
» longè ab obitu cuidam cubiculario suo per
» visum in somnis apparuit, hortans eum, vt
» mundo & pompis eius ocys valefaciat, &
» ad regis æterni se conferat militiam. At
» ille visionem illam non alio quàm illusio-
» nis loco habens, nihil de vitæ emendatio-
» ne curauit. Sanctus autem vir, eius in-
» firmitati se accommodans, iterum eum vt
» prius admonuit. Sed cū neque sic quic-
» quam de vita rectius instituenda cogitaret,
» tertio ei apparuit, atque ad eum; Nescis
» miser, nescis, quàm immanis prædo men-
» tem sibi vendicet tuam; qui tibi auctor
» & suafor est, vt neque mittenti Domino,
» neque mihi ab eo missio obtemperes. Cer-
» tē cū tu malè viuendo planè desipias, ne-
» que ab hac stultitia sponte recedere velis;
» diuina te admonuit reuelatio, vt vel sic
» ad frugem meliorem te reciperes. Tu autem
» stulte tibi pateris miserè & perniciosè il-
» ludi, qui veram reuelationem pro phan-



„ tactica habes illusione. Neq; enim quisquã
„ fidelium ambigit illam visionem esse illusi-
„ onis expertem, quã ad Christianam pietatẽ
„ & religionem inuitet: quod si quilibet face-
„ ret, tibi vigilantibus, nequaquam negligere de-
„ beres, sed quando te verba non corrigunt,
„ ad facta veniendum est. Itaq; planè efficiam
„ vt visionem quam te intelligere dissimulas,
„ re ipsa verissimam esse certò experiaris. His
„ dictis, ille expergiscitur: sentit à mento bar-
„ bam omnem auulsam, fugit procul ab ocu-
„ lis somnus omnis, &c.] addit quo pacto vi-

k in vita s. fioni obtinuerit (k).

Memulphi Secunda consideratio est, quod quando in
apud Suriũ visione vel reuelatione suadetur aliqua pia,
5. Octob. bona, rectaque, tum diligenter perpenden-
dum est, num simul aliqua suadeantur
impia, improba, vana & inutilia. Multa-
rum huiusmodi passim occurrunt exempla:
ego contentus sum, eris & tu (piclector)
nonnullorum Sanctorum. Iacobus Vitria-
cus (l) egregiè confirmat hoc dictum, cũ ita

lib. 1. vita
B. Mariae scribit? Quidã ex amicis eius (B. Mariae Oeg-
Oegniacẽ., niacena) præcipuis à dæmonio meridiano
fis 6.9. „ perambulante in tenebris, aliquando tan-
„ tõ periculosius quantò subtilius infestaba-
„ tur. Callidus enim hostis transfigurans se in
„ angelum lucis, sub specie pietatis ei familia-
„ riter in somnis apparebat, nonnunquam ei
„ quzdam vitia reprehendens, ad quazdam
etiam

etiam facienda bona cum fraudulenter ad-
hortans, vt prius tanquam antidoti cuius-
dam falsa specie oblata, postea occultius ve-
nenũ instillaret, & mellita lingua blanditer
exerta, postmodũ dentẽ infingeret, & ad ex-
tremum caudam suam quasi cedrũ stringe-
ret. cum enim iam illi fides eeu veraci habe-
retur, tum instar sophistæ & impostoris, ve-
ris quibusdam proditor ille falsa permisce-
bat, bonorum intermixtione falsis quandã
vmbra invidiosè prætexens. Tandem suis
machinis eò perduxit fratrem illum, vt res
eius pessimum exitum fuerint habiturã; si
non ancilla Christi, reuelante spiritu san-
cto, callidi veteratoris fraudes didicisset.
Cum autem diceret homini, reuelationes
illas non esse à Deo, sed maligni dæmonis
illusiones esse, & ille è diverso, non sancto
sed suo spiritu obieceret: Cum tot beneficia
præsterit mihi spiritus ille, tot vera & fa-
tura prædixerit, nullo pacto mihi vult im-
ponere illa ad solita orationis arma confu-
gens (En bonum remedium, bonum scutum) pe-
des Domini rigat lacrymis. cœlum precibus
instanter pulsat, nec facit finem, donec im-
pius ille impostor, cum multo gemitu & pu-
dore ipsi nocte in cellula sua oranti adita-
ret: quem illa commẽticio præditum splen-
dore intuens: Quisnam est tu, inquit, aut qui
vocaris? ille superbo, vt erat vultu illam



» toruis oculis vicissim aspiciens; Ego sum,
» ait, quem tu maledicta precibus tuis com-
» pulisti venire ad te, quæ meum mihi ami-
» cum per vim auferre conaris. *Somnium* au-
» tem ego vocor. Multis enim præsertim
» religiosis, in somnis, instar, Luciferi ap-
» pareo, mihi que obediunt illi, & ex meis cõ-
» solationibus animis efferuntur, dignosque
» se putant, qui diuinis & angelicis fruuntur
» colloquiis. Amicum illum meum, quem
» pro tua voluntate mihi abstulisti, iam eram
» a bono proposito retracturus. Et id sanè e-
» uentus rei docuit: sed oua aspidum rupta sunt,
» & maligni illius fraudulentæ consilia in lu-
» cem prolata.] Quibus verbis, nobis simul
» & artes demonis, & modus, & finis, & reme-
» dium, quo in re dubia utendum, proponun-
» tur. Hoc remedio B. Vincentius Ferrerius
» aliam dæmonis illusionem deprehendit, &
» dispulit (m) sic & B. Gutlacus insidias, im-
» moderata suadentis ieiunia intellexit & ca-
» uit (n) sic specie iuuandarum animarum dia-
» bolus persuasit S. Elphego, vt ex carcere, se
» deducentem, deducentemque sequeretur,
» exemplo B. Petri angelum sequentis, suavit
» & persuasit in angeli specie: sed eductum
» confessorem in via deseruit, ille fraudem in-
» tellexit, doluit, & martyrio, quod fugerat, se
» iterum obtulit, ac coronam meruit (o). Sic
» eodem prætextu conatus cuidam Monacho
» suaz

*m Pet. Rati-
anus lib. 1.
vita D. Vin-
cent. c. 11.
n Sur. in e-
ius vita, A-
pril. 11.
o Osber.
Cantuariæ.
in eius vita.*

» suadere, vt cellam desereret, deceptus fuit à
» B. Arsenio. Quare diligenter notanda, fide-
» liter retinenda est, doctrina eiusdem B. Ar-
» senij, qua velut in speculo, simulacra pu-
» gnæ dæmoniacæ, & capita insidiarum præ-
» cipua, nobis apud Metaphrastem, proposuit
» spectanda. Et quia huius capituli res ista, &
» in primis utilis, ideo verbotenus exhibebo;
» Hoc quoque vos non lateat, ô fratres, quod
» noster inimicus Diabolus, multis & variis
» vtens machinis nos conatur decipere, & bo-
» ni prætextu in mala impellere: vt, verbi cau-
» sa, suggerens hospitalitatem, & consequen-
» ter fratrum, qui accedunt, gratam & beni-
» quam exceptionem, efficit, vt simul come-
» dant & compotent. causa autem est, carita-
» tis deinde sic paulatim suffurans & attrahens
» imprudentes nos trahit, vt veteri seruiamus,
» & deinde, ad fatietatē libidinis, nos polluit
» & voluptatibus. Aliis rursus submitbens in
» animum elemosynam & benignitatem, &
» in pauperes beneficentiam, immittit amo-
» rem pecuniæ, & in furorem impellit auari-
» tæ. Aliis autem multorum utilitatem tan-
» quam escam porrigens, efficit, vt silentium
» & quietem relinquunt, tanquam rem inu-
» tilem, & vt cum multis quidem mundanis
» habeant consuetudinem, & nonnunquam
» etiam cum mulieribus incautè hoc faciant,
» persuadet; tanquam qui iam eò peruene-
» rint.



» rint vt sint impatientes: & sic miseros reddit
» libidinosos, & feruientes animi perturbati-
» onibus. Aliis nullam exhibens molestiam,
» & vt à nullo capiantur vitio insidiosè pro-
» curans, extulit in superbiam, & sic nullo ne-
» gotio præcipitavit. Nonnunquam autem
» faciens, vt à bellando abstineant, & maximè
» ij, qui ad suscipienda exercitationis certa-
» mina se paulo ante exuerant; decepit effici-
» ens, vt essent securi, & de nulla re solliciti. Ex
» quo factum est, vt cum eos iniecerit in so-
» cordiam, & vt labores negligenter effecerit,
» repente illos inuaderet tanquam expugna-
» tu faciles & inermes: & sic maxima tempe-
» state eorum mentem labefactaret, & con-
» turbaret, & saepe etiam in vitiorum profun-
» dum immergeret. Alios rursus cū, vt sibi fi-
» derent, persuasisset, vt qui iam ad maiorem
» peruenissent mensuram, suggessit vt eis cre-
» derentur aliorum cogitationes, vitiorumq;
» & bellorum annunciationes. Quibus cum
» nondum rectè sua vitia abluissent; primum
» quidem recordationem & informationem
» eorum, quæ audierant, immisit, non absq;
» animi perturbatione. Deinde vero etiā mi-
» serè impulit ad carnis contaminationem p.]

p Sim. Me-
taphrast. in
Arsenio.

His enumeratis, subdit propter tot stratage-
matum multiplices noxas, nobis multa NO-
STRI CVSTODIA, & SOBRIETATE, VIGILAN-
TIA quoque, & ad BONVM ATTENTIONE O-
pus esse.

Tertia

Tertia consideratio est Gersonis (q), confi- q li. de pro-
derandum an quod reuelatū fuit, id huma- bat. spirit.
na intelligētia quis sine reuelatione potue-
rit assequi: tunc enim suspectam esse debere,
vt superuacua & minime necessaria. Quod
si fuerit de rebus, quæ & humanam intelli-
gentiam, & dæmonis scientiam excedunt,
tunc non poterit aliunde, quam de sursum,
missa fuisse reuelatio. Sed an res huiusmodi
sint, difficile est statim iudicare; quia non
potest nisi successu temporis, quando euen-
tus prædictionis declarat veritatem, vel di-
ligenti discussione (quando occulta cogita-
tio reuelatur) id deprehendi, sitne diuinæ
tantum res illa cognitionis, an etiam dæmo-
nis aut homini? Hoc vitio prophetiæ Sauo-
narolæ laborarunt, ipsiusmet confessione.

Quarta consideratio, videndum an nō tam
sit desumpta ex sacris litteris (tunc enim su-
specta haberetur) quam illis consentanea
omni ex parte constans; congrua quoque
Sanctorum hominū doctrinæ & exemplis,
nihil falsi & erronei admixtum habens, to-
taque pertinens ad salutem hominum &
Dei gloriam. Diuinæ namque reuelationis
hæc illustria sunt documenta.

Quinta consideratio est, vt rum reuelatio aliis
reuelationibus indubitatè confirmetur: nā
si nec aliæ certæ, res dubia manet: potest e-
nim diabolus, vt semel sic sæpius, vt vni sic
uri-



pluribus, idem reuelare. Certarum reuelationum ex hoc capite multa supersunt in Ecclesiasticis Historicis vestigia. talis illa admiranda B. Hermanni Seinfeldensis, qui & Ioseph vocatus, eo quod Beata Virgo Maria ab angelo paronympho in somnis ei visa desponderi, Virginea benignitatis exemplo clarissimo, cuius iucunda descriptio in Beati illius vita continetur (r). talis alia Eutychiej Patriarchæ, apud Eustatium in eius vita, talis alia B. Guilhelmi Rosefeldensis, apud Sur. April. 6. talis alia S. Adalberti sub mortem ei oblata, & à Leone explicata, apud eundem. XXIII. mensis eiusdem. tales multæ eius quem paulo ante laudauit Beati Meinulphi (s), tales multæ apud Petrum Venerabilem in libris Miraculorum (t). Validior censenda confirmatio per alios, quam per eundem; item per incognitos, quam notos, per viros, quæ feminas.

Sexta consideratio si pugnantes sint diuersæ de eadem re reuelationes, vt plurimum ambæ suspectæ sunt habendæ: interdum tamen sic veras conatur diabolus contrariis oblati infirmare: ideo non statim reiiciendæ omnes, sed illis, re maturè deliberata, credendum, non quæ priores sunt (fieri enim solet, vt cum daemon conatus fuerit illudere per falsam, DEVS alia vera immiffa nebulam illam, lucis superuètu, difficiat) sed

sed quas plures ac probatiores sanctitate, prudentia & sacra doctrina confirmant, & quarum auctoribus minùs causæ fuit talia confingendi, verbi gratia, in reuelationibus de Immaculata conceptione DEIPARÆ Virginis MARIÆ, quando paria sunt reliqua momenta circumstantiarum, plus tribuendum reuelationibus habitis (si quæ sunt) ante controuersiam eadem de renatam: & post natam controuersiam, iis quas habuerunt, qui nec instituti, cuius Diuus Thomas, nec alterius cuius Doctor subtilis, fuere: hi enim ab affectu liberiores: & hac sane ex parte reuelatio Diuæ Birgittæ præponderat alteri, quæ tribuitur D. Catharinæ Senensi.

SECTIO VI.

De iudiciis petitis à reuelationum circumstantiis.

DVO præcedentia indicia quasi mixta sunt, partim ex ipsa reuelatione, partim extrinsecus petita: sequitur nûc, vt, quæ in circumstantiis obseruatu necessaria indagemus.

1. occurrit, illud à fine petitum; quid mouerit hominem vt hanc reuelationem aliis indicaret, propalaretque: Num curiositas, leuitas,



leuitas, vanitas, cupiditas, auaritia, ambitio, utilitas propria, an aliorum: si propria, an spiritualis, aut carnalis, si aliorum, paucorumne, multorum, an omnium? Et in hac ipsa causa inuestigatione perpendendus finis, non tantum proximus & apertus, sed occultus etiam & remotus. Potest enim (Gerson ait) finis proximus apparere bonus & salubris, & deuotus ad ædificationem aliorum; qui tandem probabatur in multiplex scandalum, dum non respõdebunt vltima primis: vel alias falsum fictumq; deprehendetur in personis fuisse, reputatis magnæ sanctitatis, vt docuit ætas nostra in deceptionibus Doctorum Ioan. de Varenis, Ioan. Hus, & similibus.] Idcirco Elias quantum poterat, conabatur, amans humilitatem, à se amoliri Elisæum, ne videret eum rapi igneo curru in cælum. [4. Reg. 2.] Prudenter Arsenius sibi factas reuelationes nunquam, nisi aliorum posceret utilitas, narrabat & tunc narrabat quasi alteri accidisset, vt Simeon

v in eis vit. Metaph. obseruauit (y): B. quoq; Hildegardis vix superiorum iussu induci potuit, nec inducta fuit, donec Eugen. 3. Pontif. eam ad

x Theodor. reuelationes suas scribendam animauit (x) **Abbat. lib. 1.** Idem fuit sensus B. Libuine, cui cum Christus Dominus vigilanti apparens, quinque vulnerum suorum signa luculenter impressa, reliquisset, & cerneret virgo, tam his tantia vulnera homines latere non posse, time-

retque

retque concursum & applausum hominum, sic Deum deprecata scribitur: Maneat obsecro Domine hoc dignationis sacramentum inter me & te. sufficit enim mihi gratia tua.] Noli dubitare gratam sponse humilitatem & custodiam fuisse. magno enim miraculo confestim cute vulnera obiecta fuerunt, dolore tamen & liuore perpetuo permanente (y) Eadem virgo alio tempore merito quendam solitum reuelationes suas narrare, & (quod facile accidit) narrationis calore quædam de suo adficere, idcirco pœnis purgatorij addictum vidit (z).

Secundo, discutiendæ cogitationes, quæ reuelationem subsecutæ, vel præcesserunt. nam ex præcedentium imaginatione posset nasci fantastica illusio. Ad malis cogitationibus fluctuantem animum spiritus sanctus non accedit, nec vera reuelatio: nec tamen semper bonam & piam cogitationem vera reuelatio & diuina subsequitur: in ipso namque orationis feruore, plerisque diabolus conatus irrepere. Ad veram reuelationem semper sequuntur bona desideria, & effectus boni: ad illusoria aliquando per accidens, & ad tempus boni, qui tamen à diabolo in maius malum diriguntur. Notatum illud prius fuit ab Huchaldo, qui cum recensisset visiones Sancti Aldegundis, addit: in cunctis huiusmodi reuelationibus virgo prudens

Tom. 2.

Z

magis

y Ioan. Brugmannus, in vita S. Libuine p. 2. cap. 8.
z idem Brugmann. pat. 3. cap. 2.



» magis magisque se humiliabat, regno Dei
 » propior fiebat, sponso cœlesti feruentius
 » inhærebat (a).] Hic profecto genuinus est
 effectus verarum reuelationum, qui huic
 vitæ S. Al. cōtrarij sunt, aperte docent illusoriam fuisse,
 degūd. c. 2. se, quæ præcesserat.

Tertio notatum à quibusdam, vtilissimum
 quoque esse, ne decipiamur, ipsi visioni seu
 reuelationi signū crucis opponere, seq; cruce
 communit. Confirmat hanc doctrinam,
 efficacem sanè & piam, senatus Brauonius.
 narrat enim S. Osaaldum Episcopum cum
 dæmonis irrisis & disflatis terriculamētis omnibus,
 veterator ei in forma speciosa Angeli se ostentasset,
 crucis signo se munivisse, eo quod sciret Angelum
 lucis id non moleste ferre, angelum verò tenebrarum illo in fugam
 compulsū iri. Quod & factum est. Nam (verba sunt Brauon. S.) simul atque signū
 illud malignus tentator vidit instar fumi ab

h Senat. » oculis eius euauit (b).
 Brauo. in » Quarto videndum, quomodo se spiritus ipse
 vit. S. Of. » ingesserit. Nam proficientibus (vt admonet
 ual. Wil. » P. noster Ignat. c) Spiritus malus se durè, im-
 gorniens. » placidè & violèter, quasi cum strepitu quo-
 cap. 2. » dam, vt imber in saxa decidēs, infundit, bo-
 cin Lex. » nus verò iisdem leniter, placidè & suauiter,
 ercit. de » sicut aqua irrorat spōgiam. Illis verò qui in
 dignos. » deterius proficiunt, experientia docet, con-
 spir. » tra euenire.

Quintò

Quintò aduertendum eo, quæ initio mentem
 letitia demullerat, ea sit postea in horrorem
 & metorem veritatem num qui cepit à principio,
 sensim horrorem motus non fuerit, sed constans
 permanferit. dux enim sunt hæ reuelationum
 falsarum notæ. Sin autem initio quidem homo
 perturbetur, & horrorem aliquid per sentiat, sed postmodū
 hac molestia & anxietate animi deterfa, dulcedine
 quadam interna perfundatur: signū esse diuinæ
 consolationis, vt nos B. Antoni docuit. Cui rei
 naturalis esse causa videtur, antipathia quæ est
 homini cum dæmone homicida, & sympathia quæ
 homini cum angelis intercedit (d). Ad illam
 antipathiam retulerim libens vulgarem quandam
 opinionem, quæ vigeat temporibus Beati Petri
 Cluniacens. * à qua ipsemet non erat alienus;
 nempe eos quibus mortui apparuissent, non diu
 superuiuere, fortassis orta opinio inde, quod nonnullis
 demones in mortuorum specie cum apparuissent,
 illi ex horrore, & vitæ mortisque antipathia morbo
 contracto, mox decesserant. Cæterum documentum
 illud Diui Antonij, est accipiendum, de vera
 interna dulcedine, quæ fœmem ac desiderium
 virtutum adfert, & adauget, præcipuè caritatis
 & humilitatis, quæ limitationem merito Beata
 Catharina Senensis adiecit.

d Guilh. P. d
 vrsiens. 2. p.
 principa. de
 vniuer. p. 21.
 cap. 152.
 * li. de mi-
 racul. c. 11.

Z 2 Sextò



Sexto considerandum, num reuelationes veris miraculis astruantur, tunc enim nihil dubij manet, quin à Deo fuerint, vt illa nobili matronæ facta, cui reuelatum S. Winyvalocum ei quam amiserat, oculorum claritatem redditurum. Mox enim vt Sanctum adiit, visum amissum recuperavit (e). Mira verò & prodigia, non satis idoneè reuelationem confirmant, quia potest ea dæmon efficere. Etsi tamen miracula defuerint non tamen ex hoc solo capite censenda reuelatio falsa fuisse. B. Præcursor Christi propheta fuit, & plus quàm propheta, miraculum tamen nullum fecit.

e SNT. in vi. S. Winyvala loci, 3. Mar.

Septima regula est, quod si cum reuelatio fuerit absolutè aliquid, & non sub conditione, prædicens (prophetiam vocant absolutam & independentem) & postea contrarium euenit, vel non euenit, quicquid prænunciatum fuit; falsa reuelatio, & non de cælis est. Probatio (inquit Gerson) spirituum respicit, nedum personam, quæ visiones patitur; sed visionum qualitates, si verè sint per omnia, etiam vsq; ad minimam propositionem. quoniam in spiritu veritatis falsitas non est: in spiritu autem mendacij mille quæque sunt viæ apertæ, vt in vnica latenti falsitate decipiat. Ideo Christus dæmoniacos & Paulus Pythoniissam prohibuerunt à testimonio veritatis, quam profitebatur.] Ex hoc

hoc indicio probatur verè fuisse reuelationes Catharinæ Raconisæ, quas recëset Ioan. Franci. Picus (f) & Margaritæ Rauennatis f in eius vi. apud Hieron. Rubeum (g) & B. Aloysij Bergtradi, & de societate nostra P. Franc. Borgie, g Hist. Rauenatis vt ex illius vita retulit Tho. Bosius (h) hinc anno 1520. etiam probantur diuinæ fuisse reuelationes h lib. 6. de Ioannæ illius virginis Lotharingicæ, quæ di-Noris Eccle. cta Gallis La pucelle tenne, quæ Carolum VI. cap. 2. Francorù Regem in regnum, vnde Anglorum fuerat armis deiectus, restituit circiter annù 1428. quam pari inuidia, cru delitate, calumnia, & iniustitia, sape ab illa victi profligatiq; Angli, cum in pugna viuam cœpissent, flammis veralibus, qua si maleficam cõbuserunt: sed postmodum anno 1456. Calixtus Romanus Pontifex, aut iuxta alios Pius II. causæ cognitionem Archiepiscopo Rhemensi Ioanni, & Guilhelmo Parisiensi delegauit. hi verò innumeris testibus omni exceptione maiorib; de innocentia, modestia, castitate & religione Ioannæ auditis, Bosius lib. 2. eius innocentiam & sententia illius iniusti. de Not. Eccl. c. vi. cuius declararunt iudicia cta Parisiis asseruari. cle. c. vi. cui ea in vrbe natus Papyrius Masson. testatur. adde Philip. Bergomat. fauent eiusdem innocentiæ non Francimodo scriptores (quos vt suspectos Britani re- de clar. mu iiciunt) sed & alienigenæ Itali Græciq; (i): sed licet. c. 157. & Belga Meierus (k) parum aliàs in Francos k lib. 16 An- benignus & Hispanus Mariana doreb. Hi- nal. Fland. span.



span. libro vicefimo extremo. Philippus Bergomensis ait, tum duos adhuc ex iniquis Ioannæ iudicibus fuisse superflites, citatos & legitimè conuictos, damnatosque & cōhustos: duorum verò aliorum iudicū mortuorum ossa, effossa, & similiter concremata fuisse, & in flum Rothomagi, vbi virgo fuerat combusta, templum construi, & ex reliquis prædictorum bonis, quæ confiscata per sententiam fuerant, ibidem ad DEI honorem, & defunctæ propitiationem, sacrificium quotidianum institui. sic honor immeritè detractus, tandem vix vicefimo post mortem anno, iudicio Pontificio, restitutus. Hoc lapide veritatis Lydio deprehensa leues & fictæ reuelationes, olim quidem Montanistarum (l), & recentiori memoria Ioannis Sagi B. thyci & Frat. Ioann. de Rupescissa (m) & nostro tempore Monialis Lusitanæ, quæ forte adhuc in viuis; & Francisci de Cruce in Peruvia (n). Ideo, mea quidem sententia, incassum quidam conati fuisse reuelationes Hieronymi Sauonarolæ Ferratiensis tueri, Apostolico iudicio damnatas. Quam ille multa de Ecclesiæ reformatione, de Turcarum & Maurorum conuersione, de Florentinorum felicitate, quæ mox adimplenda, & astantium multi erant visuri antequam morerentur, prædixit? addēs (in reuelationum compendio) illas ab-

solu-

solutas & immutabiles prophetias esse? attamen nihil horū fere adhuc contigit, pleraque omnia intra centū ferme annos cōtraria cōtigerūt. Quare ex partiū studio, & Alex. VI. atque Mediceorū odio factum, vt non confideranter Historici nonnulli defensionē Sauonarolæ susceperint, vel dānationis iustitiā in dubiū (o) vocarint. Profecto sicut euē-

o Sabellie.

Ennead. 10.

l. 9. Arnold.

Ferron. l. 2.

rerum Frā-

cica. & alij.

p lib. 5 Geo-

graph. sub

fine.

q li. 3. rerū

italicarū.



Elizabetham Angliæ Reginam, & præfatio
in Genesin, aliaq; nõnnulla eiusdem opuscu-
la; nisi farrago quædam dæmoniacarũ reu-
lationum, quarum præcipuam de ann. 1580.
iam tempus mendacij conuici? Cõtra pru-
denter ex subsequuta euentus veritate Nicol.
Sanderus S. Virginis Cantianæ Elizabethæ
Bartonz, vaticinia à Deo fuisse comproba-
uit, *l. de hismate Anglicano*. Sanæ vitæ sancti-
tas, Martyrij laurea, & clarissimorum Syn-
martyrum Roffensis & Mori cõtestatio lo-
cum dubitationi relinquunt nullum. Quam
dissimilis in eadẽ insula nata Elizabetha alia
de cuius fraudulenta prophetia sic Sander⁹
seribit; Heretici inquietum & turbulentum
genus hominum, ad cõmouendum Londi-
nensem populũ, seditioni tũ & hæresi valde
deditũ, inauditum adinuenerunt stratage-
ma. Induxerunt quippe quandam puellam
octodecim annos natã, hæresi simul & præ-
cio corruptam, in eam improbam simula-
tionẽ, vt se permitteret in abdito inter duos
muros cuiusdam domus angulo ad tempus
concludi, & per fistulam ad id aptatam eas
voces edere, quas istius strophæ artifices sibi
suggererẽt. Nomẽ puellę Elizabetha Crofta
erat, doli author Dracus quidam. Ita ergo il-
la instructa & in loco ad fraudem accõmo-
dato collocata, n̄ mirabiles emittit continuõ
ex antro suo voces, easque tam sonoras, vt
per

per omnes vicinias audiretur. Accurrunt
vndique ciues, quid sit inquirunt, miran-
tur, voces non mortalis hominis sed angeli
esse clamabant. vrbi ac reipub. iste spiritus
comminatur miseriam, ærumnas, mala om-
nia, si nuptias cum Hispano aut commu-
nionem cũ Papa Romano admittant. Mul-
ta item contra sanctum sacrificium, & reli-
quã fidem Catholicam quasi oracula fũ-
debat: erant ex conspiratoribus qui datã
operã se turbis adstantibus semper ingesse-
rant; qui huius spiritus propheticas & ob-
scuriores sententias, ad religionis euersio-
nem & seditionem mouendam interpre-
tabantur. Magistratus autem ad multitudi-
nem compescendam & quid rei sit iustran-
dum accedit. Fraus difficilimẽ apparuit: sed
tandem inito consilio de diffodiendo mu-
ro & vicinis parietibus, vnde voces reddi
coniiciebant, misera puella prodiit, ac exa-
minata quorum suasu & consilio hoc fece-
rit, confessã est statim; se à quibusdam sedi-
tiosis sectariis, & ab eo imprimis, quem no-
minauimus, Draco, ad istam nequitiam in-
ductam fuisse.] *Hac ille lib. 2.* Quid autem ne-
cessẽ Munzeri, Lutheri & similibum pseudo-
prophetias memorare?

CAPVT I.

De diuinatione.

Sicut species præcedens vera, sic ista falsa.



ideo illam Cōiectationi præposui, quæ quasi mixta.

QVÆSTIO I.

Quid sit diuinitio?

ESSE aliquam constat, vel Cicer. teste, cuius de ea duo libri supersunt, videtur nihil aliud esse, quàm significatio occultorum ex pactis conuentis cum dæmone.] *Significatio*, inquam, quia non perficitur solâ mentis intellectuione, siue cognitione, sed signis quoque & verbis exterioribus vitur, qua in re differt à sciencia per vanam obseruantiam acquisita. Est autem tam præteritorum & præsentium, quàm futurorum, dummodo illa sint occulta, hoc est procul remota ab humana cognitione (r). Ideo malui dicere, *occultorum*, quàm *futurorum*. Nam prophetia & diuinitio in materia cōueniunt. Quæ de pacto cum dæmone ad duntur, illa separant diuinationem, à prophetia, & à naturali cōiectatione. hæc enim nascitur ex disciplina & obseruatione humana: illa verò desuper à Deo infunditur. Cumque quanta quanta est diuinitio, dependeat ab ope dæmonis, qui æmulatur diuinitatem furando diuinationem, vnde & dicta diuinitio quasi diuinitatis imitatio: sequitur diuinationem non posse progredi vlteriùs, quàm dæmonis cognitio per-

tingit.

r vide quid
hoc sit. sup.
s. l. q. 1.

tingit. sequitur etiam, nec arte, nec natura diuinationem perfici. Utuntur ad eam magi diuersis instrumentis. Qui pactum expressum habent cum dæmone, quia nouerunt gratius illi nihil accidere hominum idololatræ cultu, ideo plerumque sacrificium interponunt, ara statuta, precibus nūcupatis, accenso thure, vestibus ferè, quales sunt nostrorum Sacerdotum (r). Neque s. suse Gril- tamen hoc semper faciunt, sed omittunt a- lan. q. 5. m. 1. liquando, vel quia temporis angustia non patitur, vel quia hoc non exigit forma diuinationis qua vtuntur. sunt enim plures & diuersa, vt post docebo. Qui tacitum pactum habent, ii variis vtuntur obseruationibus, pro natura sceleris; non quidem sacrificantes, sed quæ faciunt & dicunt, tamen referentes gnari, vel ignari in honorem dæmonis.

QVÆSTIO II.

Quæ occulta possit dæmon reuelare?

QVÆDAM, non omnia, possunt; quia non omnia norunt: quæ communis est orthodoxorū sententia, post Tertullian. t Tertullia. & Origenem, nempe D. Augustini, Eusebii, Apolog. cap. Anselmi, Rabani, Damasceni, D. Thomæ 22. Orige. (r). Adseribā solius verba Marci Historici, q. Periarth. postquam narrauit mendaces responsiones libro 4. idoli



Euseb. li. 5. idoli Veneris, subdit ista; Tales enim sunt
 de propa. daemones, vt qui decipiant, & nihil veri di-
 vat. c. 10. cant. Neque enim possunt aliquid certò
 August. li. 1. præscire: sed ex verisimilibus præ se ferunt
 de diui. se præscire apud eos qui eis seruiunt. Quo-
 nat. d. 6. modo enim possunt verum dicere, qui ex-
 mo. & 2. ciderunt à veritate? Quod si in aliquibus
 Retract. contingit eos diuinare, hoc fit ex eo quod
 cap. 30. euenit; quo modo etiam accidit in homi-
 Damasc. nibus, vt saepe quædam prædicant futura,
 li. 2. de si de re quæ euentura (r).] Quæ valdè obscu-
 de c. 4. An- rē dicta, sic intelligenda, vt vera sint: malle
 sel. de casu demones mētiri; sed posse, si velint, verū ali-
 Diaboli c. quādo dicere atq; adeò dicere solere, vt tñ
 21. Raban. hac ipsa veritate decipiāt. Nōnulla quoq; q̄
 in ca. scien- creatam scientiam non superant, scientificè
 dū 26. q. 4. posse prædicere, iuxta illa, quæ mox dicēda.
 D. Thom. Primò nequit daemon certò prædicere, ea
 in tract. quæ sunt omninò liberè futura (x), vt sunt
 qq. 10. q. primò quæ dependent absolutè à voluntate
 de damo. & Dei, cuiusmodi sunt supernaturalia myste-
 p. 1. q. 56. ria, nec non gubernationes & mutationes
 v Marcus regnorum ac rerum pub. quia corda Princi-
 in vita S. pum sunt in manu Dei, qui solus illa com-
 Porphyrio- mutat vt lubet. 2. ea quæ dependent ex ar-
 nis Gaz. & E- bitrii humani libertate, vt quid cras sim fa-
 pisc. cturus vel cogitaturus. 3. quæ sunt omninò
 x Tertul. & propriè futura contingentia, quamdiu
 & Orig. su- illa non habent causam certam & deter-
 pra August. minatam.

Secundo, ex istis quæ certò non nouit, po- lib. 2. de Gē.
 test daemon multa probabiliter tantū & cō- ad litt. cap.
 iecturam faciens prædicere (y). Summam 17. & An-
 enim diurnā obseruatione sibi experien- selm supra.
 tiam comparauit, & pollet angelico ingenii y Euseb. d. c.
 acumine, & optimè nouit rerum naturali- 10. Aug. de
 um facultates, & ad quid valeant hominum diuinat. de-
 voluntatē mediante appetitu sensitiuo in- mo. c. 5. &
 clinare, nouit omnium hominum tempe- 6. Dama-
 ramenta, affectumque; nouit quid ex his & sce. lib. 2. de
 illis sequi soleat. Vnde contingit vt sæpè ad fid. c. 4.
 amissim prædicat, quid quando homines
 sint facturi; vel etiam quod Deus hunc vel
 illum populum sit puniturus; quod talis ex-
 ercitus gladio, fame, pestilitate affligetur;
 quòd talis à tali sit occidendus; quòd Prin-
 ceptus de folio exturbandus. nam & hoc ex
 diligentia & fide coniuratorum; socordia &
 incuria cauendi, vel pellendi, potest colli-
 gere. Sic apud Nicetam, fanaticus ille Basi-
 lacius Iſaacio excaecationem, & de folio de-
 iectionem, quæ mox cōsecuta, prædixit (z). z Nicetas
 Degebat iste vates prope Rhadestum: habe- Chonia. li-
 batur à vulgo propheta. Cæterum (ait Ni- bro 3.
 betas) nihil veri aut perspicui de rebus futu-
 ris loquebatur, sed verba confusa, inter se
 dissidentia & perplexa fundebat: & quam-
 uis sæpè ridicula quædam admisceret, ta-
 men turbam pastorum, agricolarum & re-
 migum attrahebat. Nam mulierum ad se
 veni-



venientium mammis contrectatis, & talis explorari obsecra promebatoracula, & ad plerasque quaestiones non respondebat, & suas diuinationes discursationibus & insanis gestibus peragebat. Adstabant ei quoque cognatae aniculae uacordes & insanæ, quæ consultoribus explicabant, quid illi Basilicæ gestus rerum futurarum designarent, & taciturnitatem, ut sapientem orationem, interpretabantur. Is igitur homo, ut dixi, vates vulgò habebatur, & futura prædicere putabatur, à mulierculis præsertim, quibus turpes quaestiones, & deformes vestium implexiones, pro ludo & ioco cordi erant. Cordatis uerò hominibus, ineptus histrio & uetus silicernium uidebatur. Erant etiam qui eum Pythonico spiritu esse præditum haud obscure iudicarent: quorum ego iudicii maxime assentior] rectissime. nam & obscæna illa disquisitio; & discursationes, uerbaque perplexa, cuncta Satanicum fanaticum fuisse conuincunt. Ut & ea quæ sequuntur; Imperatorem enim ad se uenientem, neque ut tanta potentia præditum excepit; neque salutationi eius, quæ erat, *Salute pater Basilicæ*, respondit, neque tacito nutu capitis gratias egit: sed huc atque illuc, instar pulli equini, aut hominis furiosi saltans, accedentibus maledixit, nec ipsi quidem Imperatori parcens, vix tandem in-

quie-

quietis illis agitationibus omissis, seipione, quem manibus gestabat, imaginis Imperatoris, quæ in eius oratoriarum cellæ pariete depicta erat, oculis erasis, etiam pileum de capite illius auferre studebat. Quæ cum fecisset; Imperator eo, ut deliro, despecto, discessit.] vaticinium mox euentus comprobauit; quem poterat quibus sagaci prudentia præuidere, cum & Alexius diligentissime in fratris perniciem tenderet, & Isaacius, inopportuna securitate, omnes delatores arceret atque repelleret, ad cõ ut uelle perire uideretur.

Tertio, potest Diabolus certò prædicere, quæcumque dependent à causis necessariis, quæ quidem ab aliis naturalibus causis nequeunt impediri; ut sunt motus cælorum, eclipses, coniunctiones astrorum & eiusmodi, quæ uerò non necessariò, sed ut plurimum dumtaxat eueniunt, eo quod possint ab aliis causis naturalibus, impediri, ut imbres, pluias, nimbos, tempestatesque sonantes, & alia de hoc genere illa per coniecturas cognoscit, & probabiliter prædicat tantum. Certo quoque potest prædicere, ea quæ nouit se permittente Deo facturum. Sicut v. g. si Deo permittente ipse pestilitatis alicuius auctor & illator fuit, ut mali cessatura certo die; nonit pestẽ cessaturam: idque certius adhuc, si ex pacto, ad certi signi alicubi



cubi recōditi vel conditi sublationē mor-
bus desinet: poterit certō finem mali prædi-
cere. Sic puto Turca ille Famagustanus, qui
congregata in foro concione populi, præ-
dixit se intra horæ spatium moriturum, &
cōfestim se mortuo lucem desituram: quod
& factum. huic dæmon hoc manifestaret.
refert historiam Villamontius lib. 2. peregrin. cap. 7.

Item quæ intellexit per reuelationem: siue
illa contineatur in sacris literis, siue aliter
dæmoni fuerit à Deo manifestata. Hoc pa-
cto tam multa olim maligni spiritus prædi-
xerunt de fidei arcanis, de Christi ortu &
miraculis, de idololatriz euerfione & simi-
libus, vt cū Hermetem iidem spiritus docu-
erunt Ægyptiorum superstitionem abo-

2 Aug. lib. 8. de ciuit. Dei c. 23.
lendam (a); cum Apollo se cedere Hebræo
puero pronunciauit, & alia quæ accuratē
congesta à Steucho Eugubino (b). Hęc quo
ad futura.

*b libr. 3. de perenni phi-
lo. à cap. 14.*
Quartō, nihil dubitandum præterita dæ-
monem omnia memoria tenere, quæ vel a-
liena relatione accepit, vel ipso coram ge-
sta fuere: tunc enim actus cognitionis cog-
noscentis rem vt præsentem, sui speciem
in mente dæmonis impressam reliquit.

Quintō, de præsentibus res obscura nō est
nam quæcunq; actu exteriori prodita sunt
vt secreta furta, res pditæ, thesauri olim de-
fossi, metalla subterranea, q̄ hominū cogni-
tio-

tionem fugiunt, dæmonibus nota sunt. de c. 3. Reg. 17.
solis cogitationibus in animo manentibus 39. Act. 1. v.
controuertitur, an eas dæmon cognoscat? 24.

Experientia sæpe probauit illum non esse d D. Ambr.
mendacem indicem, sed per energumenos in Luc. c. 5.
veris infamiz iaculis configere. Scio quid D. Hiero. in
Scot. Duran. Ockam censuerint sed placet Matth. c. 9.
communior sententia Alberti Magni, Ale- D. Chryso-
xa. de Hales, D. Thomaz, D. Bonauent. Ri- homil. 30. in
ehardi, & Ariminenf. virtute sua naturali, Mat. B. Cy-
nullas eum affectiones liberas, vel cogita- rillus libr. 2.
tiones spontaneas hominis, sine alicuius in Ioan.

manifestatione, posse cognoscere. quia hoc e Xenoph.
Deo proprium (c). Quo argumento Sancti lib. 4. de
Patres Ambros. & alii (d) probant Christi dict. & fact.
diuinitatem, ex cogitationum secretarum Socra. A.
cognitione. Sed & Gentiles hoc fassi, cogi- pollonius
tationes hæcæ soli diuinæ naturæ perspe- 17. an. in
ctas ceteros latere (e). Verum si cogitatio- Orat. ad
nes vultus vel membri alicuius motu, aut Domitian.

mutatione, vel alio extrinsecō signo pro- Iulianus A.
dantur: peritius & solertiū, quàm exercita- postat. apud
tissimi medici, ex huiusmodi dæmones in- Annianū
diciliis interbas animi affectiones deprehen- li. 25. Pacu-
dunt, vt docent Augustin. & Cassianus (f). uis apud
Potest etiam veterator aded vehementer Gell. lib. 14.
phantasmatibus immisissis hominē turbare, f D. Aug. d.
vt vix ad aliud aduertere, vel aliud queat tū c. 5. Cassia-
cogitare, quàm quod ab eo suggestum fu- collat. 7.
it: ita fit vt videatur diuinare quæ homo cap. 16.



cogitat. hoc accidit in Albigeriana visione, de qua ex Augustino Cardan^o (g). ita Scotus Parmensis anno 1579. Traiecti ad Mosam hanc cogitationum scientiam aucupabatur. dicebat enim, cogita quod voles, & cogitationem diuinabo. scilicet demon importunissimam statim de te aliqua Mago nota immittebat cogitationem.

Notanda se xto circa hæc fraudes aliquæ diaboli. Nam cum est ignarus rei futuræ; tum, si coram prudentioribus & doctioribus agat, exili sono, ambigue vel perplexe & obscure adeo respondet, vt vix intelligatur. exempli vetera suppeditant varii (b).

h. Cicero de recentis vnum Grillandus (i). idemq; fieri ab eo solere testatur Pfellus libr. de Nat. lib. 6. prædemon. Si res ipsi sit cum ignaris & simplicibus, fucum non facile deprehensuris audacter, & palam mentitur (k). Causa tam ambigue respondendi est, vt quomodo-cunque res accidat, vel laudem consequatur, si pro consultoris voto; sin contra, quele Puffel. lib. at prætexere ignorantiam atque stuporem 4. de præpa. interrogantis, qui mentem responsi non c. 1. & lib. 5. intellexerit. Ecce Cræso responder.

Perdet Cræsus, Haly trāsgressus, maxima regna. Si vicisset Cyrum, hoc volebam dixisset, te copias omnes hostiles depopulaturū. Vincitur Cræsus; hoc ait volebam, te amissurū regna amplissima. cur mentem meam non affecu-

affecutus? Simile responsum tulit Ferrantius Flandriz Comitum mater, cum pro diademate carcerem filius sibi infelici prælio despondit. lege Gaguinum libr. 7. Hist. Franc. & Bernard. Girard. lib. 10. Annal.

Septimo sciendum dæmones qua pollent celeritate, qua in remotis longo itinerum interuallo regionibus geruntur ea tam celeriter denunciare posse, vt diu ante prædicta ab ignaris putetur. Sic Apollonius cum Ephesi esset, exclamauit, vt præsens spectaculo, Romæ interfici Domitianum (l). aliud exemplum de quodā iuuenē refert Gellius (m). aliud de Charibero Aimoinus (n), aliud sui temporis Grillandus (o) plura xui huius Nicol. Remigius (p).

De his qui volet plura legat Grilland. 7. 6. a. n. 3. Michaël Medinam lib. 2. de rella in Deum fide cap. 1. Binsfeldium in rub. C. de malef. & mathema. Notab. 10.

Philost. in vita Apoll. m libr. 15. Noct. Attic. ca. 18. n lib. 3. Annal. c. 22. o q. 6. n. 8. p libr. 3. de monol. c. 101

QVÆSTIO III.

Quomodo dignoscatur diuinitio à prophetia & coniecctatione?

QVANDO pactum adest expressum, nihil res habet difficultatis: in pacto tacito difficilium iudicium. Tria tamen poterūt obseruari; nempe proportio rei cognoscendæ, & causæ per quam cognitio quæritur; natura quoque, qua prædita



est cognitio qualita; & intentio, quam habet qui querit.

Primo, si talis sit illa proportio vt sufficienter vnum ex alio deprehendatur, non erit diuinatoria, neque damnanda hæc inquisitio. Proportio autem huiusmodi triplex est. vna, qualis effectus ad suã causam, sic cognoscitur eclipfis ex cœli motu: alia, qualis causæ ad suum effectum, sic ex fumo ignis cognoscitur. tertia qualis diuersorum effectuum cum causa communi, cui vterq; effectus connectitur, & sic originis ratione etiam sibi quodammodo proportionatur; sic, quia quæ causa est arcus cœlestis, eadem quoque causa est serenitatis, rectè serenitatem ex arcu cœlesti colligemus. Si verò ex nullo horum capitum trium queat vnum ex altero cognosci; censenda inuestigatio cum tacito dæmonis pacto coniuncta.

Secundo, quo ad ipsam cognitionem, siue modum cognoscendi, considera; Num queratur cognitio certa & infallibilis, vel saltem firmiter, quàm par sit sperari; considerata humani arbitrii, & aliarum similium causarum concurrentium libertate; tunc pactum tacitum censetur. Hinc vehemētissima suspicio nascitur contra astrologos, onirocriticos & similes, qui de huiusmodi futuris contingentibus aliquid absolutè asserunt, etiam si dicant, se velle id probabili-

liter

liter tantum affirmare (q). Contra ex eodem capite excusandi astrologi, onirocritæ & similes: qui reuera non nisi vt probabiliter, & indefinitè, circa humanos euentus, quædam coniciunt, ex impressionibus cœlestibus & corporeis affectionib⁹, quas homines vt plurimū sua spēte sequi solent (r). *Caictan.*

Tertio attendendum, velitne quis ferio querere cognitionem occultorum per media ad id vana, & ex mediis istis solis non à Deo, illam expectet. nam & tunc præsumitur tacitum pactum subesse. Ex hoc capite à superstitione diuinatoria excusabitur. 1. qui ioci tantum causa huic diuinationi vacaret, sciens eam inutilem esse: quemadmodum nemo superstitosum iudicet eum, qui in cerebro gallinæ smaragdum, vel in simiæ tergo caudam quæreret, sciens se illic non inuenturū. 2. qui gnarus rem ad hoc natura sua inefficacem esse, per hanc tamen, à Deo cognitionem expectaret precibus & desiderijs petitam: sic in S. excusantur sortes consultoriæ de furto Acham (s), & de causa tempestatis (t), & de Ionatha (v); iuxta dictum sapientis (x): *sortes mittuntur in simiæ, sed à Domino temperantur.* sic etiam excusandi, qui in gravi causa & arduo negotio, cum aliud non suppetat remedium, signum à Deo petiere, ex cœlo vel terra; vel doceri cupiunt, per aliquam vocem siue a-

q. Sixt. s. in bulla contr. astrolo. & c.

r. Caictan. 2. 2. q. 95. a. 5. & c.

s. Iosu. 7. t. Ion. 1. v. 1. Reg. 17. x. Prover. 16. v. 17.



tionem humanam, præter intentionē di-
y D Thom. ctam vel factam (y), vt seruus Abrahę & Io-
nathas fecerunt (z). Et hæc veriora sunt,
2 Genes. 24. quam quæ nimis rigida Niderius posuit in
1. Reg. Præcep. 1. c. 9. lit. D. in fine.

14.

QUESTIO IV.

Quale peccatum sit diuinitio?

IN PRIMIS illicita est, & superstitiosa, &
lasciua heresim, quando queritur cog-
nitio rerum ipsi dæmoni incognitarum. Illi-
cita, superstitiosa & manifeste hæretica,
quando dæmoni cultus latræ vel dulix ex-
hibetur, vel imagines baptizantur, vel
pueri rebaptizantur, rerumque sacrarum ab-
usus accedit. Illicita tantum & non super-
stitiosa, quando queritur cognitio quæ dæ-
monis scire non superat (a).

a Põna. cõm.
67. in par. 2.
direct. In-
quisit. de
quo nos
plura lib.
seq.

Secundò sciendum, quod explicitum
pactum, semper sit mortiferum, siue voce,
siue facto dæmon inuocetur: nec inter fide-
les vilis videtur locus esse ignorationi. Al-
cimus Auitus, vt mittam ceteros, contra di-
uinationem illicitam hanc tulit sententiam
vel illimam lib. 2. Carmin. c. 15.

*Nec minus hos pulsat temeraria cura sciendæ
Angit præcitus ducti quos terminus aui;
Cum tamen eductas inferni sedibus ymbra
Colloquium miscere putent. & nota referre:
Spiritus erroris, qui tum baccharur in illis,*

Ad

*Ad consulta parat variis responsa figuris.
Ne vero multis dicamus singula verbis,
Præsenti illusus, damnabitur ille perenni
Iudicio quisquis vetitum cognoscere tentat.]*
Sine exemplo Saul consulens Pythonissam
in Endor, & vxor Ieroboami consulens Be-
elzebub Deum accaronitarum. [1. Reg. cap. 28.
& 4. Regum cap. 1.] Natura quoque sua lethali
est Diuinitio coniuncta tantum impli-
citæ siue tacitæ inuocationi, seu quod idem
est pacto; sed sit veniabilis, 1. propter igno-
rantiam: si illa tanta vt difficulter vinci po-
tuerit; hoc est nec affectata, nec nimis cras-
sa vel supina fuerit. 2. licet materiæ leuitas
ordinariè non excuset, eo quod hæc est v-
surpatio cognitionis Deo reseruata, quæ
per se admodum grauis, etiamsi à materia
abstrahatur; tamen quando claris indicis
constaret animum & intentionem planè
caruisse superstitione, (v. g. quia non tam
cognitionem adipisci voluit, quam tali ob-
seruatiuncula sic se per iocum oblectare)
peccatum fieret veniale vanitatis: posset-
que nonnunquam contingere, vt talis ioc-
us ab omni delicto immunis esset, & adeo
decenter & opportune adhiberetur, vt ad
virtutem Eutrapeliæ videretur pertine-
re. Sic P. Gregor. Valencia (b),
quem in hac questione sum
secutus.

b 2. 2. dist.
6. q. 12. p. 4.



Quotuplex sit diuinitio.

c Aug. lib. 2. de doctri. Christi. c. 22. & 23. D. Tho d. qu. 95. a. 2.

EX D. Augusti. & D. Thomæ doctrina (c) diuinationis omnis fundamentum est implicitum vel explicitum pactum cum demone. Implicitum censetur, quando quis quaerit, cognitionem soli Deo reseruatam, aliunde quam ex Deo, idque mediis indebitis hoc est à diuina providentia ad hoc minime institutis. Nam hoc ipso quod quis ad has vanitates & insanias falsas respicit, vult profecto à demone edoceri; qui huiusmodi curiositatum auctor est, & earum functionibus se libētissimè permiscet. Explicitum pactum seu inuocatio duplex est. nam vel fit expressis & conceptis verbis, vt faciunt incātatores, qui coniurant per illicitas formulas à demone institutas; vel fit ipso facto & actione, quādo quis facit illud, quod nouit demonem, pro signo seu tessera suę opis & efficientiæ, constituisse (d).

d Caietan. d. q. 95. ar. 3. Nauar. c. 11. Manual nu. 21. e d. q. 6.

Theologi explicitas omnes (vt & Griland. e) reducunt ad *Necromantiam*: implicitas, ad *Sortilegium*, & *augurium*, nimis laxè & impropriè his vocibus vtentes, quarum pressior est significatio, nec satis omnes species (quæ penè innumere) comprehendens: de quibus iam materia & ordo me vocant sigillatim agere. Diuidā in duo quasi capi-

ta omnes quas inuenio species, priore complectar eas, in quibus clare cognoscitur pactum expressum: posteriore cæteras.

QVÆSTIO VI.

De speciebus diuinationis, in quibus aperta inuocatio interuenit.

HVIUS summa quasi genera sunt duo, *Oraculum* seu *Demonomantia*, & *Mantigania*.

Oracula, vaticinia, χερσμοδι, uavri vuar m, De- f Dial. Tro-
monomantia, hæc omnia possunt pro iisdem *phonius*.
sumi; nam commune omnibus est, quod iis g vid. *Celisi*
Theomantiam veram siue *prophetiam* Diabo- *Calcaguin-*
lus conatus fuit imitari, dando petentibus *lib. de orac-*
responsa, vel ex antris vel ex statuis, vel ex *lul. Siren-*
hominibus. Talia fuere, oracula, Iouis Do- *l. g. de fato.*
donæ, quod à posteris Dodanim institutū, *Leloyher h.*
qui Magi fuere, & quercus consecrarunt; & *4. de spect.*
pelus pulsari instituerunt, quæ species di- *h Marcus*
uinandi diu sane viguititē Iouis Ammonis, *in vit. s. Por-*
quod Hebræum vocabulum significat ve- *phyrrionis*
racem: item Iouis Trophonij; de quo exstat *GaZensis*
accuratus Dialogus Nicolai Leonicensi (f) *Episco.*
itē Apollinis Delphici, Clarij, Delij, Smy- *i Tamblick*
thæi & innumera (g) alia; Veneris etiam Ga- *l. do myster.*
zensis, paucis noti (h). Horum causam phy- *Plutar. l. de*
sicam reddi posse multi censuerunt, non ve- *desec. orac.*
teres tantū, sed & recentiores viri eruditi (i) *Pomponat.*
pleris.



L. de incant. plerisque visum est peculiarem quandam locum
Aponens. in illius est terra exhalationem, quae fanatico
sect. 30. pro- efficiat adducere. Utuntur similitudine pe-
blem. Levi. tita ab illis, quos atra bilis exagitat; quos
Temn. li. 2. inquit, non modo sibi ignota fari solere
de ocul. c. sed linguis etiam loqui, quas dum sani erant
2. Sirenius nullo modo sciuisent. Verum hoc, quod de
et alij. linguarum locutione addunt, atrae bili tan-
quam causae efficienti, nequit adscribi, quia
dependet à consideratione. Praeterea sanior,
hoc est Christiana philosophia hac in re
consentit Psello; quem illi iniuria reprehē-
dunt; qui Psellos, & cum eo Fernelius insi-
gnis medicus (k), censuit effectus tales ad-
scribendos daemioni adfidenti, vel obsiden-
ti hominem, specum, statuamue; per acci-
dens tantum fieri, ut daemon hac, quam il-
la loca, ubi talis non est exhalatio, velut ac-
commodatiora instituto suo deligat; sicut
& libentius obsidet atrabiliariorum corpo-
ra. Quare quod, expurgato medicamentis
corpore, cesset vaticinatio; hoc inde fit, quia
daemon illa corpora deserit, in quibus non
inuenit amplius amicae sibi dispositiones.
Quod verò praesca cessarint oracula, non tā
tribuendum vaporis seu exhalationi illi de-
ficiēti, quam virtuti Saluatoris nostri Iesu;
qui superueniens fortior, forti armato hac
deceptionis vasa extorsit. Iamblichus, ipse
sibi contrarius (l) vaticinia nec ab arte, nec
à natu-

Et l. de abdi.
ver. caus. 2.

Et l. de myste.
c. 21. & 26.

à natura, nec à ratione, nec ab alia quapiam
causa manare censuit, sed diuinitus tantum
concedi, hoc est à daemonibus. Daemon au-
tem haec oracula pleraque per maleficas fun-
debat, tales enim fuere illae feminae, quae
dictae Dodonides columbae; ut docuit Pausanias
in Arcadic. (m) tales Gallicena (sic dictae mu-
lieres antistites Gallici numinis, in Sena
Britannici maris insula) quae magici carmi-
nis vi tempestates ciebant, seque in quae col-
libitum animilia videbantur transforma-
re, futura praedicebant, & sanabant quae aliis
insanabilia (n) tales Pythia Delphis, ut ex de-
scriptione Oraculi à plurimis (o) tradita pa-
tet: talis fatidica Branchidarum quod oraculum
ab Iamblichio (p) descriptum. Magi etiam antiq.
fuere vates Colophonij, Trophonij, & Sora-
ctini, de quibus Pausan. in Achaic. & Strabo
Geograph. lib. quinto legendi. Talis Fran-
cica Pythionissa, quae Meroneum decepit, pli.
de myde qua Gregorius Turonensis. histo. Franc. ster. Aegypt.
libro quinto, capite decimoquarto. Tales omnes q
Pythionici, qui & ventriloqui dicti, & *ερασιπλοο*
σοι, & *ερασιπλοοι* (eo quod ex imo ven-
tre vox prodire videbatur, ut explicant O-
rigenes & alij (q) & *ερασιπλοοι*, eo quod
aliquando sub pectore infra cutem se dae-
mon ostendet, & per pectus loqui vide-
tur (talem se vidisse scribit Caius Rho-
diginus r) vocantur etiam pythones à
scisci-

m Natalh
Comes li. 6.
Mytholog.
c. 10.

n Pompon.
Mela l. 1. &
13.
o Herod. X
nopho. Stra
bone, & c.
pli. de my-
ster. Aegypt.
libro quinto,
capite decimoquarto.
7. contra
Cels. Chrysf.
in 1. ad Cor.
c. 12. & De
cume. in c.
16. Actor.
lib. 2. c. 10.



sciscitando *πρωτόνομοι*, & *ἀρχικοί* à quodam Eurycle sic obfesso, iuxta Suidam & Aristoph. vel ab ipso dæmone obfidente, quem Euryclen vocat Plutarchus. Huc pertinent quibus dæmon ex arca respondet. operæpretium puto adscribere, quod duo recentiores scriptores Germani de hac re commemorarunt: fuisse in Misnia rusticum quendam: hunc domum retulisse pecuniam vesicæ suis inclusam, & scamno imposuisse: cumque aliò abiisset, sus domestica, vt vorax & multivoluum est animal, in vesicam incidit, & vt vidit deuorauit. Rusticus rediens, quam non inueniebat, ab vxore deposcit. negat mulier vidisse se. quid agat? adit stolidus vetulam prope degentem, quâ pro veratrice habebant: iubet muliercula virum in limine domus resistere, nec à linea quam creta notarat latum abire culmum: mox ingressa cubiculum, dæmonem sciscitatur de fure, his verbis, arcâ introspectiens: Quidam N. pecuniam suam domum reuersus tali amisit die. quem ais furatum? respondit veterator ex arca (nouo suo tripode) sus comedit domestica. Tu tamen dicito coniugem eius vt cum sacerdote amasio eam abliguriret, clam sustulisse.] respondet illa rustico, quod à dæmone iussa, tacet de sue. Sed rusticus cuncta sciebat. nam n. hil veritus anile interdictum, pedetentim

ac leniter illam fuerat subsecutus & ante ostium cubiculi substiterat, vt quid malefica moliretur, accurate per rimam obseruaret. Reuersus domum vxori & amicis cuncta narrat: ex eorum consilio suam maculat, erumenam potitur. Desert triueneficam, vt calumniatricem & dæmonis partiarum. magistratus portentum flammis expiauit. Vocantur etiam huiusmodi, à dæmone afflati, vocantur *fanatici* etiam à Iuriconsultis. (/) Grecis *ἰσχυροὶ ἐν δαιμόνιοι ἐν δαιμόνιοι*: differunt ab arreptitiis & obfessis sola vaticinatione. Ex hoc genere fuere, Orphæus, Musæus, Atticus, Tyresias & alij: & communiore consensu Sibyllæ, quarum nomen non est improbabile deductum à *Kabel* (t), recepit, acceptauit, & *Ester*. 4. vnde *Kabala* significat doctrinam cœlitus traditione acceptam. Sanè Sibyllarum antiquissima Sambethe, Noachi filia fuit. Tales etiam sunt *ἰσχυροὶ*, qui à dæmone extra se rapti, motu sensuq; prinati, & mira putantes interea sese aspicere, quæ futura postmodum, enunciant. Omnes huiusmodi fanatici, siue vates idolorû, ventriloqui, Ecstatici, & reliqui quos dixi, damnantur in S. scriptura (v). & contra hos Saul pœnam mortis fanxerat, vel potius à Mose sancitam fuerat excusus (x).

f lib. 1. D. de
adl. adiff.

ver. 4.

לבר

v *Leuit. 24*

v. *vl. Deut*

18. v. 11.

x 1. *Rog. 28*



De Manganiæ modis variis, & primò de Necromantia.

ALTERVM diuinationis caput vocatur *μαντια*, siue *μαντια*, cuius plurimi sunt modi.

Precipu^s est ille quem cū Iamblichò perperam nōnulli audent vocare *μαντιαν*, rem p^ossimam honesti nominis pallio tegentes, vt accurate docuit Pet. Leloyherius (7) aliis melius dicitur *μαντια*, *μαντια*, *μαντια*, communiter dicitur Græca denominatione Necromantiam. hanc gentiles certis locis (quæ putabant esse inferni ostia, vt in occiduo Galliæ littore (2) vt apud The-sprotum, Tarentum, Auernum, Cim-merios & Heraclæam) certis ritibus ex-ercebant, quibus se putabant manes elicere. describitur accuratè à nostris poëtis. Hora-tius Sat. 8.

*carmimbus que versant atq; venenis
Humanos animos, has nullo perdere possum
Nec prohibere modo, simul, & vaga luna decorum
Protulit or, quin ossa legant herbasq; nocentes.
Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis passog; capillo,
Cum Sagana maiore vlulantem (pallor vtrascq;
Fecerat horrendas aspectu) scalpere terram*

Vngui-

Vnguib; & pullam diuellere mordicus agnam
Coperunt, cruor, infossam diffusus, vt inde
Manes elicerent, animas responsa daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea, maior
Lanea, qua poenis compesceret inferiorem.
Cerea suppliciter stabat seruilibus, vt que
Iam peritura, modis. Hecaten vocat altera sauam
Altera Tisiphonen, &c.

Seneca in Oedipo, canit in nemore obscuro
densitate arborum Tyresiam hanc magicen
peregisse, vt Laium euocaret;

Huc vt sacerdos intulit senior gradam,
Haud est moratus praestitit noctem locus.
Tunc 2 fossa cellus, & 3 super rapti rogis
Iaciuntur ignes, ipse 4 funesto integit
Vates amictu corpus, & 5 frontem quatit,
Lugubris imos 6 palla persundit pedes:
Squallente cultu moestum ingreditur senex:
Mortifera canam 7 taxus astringit comam,
Nigro bidentes vellere 8 atq; atra boues
Retro trahuntur 9 flamma praeatur 10 dapes,
Viuumq; 11 trepidat igne serali pecus.
Vocat inde 12 Manes teq; qui Manes 13 regis,
Et obsidentem 14 claustra letbalis lacus:
Carmenq; magicum voluit & rapido 15 mimax
Decantat ore, quicquid aut placat leues
Aut cogit 16 vmbra; irrigat sanguis 17 focos,
Solidasq; 18 pecudes vrit, & multo specum 19
Saturat cruore; libat & 20 niueum insuper

Lactis



- " Lactis liquorem, fundit & Bacchum 21 manu
- " Lena. 22 canitq, rursus, 23, & terrā intuens 24
- " Grauiore Mancū voce, & attonitā 25 ciet.

Ascripsi notulas numerarias, vt intelligatis, totidem his versibus ritualia exprimi, accuratissime vt solet poeta iste, de quibus qui plura volet adeat Aduersaria & Commentaria nostra, quæ iam edita superioribus annis. Statius tamen addidit numerum ararum, hostiarumque & alia quædam, hoc ipsum Tyresiz elicium describens copiosissime, sed parum clarè: addam lucis aliquid adscribendo, quod illorum erat officium, qui commentarios polliciti. Primo itaque significat Tyresiam solitum huic dumtaxat diuinationi neglectis aliis vacare:

- " Consultit ille Deos, non larga cæde iuuenium,
- " Non alacri penna, aut verum spirantibus extis,
- " Nec tripodè implicito, numerisq, sequētib. astra,
- " Thurea nec supra volitante altaria fumo:

Subdit solitum dumtaxat Mancis elicere: idque tum facturum, prius Thebanum regem, qui se consuluerat, ritè purificasse, & communiuisse, ne quid illi noxæ à Manibus inferretur. Sed primus versiculus mendosus est, & fortè præcedens aliquis intercidit:

- " Tam penitus dura, quam mortis limite manes
- " Elicitos paruisse refert. mox;
- " parat ante ducem, 26, circumq, bidencum

Visceri-

Visceribus laceris, & * odori sulfuris aura,
Graminibusq, nouis, & longo mure mure purgat.
Deinde, de scripta silua veteri & tenebrosa
& horrèda & Hecate sacra & spectris infesta,
Hic senior vates (Stygis accomoda quippe
Terra sacris, multoq, placent sola pingui tabo)
Velleris obscuri pecudes armenta q, sili
Attra monet.

Tum fera 27. caruleis intexit cornua fertis
Ipse manu 28. tractans, notaq, in limine 29. silua.
Principio largos nouies 30 tellure cauata
Inclinat Bacchi latices, & munera 31 verni
Lactis, & Acteos 32 imbres, suadumq, cruorem.
Manibus aggeritur quantum 33 bibit arida tellus.
Truca 34 dehinc nemora aduoluit mest' q, sacerdos
Tret Hecata, 35 totidèq, satis 36 Acheronte nef' sili
Virgimbus, iubet esse focos, tibi vector 37 Auerni,
Quaquā infossus 38 humo, superat tū agger in auris
Pineus hunc iuxta 39 cumulo minor ara profunda
Erigitur Cereri, frondes atq, omne cupressus
Intexit 40 plorata latius iamq, ardua ferro
Signati 41 capita & frugum libamine 42 puro
In vulnus cecidère greges. Tunc innuba 43 Manto
Exceptum pateris 44 pralibat sanguinem & omnes
Ter circum 45 acta pyras sacri de more parentis,
Semineces fibras 46 & adhuc spirantia reddidit
Viscera, nec rapidas moratur frondibus 47 atris
Subiectare faces, atq, ipse sonantia 48 flammis
Virgulta & tristes crepuisse vt sensit acervos
Tresias. Cuius mox subit carmen Magicū

* male me
cod. odoris.

" Ceruleg

" corona

" vocantur

" ferrugi-

" nec. nam

" color hic

" Diti sacer.

" Imbres

" A&zi,

" mellis li-

" quor.

" Quātū)

" versuisse

" nō pendet

" à præce-

" denti: de-

" clarat

" fusionis

" modum.

" Trunca

" nemo-

" ra, arbo-

" res deca-

" pitatas,

" quod hic

" solemne.



Acherōte prius (nam & Papinius duo ponit) quo in-
 sata sunt uocantur Infernus seu Tartarus, Pluto, Pro-
 Eumenides. serpina, Hecate, Tisiphone, & iubentur
 aratres po- Cadmeæ gentis Manes liberè pati exire, ce-
 nantur He- teros manere.
 cata: tres Tartareæ sedes & formidabile regnum
 Eumenidib. Mortis inexpleta. tuq, ô sæuissime fratrum;
 sed hæ, non Cui seruire dati Manes, æternaq, fontium
 infosse, hu- Supplicia atq, imi famulatur regia mundi:
 miles tamē Soluite pulsanti loca muta, & manes uere
 vnica Plu- Persephones, vulgusq, caua sub nocte repostum
 toni, infos- Elicite, & plena redeat Styge portitor alno.
 sa, sed super Ferte simul gressus, nec simplex manibus esto
 illas etiam In lucem remeare modus, tu sepere catu
 alias emi- Elysios Persea pios, virgaque potenti
 nēs: similis, Nubilus Arcas agat, contra per crimina functis,
 paulo hac Qui plures Erebo, pluresq, e sanguine Cadmi,
 dimissior, Angue ter excusso & flagranti præuia taxo
 Proserpina. Tisiphone dux pande diem, nec lucis egentes
 Cupressam Cerberus occur su capitum detorqueat vmbas
 plorat a vo- Sequitur tandem secunda & minax incan-
 cat, qua in tatio, moram vate non ferente.
 funere ali- Atq, hic Tiresias, nondum aduentantibus vmbis,
 cuius ambu Testor (ait) Diuos, quibus hunc sacranimus ignem
 sta. Præliba Lauag, 49 conuulsa dedimus carthesia terra,
 bat Vingo Iam nequeo tolerare moram, cassusne sacerdos
 sanguinem Audior? an rabido iubeat si Thessala cantu
 quem Ma- Ibitis? an Schyticis quoties armata venenis
 neis bibitu- Colchis agit, trepido pallebunt Tartara motut
 ri. Secūdu- Nostri cura minor? si non attollere bustu

Corpe-

Corpora, nec plenas antiquis ossibus vmas
 Egerere, & mixtos Cælig, Erebig, sub vnum
 Funestare Deos libet, aut ex sanguia ferro
 Ora sequi aut agras sanctorum carpere sibras.
 Ne tenues annos nubemq, hanc frontis opaca
 Spernite, ne moneo, & nobis seure facultas.
 Scimus enim & quicquid dici, fieriq, timetis,
 Et turbare Hecaten, ni te Thymbræe vererer;
 Et triplicis mundi summum, quem seire nefastū est.
 illum, sed taceo, prohibet tranquilla senectus.
 Iamq, ego vos auide &c.
 Ex his Papinij ritualia præterea, plus vigin-
 ti, notauit notulis: singula probare libri in-
 tegri foret. Illud tantum addidero, patere
 hinc duos Necyomantie modos; vnum per
 sacrificium & incantationem solam, quo v-
 tebatur Tiresias; alium Thessalicum, adhi-
 bitis funestioribus ritibus, ossibus, sibrisque
 mortuorum & aliis rebus plâne feralibus, &c.] De-
 quem Lucanus describit l. 6. agens de Etich-
 to excitante animam defuncti militis Ro-
 mani, primū in itaq, illic inter cadauera, nu-
 tans animo quod e pereret;
 Electum tandem traiectum gutture 2 corpus
 Ducit, & inserto laqueis feralibus 3 vno,
 Per scopulos miserum trahitur, per saxa cadauer,
 Victurum, montisq, caui, quem tristis Erich-
 Damnarat sacris, alta sub rupe locatur.
 Ve illic in sua specu, quā nemus tenebrosū
 magis inūbrabar, vbi nulla vnquā à sole lux

onim iste sa-
 guis primus
 effundeba-
 tur quādū
 terra imbi-
 beret: poste-
 rior Manū
 potus acde-
 litie.

Ecce tibi
 Magorū in
 demones ia-
 ci solitas mi-
 nas, de qu-
 bus dixi lib-
 2. ex Ane-
 bone Egyp-
 Triplacis
 mortuorum
 quem Lucanus
 to excitante
 mani, primū
 tans animo
 Electum tan-
 Ducit, & in-
 Per scopulos
 Victurum, m-
 Damnarat sa-
 Ve illic in su-
 magis inūbra-

Bb 2

cada-



cadauer habuit; assumfit habitum artis suæ præceptis congruentem:

- * Discolor 4 & vario surialis cultus amictu
color » Induitur, vultusq; 5 operitur crine soluto,
hoc est » Et coma viperæ substringitur horrida 6 fertis.
ater. » Tum opus aggreditur, & adhibet instru-
menta solida, quibus corpus viuificari vi-
deatur.
» Pectora tunc primum feruenti 7 sanguine supplet
» Vulneribus laxata nouis, tabog, medullas 8
Virus] » Abluit, & virus largè 9 lunare ministrat.
spumam » Huc quidquid factu genuit natura sinistro
quam vo- » Miscetur, non spuma canū 10 quibus vnda timori est,
cant Lu- » Viscera non 11 lyncis, non dira 12 nodus hienæ
na de qua, » Desuit, & cerui pasti serpente 13 medulla
Côm. in » Non puppim 14 retinens Euro tendente rudenteis
Senecam, » In medus echeenis aquis oculiq; 15 draconum,
porro cū- » Quæq; 16 sonant fetæ tepefacta sub alite saxa,
cta que » Non Arabum 17 volucer serpens, innataq; 18 rubris
hic recē- » Equoribus custos pretiosæ vipera conche,
sentur, » Aut viuentis adhuc 19 Libyca membrana cerasta,
habentur » Aut cinis 20 Eoa positi phœnicis in ara.
vt venena, » Quo postquam viles, & habentis nomina pestes
magica, » Contulit insando 21 saturatas carmine frondes,
veterum » Et quibus os diram 22 nascentibus inspuat, herbas
libris cō- » Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa veneni.
memorata. » Post herbas, incantatio sequitur duplex,
primum vlulatu & incondito ferarum so-
no; deinde concepto ac solemnî carmine.
Hodie quoq; murmur, verbis præmittunt.

Tunc

Tunc vox Lethæos, cunctis pollentior herbis, " "
Excantare Deos, confudit 23 murmura primum " "
Dissona, & humane multum discordia lingue. " "
Latratu habet illa canum, gemitusq; luporum. " "
Quod trepidus bubo, quod strix nocturna querūtur, " "
Quod strident, vlulantq; fera, quod sibilat anguis, " "
Exprimit, & planctus illisæ * cantibus vnde, " * corrige
Siluarumq; sonum fracta tonitrua nubes. " cautib⁹.
Tot rerum vox vna fuit, mox cetera cantu " "
Explicat Amonio, penetratq; in Tartara lingua. " "
Duo mox subduntur carmina, prius quoq;
(vt superiora illa Tiresiæ) deprecatorium,
posterius comminatorium. In deprecatorio
aduocātur Eumenides, Styx, Chaos, Pluto,
Mors, Elysijs, Persephone, Hecate, Cerberus,
Parce, & Charon; & obsecratio additur
commemoratis suis meritis, ac cultu
illis assiduo, necatorum infantium, & anthro-
pophagiæ;
Exaudite preces; si vos satis ore nefando,
Pollutoq; voco; si nunquam hæc carmina fibris
Humanis 24 ieiuna cano; si pectora 25 plena
Sæpe dedi, & laui calido 26 profecta cerebro:
Si quis, 27 qui vestri caput, extaq; lancibus insans, " vulgo male
Imposuit, victurus erat, parete precanti. " legitur pro
Demum, cum vmbra, iam apparens, suum " facta.
cadauer subire vereretur, ac detrectaret, q̄
illa iusserat;

Miratur Erichon

Has fati licuisse moras, iratag, Mortis,

Bb 3

Verbe-



Verberat immotum viuo serpente 28 cadauer.
Perq; cauas terra, quas egit carmine 29 rimas
Manibus illatrat, regniq; silentia rumpit:
Idq; minis illis Magorū veterum, quas Por-
phyrius mot irrific cōmemoratis; quas apud
alium neminem tam disertè expressas inue-
nio: sunt autem sequentes:

Tisiphone, vocisq; mea securā Megera.

Non agit is scutu Erebi per inane flagellis

Infelicem animam: iam vos ego nomine vero

Erebi: * Stygiaeq; carnes in luce superna

Destitutam per vultu sequar pe: funera cunctis

Expellam tamulis, abigam vos omnibus vniū.

Teg, Deū, ad quos alio procedere vultu

Ficta soles, Hecate pallenti rabida forma

Ostendam faciemq; Erebi mutare vetabo.

Eloquar immenso qua te subponderē terrē

Contineant Enna, dapes: quo scedere mostum

Regem noctis ames que te contagia passam

Noluerit renouare Ceres. Tibi, pessime Mundi

Arbiter, immittam ruptis Titanæ Cauernis,

Et subito feriēre die, paretis? an ille

Compellendus erit quo nunquam terra vocato

Non concessit tremis, qui Gorgona cernit apertans,

Verberibusq; suis trepidam castigat Erinnyū,

Inspectata tenet vobis qui Tartara: cuius

Estis vos superi, Stygius qui peiorat vndas?

Neq; hæc tantum, sed postquam vmbra in

corpus suū impulit, illam quoq; adfata, eiq;

pollicita est immunitatem a magicis de ex-
tero cantibus,

Dic

Dic (inquit Thesala) magna
Quod iubeo mercede mihi, nam vera locutum
Immunem 30 toto mundi prestabimus auro
Artibus Amonis. tali tua membra sepulcro,
Talibus excuram Stygio cum carmine siluis,
Vt nullos cantata magos exaudiat vmbra.
Sit tanti vixisse iterum, nec verba, nec herba
Audebunt longæ somnum tibi soluere Lethes
A me morte data.

Addidit & carmen, quo 31 quicquid cōsulit, Vmbra
Scire datur. Denique cum cadauer respon-
disset, non potuit sine venia Erichthus vmbra
discedere. concedit ergo redeundi fa-
cultatem.

Sic postquam fata peregit.

Stat vultu maestus tacito, mortemq; reposcit.

Carminibus magicis opus est, herbisq; cadauer

Vt cadat, & nequeunt animam sibi reddere fata.

Consumto iam iure semel. 32 tum robore multo

Exstruit illa rogam, vadit defunctus ad igneis.

Accensa iuuenem positum relinquit Erichtho

Tandem passa mori.

Si mortuus mori quiret vel arte Magica
resuscitari, sed de vmbra, vt de anima locu-
tus poeta, metaphoricè vitam mortemq; v-
surpauit. Sunt autē & in his versibus, triginta a l. 3. 5. ad-
duæ notatæ obseruantiz Magicę in hac spe- uersus D. de
cie diuinationis. Huic secūde speciei, quate- sepulc. viol.
nus injurijs sunt in vita functos vel deporta- L. qui sepul.
tiōis, vel mortis pœna statuta in viliores (a) C. eod.

Bb 4

& po-



b lib. multi
cod. de ma-
le. & math.
c Lib. de
Anima.

d Philo str.
Lib. 4.

e par. 2.
Annal.

f p. 4. fol.
415.

392 DISQUISIT. MAGIC.
& posteriore iure, in utriusque speciei euo-
catores à Constantino lethale supplicium
fancitur (b). Tertullianus arcanum dete-
git (c) cum docet non umbras defuncto-
rum, sed earum loco dæmones apparere,
dæmones operari sub obtentu animarum;
item, omnem incorporalem corporum ex-
hibitionem præstigas esse, prior illa Tire-
siaz, in qua nudum simulacrum seu idolum
animæ exhibebatur, & sola perficiebatur in-
uocatione, *σχοιμάντεια* propriè dicebat: po-
sterior verò, in qua diabolus sæpe, cum ca-
daver non aderat, totius humani composi-
ti figuram simulabat, verbi gratia, cum quis
Achillis habitum staturamque corporis vi-
dere volebat; ordinariè nunquam sine san-
guinis effusione obtinebat. ideoque Apol-
lon. Tyanæus (d) ut se peritiorum aliis o-
stenderet, negabat se sanguinem libasse, vo-
cabatur *στρίξ*, *νεκρομάντεια* siue *νεκρομάντια*.
Glycas (e) disputans de verbo *κληδονία*,
scribit eam vocem quosdam accipere pro
observatione ominum, alios verò pro e-
uocatione. Nam *κληδονα* vocari Geniorum
per excantationes certas attractionem, &
sublimi deductionem: deducta voce à
κλω, quod idem sit cum *κλω*, euoco.] i-
dem alibi (f) non obscurum exemplum no-
bis proposuit Santahareni illius Pseudomo-
nachi: qui Basilio Imperatori filium vita
fun-

functum, sic ostendisse fertur, ac si viuus
adhuc foret. Effecit enim, ut specie imagi-
naria Constantinus eques patri, in quadam
silua, obuiam fieret; quem ubi visus fuisset
Imperator & complexus, & osculatus esse,
mox euanescentem ex oculis amisit.] infel-
lit Imp. sed non Leonem Philosophum Iu-
niorem Basilio filium; qui Santabarenum,
non pro sancto, sed pro venefico, ut erat,
semper habuit. Sacræ scripturæ, videntur
hanc diuinationem vocare, *diuinationem per*
(g) *Pythonem*, vsurpantes nimirum Pytho
nem, pro dæmone ex terræ profundo specu
adueniente, & respondente. Periculi plena
res, dum ipsi Mago, quem Diabolus inter-
dum aufert, & vitæ aspectuique subtrahit;
ut de quodam narrat Franc. Picus (h); tum h
ipsis, qui curiosè consulunt, qui nonnun-
quam de mente abalienantur, & malè pere-
unt, ut Rex quidam nostris temporibus (i).
Quis etiam nescit infelicem exitum Helio-
gabali, huic superstitioni addictissimi (k); k
vtrifq; consultori & cõsulenti, pœna mor-
tis lege veteri infligebatur (l). Non desunt
qui de his intelligant illud Regis Hymno-
graphi (m); comederunt sacrificia mortuorum,
& illud Isaiæ (n); num requireret pro viuus
mortuis? Hæc de Necromantia sufficiant,
de qua ingeniosum opus exstat Steph. For-
catuli l. C. quo Iuris auctores Papinianum
n

g 1. Reg. 28.
v. 7. 8.

prenot. c. 9.
i N. libr. 2.

Demonom.
cap. 3.

in eius vita
Deut. 18.

v. 11. iuncto
Leuit. 20. v.

6. & 27.
m Psal. 109

v. 28.
n c. 8. v. 19.



Africanum, Paulum & alios introducit sua ipso met responſa explicantes.

SECTIO III.

De Hydromantia.

DE hoc quoque ſeorſim dicam, quia nulla ſacundior impoſturis. Jamblichus meminit *ὄδυσσεως*, ſeu diuinationis per aquam. quæ traditur Andronico Imp. in pretio fuiſſe. hic enim cum multiplicibus, propter crudele edictum, de necandis coniuratorum propinquis, odiis ac malis ſe videret obſeſſum; ad futura per no-

o Nicet. " xiorum demonum cultum noſcenda ſe cō-
Choniates " uertit, ſeque totum (inquit Choniates o)
ſes annal. " permisit iis, qui futura ex aquis, quaſi per
Abr. 2. " caliginem coniciunt, & imagines futura-
" rum rerum, velut ex vmbra ſolarium radio-
" rum, conſectantur. Ac ipſe quidem iis
" nocturnis ſacris intereſſe noluit, metu fa-
" mæ, vt arbitror: ſed illud Hagiochriſto-
" phoritæ Stephano mandat. Is Setho ad-
" hibito, qui ab ineunte ætate talibus ora-
" culis deditus, oculos propterea Manuelis
" Imp. iuſſu amiferat, certo ritu percuncta-
" tur: quis poſt Andronicum ſit imperatu-
" rus? Malus genius in aquis primas nominis
" Iſaacii literas exhibuit, ſed ordine conuerſo
" Si pro Iſ. idque, ſecunda reſponſione addi-
" dit fore, *intra exultationem crucis.* atque ita
planè

planè accedit poſtea; intra illud tempus, iuſſu Iſaacii Angeli, occiſo Andronico. Modum illius diuinationis Nicetas addit ſe ignorare, nec ſi ire velle, ad fugam tamen ſuperſtitionis ſcire, non eſt inuile. Inuenio ſpecies eius varias. vna fiebat per anulum de filo ſuſpenſum in aqua, & vaſculi latera conſtitutis icribus pulſantem: alia coniectis in aquam ſtatuam tribus lapillis, & obſeruatis gyris, qui trifariam inuicem implexi, circa lapillos diſfundebantur. 3. ex agitatione varia pelagi, quam olim Siculi, & Euboenſes, hodie multi nau- tæ notant. Hinc Chriſtianorum quorundam Orientalium nata ſuperſtitio, qui quotannis mare quaſi animatum baptizant. Aliò longe pertinet, quod Princeps Venetorum annulo in mare iacto quotannis Adriaticum ſibi deſpondet. Dominationis hoc indicium, non magiæ argumentum eſt. Fit hoc in memoriam naualis victoriæ, qua duce Sebaſtiano Ziano vicere filium Federici Ahenobarbi Othonem, captumque obtulere Alexandro 3. Pontifici, qui Venetias profugerat. Tum enim Ziano Pontifex annulum de manu ſua detractum obtulit, dicens; Auctoritate mea hoc annulo fretus Oceanum tibi ſubiicies; & quotanſi tibi poſteriſq; eo die quo hanc victoriam, pro Eccleſiæ deſenſione obtinuisti, deſponde-
bis



” bis mare: uti sciam omnes, maris tibi domi-
” nium concessum, quia Sedis Apostolicæ tu-
” endæ curam & studium fideliter suscepisti.
” Sit hoc tibi, quasi pignus benedictionis &
” secundæ sortis in futurum. [narrat Phyllamō-
” tius libr. 1. Peregrinat. suæ c. 34. Prior illo Sabellicus
” Decad. 1. lib. 7.] 4. ex aquæ colore fuit, & ima-
” ginibus in ea apparentibus, sic tradit Var-
” ro belli Mythrîdatici euentû, multis versibus præsignificatum fuisse. Ad id olim
” fontes quidam fuere particulares, vnde &
” *μαγικὰ ὕδατα* vocata: tales ex Xenagora do-
” cet Macrobius fuisse crateres Palicorum in
” Sicilia (p): talis in Ægypto cisterna in tem-
” plo Aphaceno, de qua mirabilia memorat
” Zozimus (q); & ut mittam Iunonis palu-
” dem apud Laconia Epidamnum, Apollinis-
” que Thyrci oraculum, propè Cyaneas
” ad Lycum, in fonte templo proximo (r); vi-
” detur huc referenda Cætarum veterum,
” hoc est Germanorum, superstitio; qui re-
” cens natos Rheno flumini commendabant
” eâ mente, si spurii forent absorbendos, si
” legitimi innoxios supernaturos. iuxta il-
” lud Claudiani;

p libr. 5. Sa-
tur. c. 19.
q in vita
Aureliani.

r Pausan. in
Achaic.

” Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus,
” qua de re plura diximus *Commentar. in Tra-
” gœd. Seneca.*

” Quinto, statuebatur cyathus aquâ plenus,
” & verbis immurmuratis obseruabatur, nû
” aqua

aqua sponte efferuescens effunderetur. Sex-
” tus modus est Fessanus: ibi aquam in vitre-
” um catinum effundunt, eique olei guttu-
” lam admiscunt, & sic in aqua tanquam in
” speculo mira cernere se opinantur (s). Sc-
” ptimum indicat Clemens Alex. cum scribit
” mulieres Germanas, solitas sonum, vorti-
” ces, ac circumuolutiones annium notare, &
” inde futura prædicere (t). Denique non
” sunt alieni ab Hydromantia, qui hodie ad-
” huc in Italia, ad furtorum auctores detegē-
” dos, triû suspectorum nomina totidem pi-
” lulis inscribunt, & eas in aquam coniici-
” unt: hisque multò sunt sceleratores; qui ad
” hœc aqua lustrali abutuntur. Cæterum tem-
” pore D. Bernardini Senensis supererant ad-
” huc vestigia *μαγικὰ ὕδατα*. Nam qui eius vi-
” tam composuit, ei cõtemporaneus scriptor
” (v), de Aretio agens ista prodidit; extra mo-
” nia vrbs eius fons antiquus fuit, iam olim
” temporibus illis, quibus idololatria regna-
” bat, impuris dæmonibus dicatus. Solebant
” eò ciues Aretini, & alii circumquaque vici-
” ni tanquam ad oraculum Apollinis conflu-
” ere, responsa petentes ad occultas quæstio-
” nes suas, & morborum suorum curationes.
” Id verò animaduertens Bernardinus, verus
” Christianæ religionis cultor & amator, ad-
” uersus hunc dæmonum cultum fortissimè
” sese erexit, & primò quidem concione ad
” popu-

s Ioan. Lew
li. 3. descrip.
Africa.

t lib. 1. stro-
mat.

v vita c. 40.



populū habitā & absoluta, magno pe omniū
 cōtinuatis animis hortat' est eos sequi se, ad
 demoliendā impurissimorū dæmonū habi-
 tationem, prorsusq; abolendam. Mox verò
 arrepta securi vel malleo, cū populo egress'
 est ad fontem, cumq; ad fanū dæmonis per-
 uenisset, primus ipse ictibus cepit contun-
 dere, eueritque aram & fontem lapidibus
 penitus obturauit.]

S E C T I O IV.

De alijs manganiæ generibus.

PRIMO loco obuia λεκανομάντια, de qua
 Psillus ca. vlt. & Nicetas d. lib. 2. Cedre-
 nus ea testatur vsum Iannē Magnū Theo-
 phili Imp. præceptorē: Curopalates Ioannē
 Patriarchā iconomachū vocat, Glycas verò
 scribit p. Annal. 2. verū Alexandri patrē Egy-
 pti Regem Nectanabū Magiz peritissimū,
 hac cognouisse, Egyptū in hostiū venturā
 potestātē: hodie ea Turcæ vtuntur. nam in
 peluim aqua plenam iniiciūt cū variis cha-
 racteribus pretiosos lapides, auri argentiq;
 laminas: tum responsum ex peluis fundo
 auditur.

2. γαστρομάντια, hæc fiebat per phialas vi-
 treas ventricolas similiter aqua plenas: &
 inspectante puro puero, vel prægnanti ma-
 liere, responsi loco, certæ figuræ & imagi-
 nes apparebant.

3. καλοστρομάντια, quæ rerum quæ sitarum
 figuras in speculis exhibet politis: in vsu
 fuit D. Iuliano Imp. (x) qui imperium emitt, *x. Spartia.*
 de quo ista Spartianus; fuit præterea in Iu- *in Iulian.*
 liano hæc amentia, vt per Magos pleraque
 faceret, quibus putaret vel odium populi
 deliniri, vel militum arma compefci. Nam
 & quædam non conuenientes Romanis sa-
 cris hostias immolauerunt, & carmina pro-
 fana incantauerunt, & ea quæ ad speculum
 dicunt fieri, in quo pueri, præligatis oculis
 incantando, vertice respicere dicuntur, Iu-
 lianus fecit. Tuncque puer vidisse dicitur
 & aduentum Seueri, & Iuliani decessionē.]
 Aliud mixtum Pagomantiæ refert Pausa-
 nias (y) agens de Patris Achaiz: ibi ante Ce- *y in Achaiz.*
 reris a dem, fontem esse, qui à templo lapi-
 deo pariete secluditur. Ibi oraculum maxi-
 me veridicum, fuisse cognoui. ex eo non
 rerum omnium, sed morborum tantum e-
 uenta prædicebantur. Speculum (ait) tenui
 suspensum funiculo demittunt, ita libran-
 tes, vt in fonte omnino non mergatur, sed
 imo ambitu summam aquam cōtingat. Ex-
 inde vbi odores adoleuerint, & rite Deam
 precati fuerint, inspiciunt in speculum, &
 ex eius imaginibus, periturusne an victurus
 is æger sit, de quo consuluerunt, diuinant. *x. Leloy*
 Neq; latius omnino huius aquæ diuinatio *her. li. 4.*
 patet.] Sed & de Pythagora recentiores (z) *de Spect.*
 memo-



memorât, solitum speculo concauo inscribere literas humano sanguine temperatas & speculû Lunæ opponere, sicq; diuinare.

4. non dissimilis præcedenti *2815 ad. quæ-
nia*; nisi quòd hæc in cristalli fructis sicut anulo incluis, vel vasculo alteri, vel etiam nudis, & in cylindrum aut obelum conformatis; quibus etiam fingit se dæmon inhabitare. Quendam Noribergæ anno 1530. ferunt in christallo thesauro: vidisse, à demone ostêtatos: quos cùm postea quodam ante urbem loco effosso quæreret, adhibito familiari vno spectatore, & iam in specu arcam vidissent, atque ad eam cubantem atrû canem; magus specum ingreditur arcam aperturus, canemque abacturus, sed Cerberi offam secum non attulerat. itaque ille cacumen speluncæ quassauit, & miserum ruinâ obruit; quâ & Specus terrâ oppleta. Vir quidam patrum memoria Græcarum literarum, Latinarumque peritus, & felix si illotis manibus fidei mysteria contrectare nō præsumsisset, eruditum commentarium in Germania edidit *de demonum natura*, eumque libello Plutarchi de defectu oraculorum præfixit, ex eo petita est, verbis ipsius, sequens narratio: Consulti aliqui, de rebus (ait) ignotis in cristallis conspiciunt ea manifestò, de quibus quæsitum fuit. *& postea*, Fuisse aiebat sibi notum vnum ex præcipua fami-

familia Norinbergæ. Eum quodam tempore venisse ad se, & attulisse in serico panno inuolutam gemmam cristallinâ, figura rotundam, & dixisse: donatam sibi illâ fuisse à quodam ignoto, qui se ante multos annos de hospitio compellasset, forte in forum conuentum, quemq; ipse in domû suam adduxisset, & triduo habuisset secû. Fuisse autem ab illo discedente & relinquente munus hoc, ad significationem gratiani mi edoctum se, cristalli vsu talè: si qua de re certior fieri vellet, vt promeret cristallû, & puerum marem castû iuberet aspicere, & ex eo percunctaretur, quid cerneret? Fore enim, vt de apparentibus puero visis omnia quæ requireret, indicarentur. Atq; affirmarat hic, se nulla vnquam in re fuisse deceptû, & mirabilia de puerorum iudiciis rescuuisse; cum cæterorum nemo quisquam aliud, q̃ nitidam & puram gemmam intuendo videret. Quodam tñ tempore, cû grauida ipsi vxor puerum marem gestaret in vtero, illi quoq; species in cristallo oblatas. Primo aut omnium formam viri sese exhibere solitam illo habitu, quo tñ cõmuniter vterentur. Et ita deinceps aperuisse, de quibus interrogatum esset, cætera, explicatisque cunctis, illam rursus viri figuram discessisse, & euauisse reliquis. Discedentem autem eam, quam diximus, figurâ viri, visam sæpe urbem



perabulare, & ingredi tēpla. Fuerat autē fama
passim dissipata de illis iudiciis, vt negantibus
aut dissimulantibus suum delictum ali-
quod, vulgo minarentur, se relatores de eo
ad illum se in cristallo ostendentem virun-
culum. Quin etiam compertum est, fuisse à
doctis quibusdam, de dubitationibus suis
in litterarum studiis aliquando nescio quid
propositum, & in cristallo lectum. Sed his &
aliis huiusmodi compluribus commemo-
ratis dixit Spenglerus, hunc aliquando ad
se venisse cum tali oratione: arbitrari se tē-
pus esse vt à cristalli tali vsu tandem abli-
neret. Nam & sibi iam persuasum, eo ipso
nō leuiter peccari, & animi perturbati cru-
ciatus grauissimos, se diu sane perpeffum
esse: itaque se decreuisse deinceps nihil cum
illo experimento velle negotii habere: &
tradere nunc ipsi quod accepisset, de quo
meminisse posset, quid ei sēpe demonstra-
set, neque nesciret, qui rumores in ciuitate
percrebuisent. Permittere autem, vt face-
ret de eo quod collibuisset. Tum Spengle-
rus collaudato eo, accepisse se aiebat cristal-
lum, & in minutissimas partes contudisse,
& vna cum serico inuolucro in latrinā abic-
cisse.] bene, profecto bene. nec aptius po-
tuit. vtinam sic omnes hæc, & similia super-
stitionis arma abolerēt. Nec verendū quid-
quam est cuiquam, ne forte se dæmon vici-
scatur.

scatur. impune hoc omnibus, qui cum fide
fecere. Burdigalæ aduocatus quidam pare-
drium habebat in phiala vitrea: eo mortuo,
hæredes nec phialam retinere volebāt, nec
frangere audebant: cōsiliū petituri, adie-
re Colleg. Soc. I. s. v. patres iussere phia-
lam deferri ad se, coram ipsis se terra illisu-
ros. attulere, sed orarunt ne coram ipsis
frangerent: immania se metuere visa. rece-
dentibus ergo illis, in accensum tum forte
clibanum magna vi phialam coniecere, &
nihil aliud, quam ex vtriusque elementi cō-
sistū breuem stridorem audiuerunt. Mihi ipsi
cum anno 1578. iudicis adhuc ministerium
obire, inter rei cuiusdam Licentiati an-
notatas à fisco chartas, præter libellum Ma-
gicis plenum characteribus, oblata simul
capsula, sandapila in ore efformata, & in ea
virunculus Mandragoreus, ater & situ pæ-
doreque obsitus, largo capillitio, sed imber-
bis: hunc, vulgo putant, ad diuinationes, lu-
era, & alia multa mire efficacem: accepi li-
brum, capsam, & fictitium cadauer, hoc et-
iam primum laceravi abruptis auullisque
brachiis. dictitabant, qui aderant magnum
mihi & domui periculum imminere: risi, &
abire, qui metuerent, iussi: abeuntibus; in
focum, qui aderat, conieci: nec aliud quam
vstæ radicis, nidorem percepi.

§. loco succedit ΔΕΚΤΟΛΟΜΑΡΤΕΙΑ, q̄ diuinat

Cc 2 annu-



annulis ad certam cœli posituram constru-
ctis vel incantatis, & super tripodem ad cer-
ta verba motis: descripsit Ammianus libr.
29. cuius verba dabimus sect. 3. q. 7. vel an-
nulis incantatis, qualis fuit annulus Gygis,
quo (teste Herodoto) fretus Candaulem
interemit. tales duo illi Phocensium tyran-
ni, de quo Clemens Stromateus; qui sonitu
sponte edito eum commonebant commo-
do rerum gerendarum tempore; qui tamen
insidias conspirantium sic euadere nequi-
uit. Fuit huiusmodi annulus exitio cuidam
Hieronymo Cancellario Mediolanensi; vt
& alteri, qui cum eum in ignem proiecisset,
sed mente non bono, statim à demone cor-
reptus, & in furorem actus fuit. Princeps
quidam, hoc æuo, alium emerat aureis vi-
ginti: promiserat venditor semper, dum ge-
staret, alexæ & chartarum lusum fore lucro-
sum. it, ludit primò, cedit non infelicitè:
redit ad fritillum, sed magna cum nummo-
rum iactura. Sic se delusum videns, quem
eni non oportuerat, annulum confringi
iussit.

6. occurrit *δρυμόντεια* siue *δρυχομάντεια*.
in hac oleo ac fuligine impolluti pueri vn-
guem illinebant, & vngue solem versus ob-
uerfo, certum quid submurmurantes, vide-
bant, quæ cupierāt. Hodie vltèrius progres-
sum malum. Queuedū quendā Veteranam
mili-

militem Hispanum noui, bello & armis, q̄
pietate clariorē; qui; quo tempore Dux Me-
dinæ Cœli ex Gallæcia soluebat, Belgiū pe-
tens; Bruxellis, non vni in vngue suo clas-
sem è portu Corunnæ soluentem, & paulo
post procellis vehementer afflictā velut in
speculo clare ostēdebat. Hic ille, q̄ vulnera
quoq; solis verbis sanabat aliorū; sua sic sa-
nare ipse, vel aliis sananda permittere de-
trectabat.

7. quidam putant esse *ἀερομαντεία* illam
Aristophanicam in *Nubibus*. Sed ista, sicut toni-
tru, fulmen, oscines & alia similia conside-
rat, pertinet ad augurium; si planetarum
ad spectus felices aduersosque, ad astrologi-
am; si quædam aëreorū spectrorum insoli-
tā visa, vt equitum, armorum, &c. ad *τετρα-
χορτίαν* referenda. Sola huc spectat, quæ ex
aëre coniurato dabat oracula, de qua Pictor-
ius de *Magia* cap. 10. Cardani Aëromantia de
qua ibi agit, potius Hydromantia dicen-
da est.

8. dici potest *φαρμάκεια*; qua vtuntur in-
cantatores seu *ἐπαδοί*, qui diuinant freti so-
lo dæmonis commercio; præter incantati-
onem nihil adhibentes: vt Fessæ faciunt
quædam mulierculæ tribades (A); & *Egy-* aVide Ioan.
ptiæ siue Cingalæ, totam Europam percur- Leonem in
santes, & in Byzantino foro Turcæ, & olim descrip. A-
in *Apuleiasino*, quidam Diophanes. frica lib. 3.



9. est *κατανομήντεια*, quæ vsurpata veteribus *Theocribus* (b) (vnde & Adag. *cribro diuinare*.) cribrū imponebatur forcipi, forcipē binis digitis comprehendebant & eleuabant, & præmissis verbis conceptis, subdebant nomina eorum, de quibus suspicabantur eos furtum vel aliud occultum crimen patrasse: reum vero iudicabant illum, quo nominato cribrū tremebat, nutabat, mouebatur, vel conuertebatur. quasi qui digitis forcipem tenebat, arbitrato suo cribrum mouere non poterit. Quod formulam Pictorius proponat verborum pronuntiandorum, fecit inconsulte; quod ea sit vster, & euentum certum prædicet, fecit impie, & mentitur pollicendo.

10. ad eundem vsum erat *ἀεινομήντεια*: qua securim rotundo infigebant palo, & ex eius motu furem deprehendebant. Quando autem successus futuri diuinationi petebatur, tunc gagatem lapidem securi imponebant, vt Plinius refert *lib. 36. c. 19.*

11. erat *κατανομήντεια*: faciebant asini capite super prunas asso. Germanis priscis in vsu fuisse volunt. Longobardi postea vsu capite caprino, cui diuinam honorem habebant (c). Vehementer suspicor prius illud de Arcadico pecore genus olim ab improbis Iudæis interdum Diuinationi impensum; hincque factum, vt Apion, & reli-

Gregorius
li. 7. epist. 7.
& in Dia.
li. 3. c. 26. &
23. & h. 1.

qui Aegyptii, & illos secutus Tacitus, calumniarentur, eos pro Deo caput asinum coluisse.

12. *κλειδομήντεια*, per clauem; cui circumdabant chartulam inscriptam nomen suspecti: deinde clauem alligabant sacre scripture codici, hunc virgo sustentabat, & verbis certis murmuratis chartula ad nomen criminosi vertebatur, mouebaturque.

13. Sit quod Germanus quidam I. C. his verbis tradidit: ex oculo quoque excusso, hodie fur cognoscitur. Primum leguntur psalmi cum Letaniis. deinde formidabilis subsequitur oratio ad Deum patrem & Christum, item exorcismus in furem. hinc in medio ad oculi similitudinem vestigio, figuræ circularis nominibus barbaris notata, figitur clauus æneus triangularis, conditionibus certis consecratus, incuriturque malleo cypressino: & dicitur, Iustus es Domine & c. tum fur prodetur. Rostochii quidam pecuniam in quodam loco sepouit. Cum autem eam postea inuenire tam cito non potuisset, fabrum conuenit, ab eoque petiit vt oculus furi excuteretur. Quo facto. Itatim ipse Dominus, qui fabri Diabolica opera vsus est, oculum amisit. Innonne, lector optime, iusto Dei iudicio iste incidit in foueam quam fecit, & merito pertulit, quod tam iniuste, per artem pessimam,



malum alteri moliebatur? subdit; Gustro-
nii quidam cochlium argenteum amiserat
cum autem furem ex oculo quoque excus-
so cognoscere cuperet, fabrum adiit, ab eo
que petiit, vt sua arte magica furem oculo
priuaret; quod & factum est, & statim filio-
lus illius, qui cochlium in quendam angu-
lum coniecerat, oculum amisit.] Sed & ali-
ud diuinationis diabolica genus reperio in
Indorum historiis, in iis que de Floridensi-
um rebus gestis agunt. aspidomantiam vo-
care possumus. Narrant sequentia de Rege
Holata Outina, eum exercitu subsistere ius-
so, senem magum centum & viginti annos
superantem aduocasse, & quo in statu res
hostium forent pronunciare iussisse. Tum
magus locum in medio exercitu parauit, &
conpecto Ottignii quod puer eius gesta-
bat scuto, petere illud iubet: impetratum il-
lud collocat, orbe quinque pedum diame-
tri circum illud ducto, additis quibusdam
characteribus & notis: tum in scutum geni-
bus flexis pedum calcaneis insedit, sic vt
nulla parte humum tangeret: & nescio quid
submurmurans varios gclus exprimebat,
tanquam in vehementem aliquam oratio-
nem incumberet: qua ad quadrantem horæ
producta, illico tam horrendus apparuit, vt
humanam effigie amplius non exprimeret.
nã ita oēs artus cōtorquebat, vt ossa dissolui

exan-

exaudirentur, deniq; præter naturam mul-
ta faciebat. His peractis momento in pristi-
num statum rediit, lassus tamen admodum
& quasi attonitus: deinde circulo egressus
Regem salutauit, ipsique indicauit hosti-
um numerum, & quo loco illum exspe-
ctarent.]

Claudat seriem Salisberiensis libro primo.
de nugis curialium capite vndecimo scribens;
Imaginarij sunt, qui imagines quas faciunt,
quasi in possessionem præsentium spiri-
tuum mittunt, vt ab eis de rebus dubiis do-
ceantur. hos idololatrias esse sacra scriptura
conuincit, & diuine maiestatis iudicio con-
demnandos.]

In his omnibus verba magica solent in-
teruenire, ideo dubitari nequit, quin ad hanc
quæstionem pertineant.

QVÆSTIO VII.

*De mangania speciebus in quibus vel non
est explicitum pactum, vel latens
admodum est.*

HÆC implicitam habentia pactionem
reuoari possunt ad tria capita, *Ariola-
tionem, sine Haruspiciam, Augurium & Sortes.*
de quibus nunc videndum.

Cc 5

SECTIO



De Haruspicina siue Ariolatione.

ARIOLATIO latissima significatione omnem complectitur diuinationem: sed hic eam strictè sumo, vt Isidorus, cum scribit; *Arioli* vocati, propterea quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & sancta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus demonum responsa accipiunt (d).] quibus verbis describit solam diuinationem explicitam, quæ ad oracula refertur. hoc placuit etiam Rabano (e) & Gratiano, Iuoni & Burchardo, qui in Decretum suum id retulerunt. *Haruspicinam* idem Isidorus vult dictam ab obseruandis horis; melius alij, à veteri vocabulo *Haruga*, quod (teste Donato) hostiam significabat. Ego nunc vtrumque nomen media quadam & modica latitudine vsurpo, pro tota *ἱεροσκοπία* veterum siue disciplina diuinandi in sacrificiis Gentilium solita seruari: quare olim semper puto in his interuenisse idololatriam expressam, non tamen semper pactum explicitum: hodie fieri potest, vt neutrum interueniat.

Haruspicum prima diuinatio erat ex viuæ adhuc victimæ obseruatione, dum producebatur, dum ad aram sistebatur, dum atredebatur, dum vinum ei infundebatur. possumus vocare *victimariam*, *ὑποτιμία* siue *ὑπο-*

ὑποτιμία: quæ omnia, si quis volet exemplis confirmata, is adeat Barn. Brissonij, crudeli certè & indigna morte absumpti viri, *Formularum librum primum*, quædam etiam nos olim in Senecæ *Oedip.* delibauimus, ad illa;

*Appellite aris candidum i tergo bouem
Curuq; nunquam 2 colla depressum iugo.
Opima 3 sanctæ victimæ ante aras 4 stetit.*

*Huc propere 5 admove
Et sparge 6 salsa colla taurorum mola,
Placidone vultu sacra, 7 & admotæ manus
Patiuntur?*

*Vnone terram 8 vulnere afflicti petunt?
Vtrum citatus 9 vulnere angusto micat.
An lentus altæ irrigat plagas cruor?*

Secunda verò fuit *extispicina*, qua motum & singula mactatæ hostiæ membra rimabantur, iecur maximè, vnde Græcis dicta *ἰεροσκοπία*, hanc vbertim vident Lucianus (f) & Arnobius (g) describit noster ille eadè tragicædia,

*Ede certæ viscerum nobis notas.
Genitor, quid hoc est? non i leui motu, vt solent,
Agitata trepidant exta, sed totæ manus
Quatiunt, nouisq; prosilit 2 venis cruor.
Cor marcet ægerum 3 penitus ac mersum 4 latet,
Liuentq; 5 venæ, magna pars 6 sibi abest,
Et felle nigro 7 tabidum 8 spiritum iecur.
At semper omen vnico imperio graue,*

f lib. de sacrificiis.
g lib. contra Gent.
MAN.



En capita 9 paribus bina consurgunt tori;
Sed vtrumq; casum 10 tenuis abscondit caput
Membrana, latebram rebus occultis negans.
Hostile 11 valido robore insurgit latus,
Septemq; 12 venas tendit, has omnes retro
Prohibens reuerti limes 13 obliquus secat,
Mutatus 14 ordo est, sede nil propria iacet,
Sed acta retro cuncta. &c.

Tertia est *μυσοκορτία* & *μυσομάχθεια* in hac aliquando pix trita in ignem spargebatur, aliquando tedarum pice illitæ accendebantur, & certis caracteribus signabantur, & si flamma tedarum in vnum coibat, prosperum; si lambens & diuisa comparebat, infelicem; si tricuspis assurgebat, gloriosum euentum; si variè dispersa, in agro mortem, in sano morbum; si crepitans infortunium; si subito extincta, ingens periculum ominabantur. aliquando hostiam in ignem coniciebant & dumtaxat considerabatur flamma ignis victimarum, vtrum in vnâ coiret pyramidem, quod prosperum, an verò diuideret, quod aduersum, quis ignis color, splendor, ascensus, strepitus, an cito victimam comprehenderet, an exstingueretur & similia. quidam putant auctorem huius fuisse Amphiaræum, alij Argonautas alios: apud Romanos vsa Tanaquil, teste Valerio Maximo

h lib. 1. c. 6.
TIR.

(h) de hac idem Tragicus;
Quid flamma? largas iam nœ. cōprehendit dapes?

Subi-

Subitores fulsit lumen & 2 subito occidit.
Vtrum ne clarus ignis 3 & nitidus steter,
Rectusq; purum verticem 4 celo tulit,
Et summam 5 in auras fusus explicuit comam?
An latera 6 circum serpit incertus via,
Et fluctuante 7 turbidus fumo labat?
Non vna facies 8 mobilis flammæ fuit,
Imbrifera quales implicat varios sibi
Iris colores. partē quæ magna poli
Curuat a picto nunciat nimbos sinu.
Quis desit illi, quibus sit dubites color:
Carulea fuluis mista oberrauit notis.
Sanguinea rursus vltimum in tenebras abit.
Sed ecce pugnae ignis in 9 partes duas
Discedit.

Immugit aris 10 ignis, & 11 trepidant foci.
Vtuntur hodie Lituani. nam agris si umbra,
corpore igui opposito, aduersa cadat, certā
spem recuperandæ valetudinis concipiunt:
si auersa ceciderit, conclamant, & pro de-
posito agrum habēt (i). An ab vitio immu-
nes Germani? qui in succensione pirarum,
quas piæ in honorem B. Ioan. accendunt, ve-
tèri idololatria Chaldæorum & Ægyptio-
rum in sacrum morem commutato, peccāt
dum ad crepitum, fumum, flammæ modum
& similia attendunt: item quia definitis vi-
cibus se circumire vel transilire debere pu-
tant, sunt enim ista, vt rectè censuit Wim-
pina (k) reliquæ veteris paganicæ lustra-
tionis

MAN.
TIR.

MAN.

i Ananias
li. 3. de nat.
demon.

k l. de divi-

tionis



p. 2. AN-
nal. fol.
169.

tionis & traductionis per ignem, quam ex
sacris literis Patres confutarunt. Glycas ex
Theodoro hoc docuit, ne multos conge-
ram (l) Quinetiam (ait) liberos suos per i-
gnem traiecit. Quidantem illud verbum si-
bi, quæso, vult? Iosephus tradit Achazum
quendam suorum filiorum Biali solido sa-
crificio contremasse. Verum Theodoretus
aliter sentit: arbitror, inquit, hisce verbis si-
gnificari speciem quandam erroris, qui ad
nostra vsque tempora duravit. Videmus e-
nim semel in anno rogos accendi, quibus
iniiciantur pueri quidam & viri. Quin etiã
infantes ab ipsismatribus per flammã tran-
portantur, quæ res videtur esse quasi quæ-
dam auerruncatio & lustratio.] Sic Glycas:

in Card. li.
de vera Sa-
pient.

Quarta est nubila ἄνω μάρτυρα, fumi oaser-
uatix, eaq; duplex. nam vel (m) grana sesa-
mi vel papaueris nigri in ardentem prunas
iaciebant, & inde surgentem fumum nota-
bant: vel sine huiusmodi granis, solũ obser-
uabant sacrificij fumum & interdum fumũ
rogi. Huc pertinet illud Nasonis, in Ibin, de
rogo Polynicis & Etheoclis;

Et noua fraterno veniet concordia fumo,

Quem vetus accensa separat ira pyrã.

De fumo illud Papinij est libro 10. The-
baid. vbi postquam pyromantiam Tiresiæ
descripserat, addit eam ore fumum fatidi-
cum hauisse.

Ille coronatos iam dudum amplectitur ignes,
Fatidicum sobrens vultu flagrante vaporem.

Vapor enim iste fumus est: nam quis credat
flammam hausisse Tiresiam, & superuixisse?
Vlos etiam Capnomantia Iudæos & confi-
derasse an fumus, qui ex victimarum sacri-
ficio ascēdebat, rectus ascenderet, an in ob-
liquum vergeret, docet Theophylactus in
Osee, cap. 4. Pictorius lib. de Magia, cap. 11. quos-
dam Papinij versus de morte Menecei huc
retulit, qui perspicue ad Pyromantiam per-
tinet. Non aliam speciem, sed gentium quod-
dam ipsius Capnomantiæ putarim fuisse
Thurifuniam; illam in qua ex fumo thuris
adoliti diuinabant. Statius;

Thurea nec supra volante altaria fumo.

Hoc verum de ista, sed alia longe de qua
Dion.

Quinta est proprie dicta ἰσθαυομαρτυρα quã
proponit Dion Cassius (n) agens de Nym-
phæo prope Apolloniam, ibi & oraculum
(inquit) editur. idque hoc modo. Thure ac-
cepto, precibusque eius rei ergo, quam
volunt factis, ipsum thus vt secũ eas preces
deferat, ad ignem proiciunt: tum si ratũ sit
futurum votũ, ab igni thus è vestigio corri-
pitur: ac si thus extra ignem forte deciderit,
accurrens ignis id abripit & cõsumit: sin ir-
ritum erit votum, neque accipitur ab igni
thus, & si in ipsam flammam coniciatur,

n li. 41. hist.
August.



» recedit ab ea, atq; effugit; ita in vtramq; par-
» tem ignis futura predicat, morte nuptiisque
» exceptis. de his enim non licet cuiquam ora-
» culum illud consulere.]

Sexta est τετραμάντεα huc σποδομάντεα
qua diuinabāt olim ex cineribus sacrificio-
rum, videtur hoc factum in ara Apollinis Is-
menij, & ideo Sophocles in Oedi. Tyr. vocal-
se cinerem diuinatoriū, μαρτυρίαν σποδόν. For-
tassitale qd ēt obseruandū in cinere Alphei,
quem idcirco Moschus, vocauit, κόριν ἠράτη.
vbi ex Pausania docui (v) quondam, per κό-
ριν significari τίθηται, per puluerem cineres,
sicut & in Herc. Oetae sumitur.

o in Aduer-
sar. ad Sene-
Medeay. 31.

Et crines patrio puluere sordidos.

Hodie viget quoddam superstitionis huius
vestigium, cum res de qua diuinandum, di-
gito bacilloue cineri inscribitur, & cinis aē-
ri puro permittitur, & attenditur ad litteras
quae in cinere agitato apparent. Item cum
iubent aliquem tres personas cogitare qui-
busum matrimonium optet, vel speret cō-
trahere: tum tres ducunt sulcos in cinere, il-
le autem iubetur singulis personis suum sul-
cum deligere; tum auertus stare, ne sulcos
videat, quos interea alter tamdiu forcipe of-
fendit, donec eorum vnus ab illo ter deli-
gatur; & quam ille sulcus destinabat, ea spō-
detur ipsi vxor futura. posset hoc vltimum
ad fortem diuinatoriam reduci.

Septima

Septima est ἰδομάντεα & εἰνομάντεα, qua
considerabant colorem vtriusque laticis in
sacrificio fusi. Aeneid. 4.

Vidit thuricremis cum dona imponeret aris
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros
Fusq; in obscenum se vertere vina cruorem.
Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.

Ariolationem ergo hic alij agnoscunt: ego
potius diras, seu omen, vt in illis Thyeistae;

Verna capiti fluxere rosa,
Pingui madidus crinis amomo,
Inter subitos stetit horrores:
Imber vultu nolente cadit:
Venit in medias voces gemitus

Sed vagus intra

Terror oberrat. Item

Sed quid hoc? non vult manus
Parere: crescit pondus, & dextram grauat.
Admotus ipsis Bacchus à labris fugit,
Circag, rictus ore decepto effluit.
Et ipsa trepido mensa subsiluit solo.
Vix ignis lucet.

Omnia tamen diuinationis sunt, sed sub
auguriis comprehensa seu auspiciis, de qui-
bus sectio. sequen. Persis diuinationem ex
vino tribuit Alexander Neapolitanus lib. 5.
cap. 13.

Octaua forma ducitur ab edulibus variis,
vτ χριτομάντεα, ἀλευρομάντεα, & ἀλφιτομάντεα.
De hac ita Theodo. Balsam in 6. Synod. quae in

Tom. 2. Dd Trullo;



„Trullo; Mulieres quædam (inquit) cum ordeo
 „ea, quæ ab aliis ignorantur, enunciant. hæc
 „dicuntur *ἑπίθετα*, quæ Ecclesiis & sanctis i-
 „maginibus assidentes, & se ex iis futura di-
 „scere prædicantes, non secus ac Pythonissæ
 „futura prædicunt.] Alia longè est (quàm
 Theocrit. describit in *Pharmaceut.*) observa-
 bat molas & libamenta, & præcipuè triti-
 cum, hordeum, far, & ex eo tosto frescoq; fa-
 ctam farinam, & ea mox subsecutam Victi-
 mæ conspersionem. Seneca;

Et sparge salsa colla tærorum mola.

pin Oed. v. qua dere ex Dionysio Halycarnass. Suyda
 334. & 335. & aliis multa ibi in *Comment.* notavi (p) *ἑπίθετα* perficiebatur calco, *ἑπίθετα* pi-
 icibus, quæ antiquissima. nam vbi illa Poly-
 damas bello Troiano, & Tiresias Thebanus:

q Calus li. apud Lycios à piscibus viuis non vno loco
 7. ca. 29. & petebatur, sed (q) in Dina fossa, & in fonte
 Plinius li. 9. Apollinis apud Myras & apud Syrrhum vi-
 ca. 16. & li. cum. *ἑπίθετα* seu *ἑπίθετα*, ex signis quæ in
 32. c. 2. Plu. ouis apparebant, qua Orpheum vsum vult
 l. de indust. Suydas: de eadem nonnulla Leonicus lib. 3.
 animal. *Var. histor. cap. 13.* huc referenda præstigiola il-
 lius impostoris scedulam in ignem coniec-
 tam, in quouis adlatorum oꝝorum illæsan-
 oste itantis.

Nona est *ἑπίθετα*, qua vtuntur hodie
 quoque Turcæ, cum ceram, liquant & a-
 quæ guttatim instillant, & figuras inde ortas
 obser-

„bservant. Alsaticæ vetulæ aliud genus
 commenta, cum aliquis ægrotat tot cereos
 æqualis ponderis incendunt, quot Sanctos
 morbi immissores autumant; & cuique ce-
 reo suum sanctum appropriant; cuius cereus
 primus consumitus fuerit, eum morbi pro-
 nunciant anthorem, læforemque.

Decima *ἑπίθετα* quæ rimabatur ho-
 minum mactatorum fibras ac viscera. V-
 sus ea Heliogabalus, monstru non homo, v-
 sus etiã Iulianus Apostata, qui gravidarum
 aluos exsecabat (r), vt Antiochiæ & Char-
 ris deprehensum: vsus & teste Ammiano li.
 bro vigesimo nono, quidam Pollentianus V-
 seq; & Arlunę Scythicę, vt est libro primo An-
 nalium Boior. à quibus id accepit Tar-
 tarius, de quibus narrat Cromerus libro octauo
 historiarum Polon. vsi & Lusitani veteres apud
 Strabonem libro tertio. Hæc ad extispiciam
 commode reduceretur, vt & ad hanc, sa-
 crificium filiorum in Topheth, vbi igne ab-
 sumebantur in honorem Molochi in Sacra
 Scriptura (s).

Vndecima fuit *ἑπίθετα*, ex laurei t *Lin. Par-*
tami combustione. Prosperum signum, si
 obstreperet cum fragore, infelix, si iu-
 diani l. 2. de
 xta Propertium, taceret exstincto laurus a-
 rap. Proser.
 dusta foco. de hac multa, & ita, vt nescias
 Celsus Rho-
 dig. li. 5. an-
 tiqui. ca. 7.

r Cedre. in
 Annal. &
 Theodor. l.
 3. c. 21. &
 22.

4. Reg. 26.
 v. 6. Ezech.
 20. v. 31.



Duodecima potest esse *βοτπομάγνεια*, cum ex verbenæ, lunaræ, saluicæ, myricæ, ficus & aliorum simplicium foliis ramulifue, consignatis nomine quærentium & quæstione cognitio futuri petebatur. caue cum his cõfundas Sibyllæ folia apud Maronem, in his enim non quæstio, sed oraculi carmen erat inscriptum. *συκομάγνεια* ficus folia postulabat. De diuinatione per tamaricen seu myricã, ex Nicandri scholiaste, sic Cælius Rhodiginus (v); Apollo myrica vates sanxit prænuñciare mortalibus futura propterea insignem fruticem hunc Nicander *μύρτην* vocat, id est vatem. Quin & magi item Scythæ myricino vaticinãtur ligno. Sed & in Lesbõ Apollo myricæ ramum tenet: qua ratione Myricæus quoq; est cognominatus. Et Archæus prodit quandoque in somnis visum Deum illum myricæ ramo decorum. Et Metrodorus refert antiquissimam esse plantam myricam: nam Ægyptij in Iouis põmpa cõsonantur myrica, id est tamarice, vt interpretatur Dioscorides: sicut apud Medos Magi.]

Decimatertia *ὀμφαλομάγνεια* obstetricum propria, quæ per nodulos umbilico & secundis adherentes coniiiciunt, quoties puerpera fit postmodum peritura.

Decimaquarta nouitia quoque est ex eadẽ obstetricia schola superstitio *ἀμνιομάγνεια*. Fœtus

Fœtus maternus in vtero materno tribus membranis inuoluitur: quarum prima dicitur *χρῆσιον* seu secundinæ: alia vero à farcinis forma *ἀλατοειδης*, tertia à mollicie *ἀμνιο*. Hæ duæ posteriores aliquando cum fœtu sic erumpunt, vt facies ac caput infantis, quasi galeatum appareat: Vulgus Belgicum vocant galeam (den helm): hæc membrana cognomen tribuit Imperat. Diadumeno, & caudicij Romani multa pecunia inuolucrum istud emebant, se illo ad causam victoriam iuuari multum arbitrantes (x) x Lamprid. in vita Diadumeni. Ex huius tegminis colore rubicundo vel livido fortunam infantis, apiculæ ariolantur. hæc *ἀμνιομάγνεια*, de cuius vanitate legendus Leuius Lemnius Zircæus (y). Sed y l. 2. de ocul. na. minimis huiusmodi vanitatibus pro Episcopo deditus; in Ferdinandi Dauali natiuitate (lib. i. Piscarij) huiusmodi pelle inuolutum ex vtero produsse consideravit.

Decimaquinta est æquè ridicula diuinatione Iudeorum per *Iedum*, cuius Rabbini (z) mē. z Moses Sætionem à Mose (a) factam comminiscuntur. *sonis F. in nempe* volunt fuisse animal quoddam non humana forma; cuius ex *Negatiuū mine Iedua* *וַיִּשְׁרַח* umbilico medio funiculus propendebat, quo instar cucurbitæ humo adhaerebat, & quantum funiculi longitudo patiebatur, circumcirca omnem terræ fructum



depascebatur: capi à venatoribus non posse nisi sagitta funisæ præcindatur. tūc statim expirare. per eius ossa, certo ritu in ore gestata, vaticinandi donum nactos homines, indeque ariolos dictos *Iddegonim*. tales isti recutiū fabulas nobis obrudant, digni qui & terræ cum suo NYW affigantur, & cum eo coniuuentur.

Decimasexta est λιδεμαύρεια : cuius meminit Iamblichus, & Orpheus agens de Siderite lapide: sed ritus eius mihi non satis perspectus. Non desunt, qui putent, Iudæis in vsu fuisse lapides quosdam Diuinatores, & eos prohiberi à Mo' *Leuit. 26. ver. 1.* nam vbi noster vertit. *Lapidem insignem* illi malunt vertere; *Lapidem imaginationis*, vel vt alij *Lapidem speculationis*. Sed illi nugantur cum suis, quos nimis libenter sequuntur Rabbini. nam *eben Maskith* vocat lapidem pictura vel artificio aliquo sic ornatum, vt aspectu suo homines capiat, & alliciat ad honorandum, ideo enim additur, non quidem, vt diuines per illum: sed, vt *incurues te ei*, hoc est vt adores illum. Non vos celabo, quid aliquando mihi de hoc loco in mentem venerit: antequam editionem Romanam viderem. Suspicebam nostrum interpretē primò scripsisse *Lapidem in signum*, inde cum alij verba: *āfposuissent: in signum Lapidem*, factum denique *in signem lapidem*. confirmat coniectu-

ram versio LXX. in qua disertè scriptum: λιδον σημαειον . *Lapidem signum*. Et fuit illa veterum superstitio: qui Mercurios ponebant in viis, vel alios Deos *vios* siue *viales*, itinerum indices & signa. prohibeat ergo legislator non lapides indices viarum poni, sed poni huiusmodi lapides habitu Deorum, & ad adorandum. Scio quæ de radice NYW *Sacha* prolixè hîc *Oleaster* adferat; sed probare nequeo, quod vulgatum interpretē tam facile deferat, imo & de versione loci Iob apertè ignorantæ accuset. Etiam si vera significatio foret, *operire*, dicere possem: quæ picta sunt, coloribus esse contexta & operta. Possset quis ad hanc speciem referre quorundam superstitionem, qui vt somnia ipsis contingunt faturi prænuncia, gestant amethystum gemmam:

Decimasextima occurrit λαβδεμαύρεια , quæ multiplex fuit de qua sic *Callius Rhodiginus dicto capite vigesimo nono* scribit; *Virgas* in rebus diuinis eximij cuiusdam vsus fuisse veteribus, ex plerisq; coniectare licet. Nam, qui Persicos ritus diligentius animaduersos litteris mandarunt; illorum magos, qui sacrificiis præficiuntur, carnes super myrto & lauro positas tradunt subtilibus virgis adurere, mox oleum lacte melisque commixtum conspergere, ac com-

precari, fasciculos ex myrica pertenues



„ manu tenentes. In Pyrethiorum meditu-
„ lio surrecta stabat ara, vbi inextinctus ser-
„ uaretur ignis, fierentque itidem comprec-
„ tiones non sine myricinis virgis. Sicut in
„ Scythia quoq; vbi vaticini traduntur plu-
„ res, salignis virgis diuinitio cōcipitur, quas
„ dissoluunt ac separatim singulis humi con-
„ stratis vaticinantur, interim virgas compre-
„ hendentes componentesque, Narees verò,
„ quos esse Androgynos putat Herodotus,
„ tiliam scindentes trifariam, digitosque im-
„ plicando ac resoluendo præcinunt futura.]
„ & postea; Etenim in plerisque locis, virga (vt
„ diximus) præfagiunt, quod in primo com-
„ positionis tertiz Dion quoque confirmat.]
Quæ ille de Persis Magis, ab Herodoto *lib. 15.*
& Strabone *libro 15.* mutuatus: quæ de Scy-
this, & Enariis, ex Herodoti *libro 4.* Scytharum
progeniem Turcas, hunc morem reti-
nuisse, colligitur ex Historiis (b) Collenucij.
Sed illud mihi nota (Lector) *passim præterita*
non pertinere ad vnum dumtaxat caput.
quædam enim explicitam continebat inuo-
cationem, nempe quæ conceptis verbis effi-
ciebat, vt virgula recta, sponte sua, in circu-
lum coiret iunctis extremitatibus. Alia ve-
rò ad sortes pertinet; quando regnum, vel
quid aliud, virgis datis, cui obtingeret, ex-
periebantur. Sic Aaroni prærogatiua Sacer-
dotij, virgula cōtigit florente, sic & Beatam
Virgi-

b lib. 1. rerū
Neopolita.

Virginem nonnulli, ex apocryphis, tra-
dunt Iosepho sponsam datam: quo adhuc
tempore Diuinatoria fors permessa. Ali-
quando ad ariolationem nostram (quam
auspiciū vocauit Tacitus) referenda: vt
illa Perfarum, & Scytharum, Germano-
rum quoque, quam Tacitus describit libr.
de moribus Germanorum, qua de re nos
postea plura Sect. 3. Aliquando ad omnia
vt illa, de qua sic Cranzius *lib. 4. Metropol.*
cap. 19. & 29. Memorant annales Henrici. 3. “
Imp. fabulam de Hildebrando puero, quod “
cum filius esset fabri lignarii, ex fermen- “
tis ordine compositis, inscius ipse, has lite- “
ras conseruerit: quibus astans homo lite- “
ratus legerit ex ea compositione scindula- “
rum: *Dominabor à mari ad mare.* Vnde conie- “
ctans diuinum aliquid in puero, suaserit “
parenti, vt eum literis traderet. Traditus “
profecit, & in cancellariam Regis peruenit, “
& Scriptorius euasit. Somnio admonitus “
Imp. de eodem, quod cornua videretur ha- “
bere, quibus filium suum contereret, ho- “
minem in vincula coniecit: sed ab Impera- “
trice vinculis exutus, Cluniacense Mona- “
sterium petiit. Indeque profecit primum “
in Subdiaconum, deinde in Cardinalem, “
nouissime in Gregorium VII.] Hæc ex “
Annalibus illis Cranzius, quæ nescio cur
fabulam vocet.



Decimoctava est λαμπραδαμαντια: quando nonnulli candelam in D. Antonii honorē accendūt, sicq; se res perditas cōfidunt inuenturos. Alia est, vetus superstitio *Lucernaris*, de qua Propertius lib. 4.

Sed neq; suppletis constabat flamma lucernis.

& alio loco:

Seu voluit tangi parca lucerna meo.

» Petronius in *Satyrā*; Lucernę humore de-
» fectę, tenue & extremum lumen sparge-
» bant: Hęc magis videtur ad omnis auguriū
pertinere. An etiam huc pertinuerit modus
furti concipiendi per lancem & licium, du-
bium mihi: puro potius nō pertinere, quic-
quid Acron prodiderit.

Decimanona vocetur παρθουμαντια; nō-
pe duplex diuinitio, qua virginitatem pu-
ellę explorabant, 1. per funiculum, quę res
etiam hodie in vsu prauo: & videtur olim
eo respexisse Catullus in nuptiis Pelei &
Thetidis;

Non illam nutrix, orienti luce renifens,

Hesternō poterit filum circumdare collo.

le p. vi. de v-
pner. c. 22.

2. quod auctore Guilh. Parisiense (c), so-
litum in Britannia redactum in pollinem
tenuem Achatem in potu præberi, quę qui
quęue sumpsit, nisi virgo sit, statim cogatur
euomere. Referuntur & alia q̄ idē per vrinam
indiciū faciunt. Et referuntur vt arcanę
naturę, vereor ne prorsus sint magica.

Sunt

Sunt & aliz mille nocendi artes & nomi-
na mille, quę vtinā vt mihi, sic ceteris ignō-
tę & inexpertę. Damnant hęc omniā The-
ologi & Canonistę: vide *Euseb. li. 4. Pręp. Eu-
an. cap. si quis 26. q. 5. Ioannem Salinbertensem libr. 2. de nugis Curialium cap. 28. Michael. Medinam lib. 2. de rectoria in Deum fide fol. 29. & Iulium Sire-
nium libr. 9. de Fato c. 15. & 16.*

SECTIO II.

De augurio & auspicio.

Augurium vel depēdet à natura, vt nau-
tarum, agricoliarum &c. de quo postea
(est enim commendatione dignum, vt-
pote naturalis coniectatio) vel hominum
industria atque artificio institutam, rebus
futuris, non necessariis, sed voluntariis cō-
iiciendis inseruiens: de quo nunc agimus,
quod ipsemet Cicero (d) vanitatis & ineptię d lib. 2. de
condemnavit, longe hac in re prudētiōr, diuinat,
quam Plato in *Phædro*, vel Xenophon in *Cy-
riped*. Quod vero & Aristoteles (e) meminit e libr. 9. de
augurii, ille vel populari exsentētia loqui- Hist. anim.
tur, vel augurium vocauit, naturalem præ. c. 31. & 4-
sensionem auium, qua pluuias tempestates-
libi,
que instantes nobis indicant cantu, volatu,
vel garritu. Nobis Christianis dubitare non
licet, totam Augurum disciplinam, incer-
tam & illicitam esse: qua, quod abstinere

Dei



FName. 23. Dei populus etiam ab Ariolo laudatur (f);
v. 23. quam sciunt omnes damnatam à Mose ac
g Leuit. 19. Prophetis (g), & à iuris Canonici (h) aucto-
v. 26. Deut. ribus à quibus etiam variæ pœnæ infligun-
18. v. 10. Ec- tur: quâ sciunt pacti cum dæmone damnari
cles. 3. 4. v. 5. à B. Augustino (i); sciût à rectâ philosophia
Ier. 27. v. 9. valde alienam (k).
h c. illud c. *Auspicii* verò siue *Augurii* vocem nunc ed
sed & illud. extendimus, vt etiam omina comprehen-
26. q. 2. c. si dat: sicut & Græci sumperunt *ὀψιθεῖαν*, *ὀψι-*
quis Episc. *νιθεῖαν*, *διανομοῦντες*, *ὀψιθεῖαν*; pro ob-
c. aliquanti seruatione cunctarum rerum subito, & ex
cap. si quis inopinato & insolito accidentium, institu-
clericus. ca. tuta ad cognitionem futurorum vel occul-
auguris torum. Sic acceptum reduci potest ad spe-
26. q. 5. cies quinque, primum ex cælo, secundum
i L. 2. de do- ex auium volatu vel garritu, tertium ex tri-
ctri. Christ. pudio pullorum, quartum ex quadrupedi-
6. 2. 4. bus, quintum ex diis & portentis: & hoc
k docet hoc eorum omnium communis diuisio est, quod
Cicero d. li. eorum quædam sunt *Oblatiua*, quæ non po-
2. & Fran. seuntur; quædam *Impetratiua*, quæ veniunt
Picus lib. 6. optata & qua sita (l).
de pronot. I. ergo genus è cælo captato ab auguri-
6. 4. bus prospectu, & cæli regione designata
I Pet. San (*templum* (m) vocabant) expectabat auspici-
Historius um, nempe tonitru, vel fulmen siue fulge-
Montepel- tram: quorum alia *bruta* quæ nulla ratione
ful. li. hist. nuntia nitebantur, sed erant vana prorsus,
ter. memo- alia *Fatidica*: & hæc rursus vel pestifera, vel
 consi-

consiliaria, vel auxiliaria, & huiusmodi nu- *rabil. fol.*
 gacissima, de quibus multa Plinius (n) & Sc- *240.*
 neca; quæ sanè eruditè refellit Wimpina *lib. m Varro li.*
de diuinat. c. 3. 4. & 11. *6. de lingua*
 2. ab auibus petebatur, vnde dictum au- *latina.*
gurium, quasi auigerium. Auium alia *oscines*, *n Plin. li. 2.*
 quæ cantu seu garritu; alia *Præpetes*, quæ vo- *6. 52. & 54.*
 latu putabantur prædicere, & harum rursus *& lib. 28. c.*
 variæ differentia; *funebres*, *cliuia*, *arcule*, vol- *2. Seneca in*
scra, *remores*, *inebra*, & alia multa (o). Stulti- *Natural.*
 tia hæc refellitur bene ab eodem Wimpina *questioni-*
lib. eodem cap. 12. *bis.*
 3. de pullorum tripudio sumebatur. Duo o *Seruius*
 à pullariis pulli in cauea seruabantur. pri- *li. 2. Anei.*
 mo diluculo, imperato de more silentio, *Festus in vo-*
 puls aut offa, cauea reclusa, pullis obicie- *ce Oscines,*
 batur: si negligenter cibum, sinistrum au- *Gellius lib.*
 spicium erat; si auide depascerentur ita vt a- *6. c. 6. Plin.*
 liqua ex rostro deciderent, & terram feri- *lib. 10. c. 13.*
 rent, dicebatur *Solissimum tripudium*, & ha- *& 18.*
 bebatur secundum. *pauire* veteribus idem p *de his Ci-*
 quod ferire. inde dictum primo terripau- *tero 1. de di-*
 um, deinde terripudium, denique *tripudium uinat. Fo-*
 (p). Idem & *Soniium* vocatum à Sono quem *stus, in Puls,*
 puls edebat cadendo. Nugacissimum sane *& in Ofci-*
 commentum, cuius tamen neglectui tri- *num.*
 buere Romani clades P. Claudii & Lucii lu- *q Polybius*
 nii bello Punico 1. (q), & Flamini bello *li. 1. & Va-*
 Punico 2. (r). *ler. Max. li.*
 4. ex quadrupedibus sumpta, teste Sext. *1. c. 4.*
 Pom-



Liv. lib. 22. libr. de morib. German.
Pompeio vocabant *auspicia pedestria*; vt apud Germanos ex equorū fremitu; propriū gētis (ait Tacitus) equorum quoq; p̄sagia ac monitus experiri. publice aluntur iisdē nemorib⁹ ac lucis candidi & nullo mortali o-
pere cōtacti; quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps ciuitatis comitātur, hīnitusq; ac fremitus obseruāt. nec vlli auspicio maior fides.] Durasse eā superstitionē diu postea, et si paulam diuersa forma apud Luizicos, ex Ditmaro noster Lipsius in *comment.* admonuit. De Lupino auspicio Plinius & alii valde multa, & prorsus contraria tradiderūt, quos habes diligenter annotatos à Tiraquello (1), de capra, asino, leone vulpe, cane, mustela, ariete, & aliis; quæ Alexander nullis auctoribus firma; at; vir idē supra modū diligens, accurate cōprobauit. s; sunt *omina*: q̄ p̄tinere ad auguria vel v^o ostendit Claudianus sequentibus versibus;

Nullusq; dies non triste minatur

*Augurium. quoties flauentia ferta comarum
Spōte cadunt? quoties exsudat ab vberē sanguis
Larga vel inuito prorumpunt flumina vultu,
Iniusseq; manus mirantia pectora tundunt?
Si buxos inflare velim, serale gemiscunt.*

Tympana si quatiā, planitum mihi tympana reddunt.

Ah vereor, ne quid portendant omina veri.]

Vbi Ceres & exempla præbet ominum seu
Dira;

Dirarum, & quod vocauit *augurium*, postea vocat *omina*. Hæc solent etiam *prodigia* dici. Valer. Maximus (v); admirabile inter cetera prodigium incidit. Infulum namque patere eius vinum, nec semel, sed iterum, ac tertio in sanguinem versum est. Quæ de re consulti magi monuerunt, vt ab incepto desisteret.] Sed de ominibus plura diximus lib. 7. vbi de vana obseruantia egimus. Huc reducenda omnia prodigia & ostenta, & monstra, quatenus quis vanam quandam ex his instituit diuinationem, quam veteres *τερατοροποιαι* vocarunt. *Monstra* sunt naturæ valde aberrantis à cōsuetâ norma in animantium productione ludibria. *Ostenta* verò & *prodigia* vocamus varias & terribiles atque insolitas in aëre aut aliis elementis apparitiones, ac sonos, vel effectus, vt pluias sanguinis, acies in cælo visas, & similia quibus pleni Iulii Obsequentis & Lycosthenis libri, & Iosephus lib. 7. de bello cap. 44. & egregie Wimpina lib. de signis (x). certa horum interpretatio à diuina reuelatione dependet, vt fuit concessa Danieli (y): non licet ea curiose obseruare ad fortuitos euentus certo prædicendos: recte tamen concionatores ex iis imminentem Dei vindictam denunciant, vel ab instanti facinore ac vitæ prauitate homines iis deterrent, & ad pœnitentiam hortantur. reuera enim
idcir-



idcirco illa solent à Deo ostendi. Plura de his pete à D. Augustino lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 28. & qui hos portentorum obseruatores egregie confutant Picus, (z), Wimpina, Medina. & Sirenus.

2 Picus lib. 6. de pra-not. cap. 6. Wimpina sup. ca. 17. Medina lib. 2. direc. fid. c. 2. Siren. d. lib. 9. cap. 19. & 20.

Vlt. Auspicium ex acuminibus militare, cuius & Cicero & Arnobius meminere, quidam ad ostenta referunt, cum Caelio Calcagnino; alii ad Geomantiam; alii cū Turnebo non dissimile faciunt ab Axinomantia. quale fuerit, nihil habeo certi. Lege si placet Antonium Valtrinum. Comm. de re militari.

SECTIO III.

De sortibus illicitis.

MANGANIE tertiam partem dixi esse Sortes. Hebraeis seu Persis potius fors dicta Phur, vt patet ex libr. Esther cap. 9. vers. 26. Sors autem teste D. Thoma (d), triplex est, diuinatoria, consultoria, & diuisoria.

2 22. q. 95. 4. 2.

Diuinatoria vocari potest κληρομαντεία; quæ & ipsa multiplex est. vna, eadem cum oraculo; vt fuere sortes Delia, Lycia, Antiates, Prænestinae & similes, sic accepit Seneca,

in Troadib. Post fata demū sortis incerta fides. & in Oedipo. Sorte Phebeia excitus.

Cæteræ sortes pleræque nomen à materia fortiūtu: vt sunt παλομαντεία, πωλιμαντεία, & σφα-

αλομαντεία, quæ bacillis, talis, ocellis, pilulis, aut tabellis inscriptis, in altum, vel in vnam coniciebantur.

3. his similis fuit κωβομαντεία, siue aleatoria, vt apud Propertium.

Me quoq; per talos Venerem quærens secundos,

Damnosi semper subfilere canes.

Huius dediti valde Augustus & Tiberius Imp. teste Suetonio; & Attalus Rex Pergam. Vtebantur huiusmodi sorte teste Pausania Græci, apud Buram Achaia: & in Apollonio fonte in Italia, teste Suetonio, in Tiberio.

4. Παλομαντεία, quã dixi, seu πωλιμαντεία, quam Tacitus tribuit Germanis (c); sortium consuetudo simplex, ait virgam fructiferam arbori decissam in surculos amputant; eosque notis quibusdam discretos, super candidam vellem temere ac fortuito spargunt. mox, si publice consulatur, sacerdos ciuitatis; si priuatim, ipse paterfamilia precatus Deos, caelumq; suspiciens ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. &c.] In sacris litteris inuenio nonnullas huc pertinētes, vt est illa sagittarum de qua Ezechiel, & alia virgarū de qua Oseas, & secundum nonnullos Moses Ezechielis verba sunt (d); Stetit enim rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum diuinationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, extra consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinitio

cli. de morib. German.

d. 2. v. 21.



434 DISQUISITI MAGIC.
tio super Ierusalem. Diuinationem hanc variè
 explicant, orta diuersitate, quia non conueniunt de significatione verbi לִקְדָּקִים quod
 D. Hieron. vertit *commiscuit*, LXX. vero *fecit
 ebullire*, & *virgam* pro *sagittis*, ἀναβέουσαι ῥάβδους
 quod tamen Polychronius docet dictam
 phrasi Hebræa pro *missis* seu *iecit sagittas*
 ἀντὶ τοῦ βύβου βέλη, πῶς τὴ γὰρ λέγει ἐχρησάτο καὶ
 ὁ ἑβραῖος. D. Hieronym. in Comment. ex-
 plicat modum diuinationis; stabit in ipso
 compito, & ritu gentis suæ oraculum con-
 suler, vt mittat sagittas suas in pharetram, &
 commisceat eas inscriptas, siue signatas no-
 minibus singulorum, vt videat, cuius sagitta
 exeat, & quam prius ciuitatem debeat op-
 pugnare. hanc autem Græci βολομαγίαν siue
 ἰαβόμαγίαν nominant.] & addit postea,
 LXX. hic non tam sensu, quam verbis à
 vulgata dissentire. Nam illud ἀναβέουσαι seu
 ebullire, nihil aliud est, quam velociter exi-
 re seu ascendere. Sed alij putant eo significa-
 ti genus alterum diuinationis: nempe com-
 mixtas sagittas in aërem fortiter iecisse, &
 in quam partem caderent, dextram an si-
 nistram versus Rabbath, an versus Hieru-
 salem, obseruasse: sic R. Ioseph, & (vt vi-
 detur) Chaldaeus Paraphrastes, eamque in-
 terpretationē optime tam nostra, quàm Græca
 versio patitur. Deniq; quia Kalal לִקְדָּקִים etiam
 significat lauigare, & polire, ideo exponunt;
 terfit

terfit seu poliuit sagittas, volūt enim signi-
 ficari genus diuinationis Catopromanti-
 cum; quo augures in splendenti cuspide,
 velut in crystallo vel vngue, futura inspicie-
 bant: sed cum hoc sit recentiorum com-
 mentū, præstat D. Hier. & LXX. illos sequi.

Alter locus est Deuter. 8. v. 11. *Vechobet cha-
 ber.* וְחֹבֵב הַחֶבֶר, quod noster vertit *incanta-
 tor*; recentiores vertunt *iungens iunctionem*, vt
 exprimant speciem *ἑλομαγίας*, qua per fru-
 sta lignorum iterum coëuntia diuinabatur.
 Sed nostrā versionē eō firmant LXX. φαρμακός
 ἐπαίδων ἐπαίδων, *veneficus incantans incanta-
 tionem*; & recte. incantatores enim à חֶבֶר, *Chabat*
 quod significat, se sociare, vocantur *Chaba-
 rim*, quali dicas socij, nempe dæmonum;
 quibus se pacto seu fœdere inuito coniun-
 gunt. Longe ergo clarius vertit noster vul-
 gatus, quam recentiores isti: & bene Pagni-
 nus retinuerat versionem LXX. interpp.

Tertius locus est Osee 4. v. 12. *Populus meus in
 ligno interrogauit, & baculus eius amantiauit ei.*
 non constat, de quo genere hoc dictum. a-
 pud Hebræos, R. Moses Samfonis F. in ex-
 plicatione precepti Negatiui. 52. commemo-
 rat huiusmodi ritum: decorticabāt bacillū
 ligneū vno tantū ex latere, tū in aerē picie-
 bāt. si fortuito casu, primō iactu apparuisset,
 superior pars decorticata; at secūdo iactu, su-
 perior pars adhuc vestita, prosperū successū
 Ec à augu-

augurabantur: sin è contra primum pars
velitita, infelicem; si veroque iactu vestitum
vel nudatum latus superius fuisset, mixtum
euentum sibi p̄llicebantur: & hoc ab Olea
putant significari. D. Hieronymus autem
vult, de eodem agi genere de quo egit Eze-
chiel, & vocat hic *παβδομαρτέαν*, quod illic
βελδομαρτέαν, pro iisdem enim ista accepit.
» Sentit hoc etiam Theophylact. in *Osee*, sed a-
» liter explicat ipsum ritum: virgas (inquit)
» duas statuentes carmina & incantationes
» quasdam submurmurabant: deinde virgis,
» demonum operatione aut effectu, cadenti-
» bus; considerabant quonam vtraque ea-
» rum caderet, antrorsumne an retrorsum,
» ad dexteram, vel sinistram. Sicque tandem
» responsa dabant insipientibus, virgarum ca-
» su pro signis vsi. Eundem ad modum Na-
» buchodonosor vaticinabatur, vt Iezekiel
» habet.] His adde quæ dicta s̄. *sect. 1. super-*
stit. 17.

5. species est *Geomantia*, cuius laboriosa in-
dustria mentitur artem. nam sexdecim figu-
rarum in solo, vel abaco nomina *τεχνη* dis-
pungit, ex sedecim additis diuersis puncto-
rum coordinationibus, quæ nomina singu-
lis suis astris putant respondere. hoc olim
Hali, postea Gerardus Cremonensis, Bar-
tholomæus Parmensis, & Gaspar Peucerus
Lutheri sectator; quorum libri prohibiti
sunt

sunt complexi scriptis. Et Peucerum miror
id tam diligenter persecutum, cum verissi-
me fateatur, toti illi disquisitioni nullam
prorsus rationem, nullam veri speciem sub-
esse. Archimagus quoque Cornelius suam,
diuersam ab illa aliorum, Geomantiam, &
que fallacem & mendacem, posteriore scri-
pto fuit testatus. Picus de hac cecinit.

Atq; frequens bibulam mucro cum pūgit arenā:
Hanc descripsi: Pictorius in *Epitome de Magia*
c. 8. Quanta ergo dementia est his vacare,
quæ à suis damnantur auctoribus? Ex piis
scriptoribus & catholicis erudite refutarūt
sæpe iam citati, Franc. Picus *lib. 6. de Prano-*
tion. c. 3. & qui toto clam opere ex Pico pluri-
ma, Conrad. Wimpina *li. de diuinat. c. 5.* & Iul.
Sirenus *lib. 9. de Fato c. 38.*

6. vocant *εορχεισμοδονταυ*, fiebat primum
aperto libro Homeri vel Virgilij, & attento
primo qui obuius inspicienti, versu. Sic So-
crates mortis suæ diem coniecit; Sic Clau-
dius, Macrinus, Gordianus Junior & alij
Imp. tempus regni vel vita. Huic vanitati
Gentilium deinde successit apud Christia-
nos, apertio Veteris aut Noui testamenti;
quam insigni blasphemia vocant SORTES
APOSTOLORVM: hac vsi fuere Heraclius
Imp. apud Cedrenum; & Romanus Dioge-
nes, apud Cuspinianum, & Andronicus se-
nior apud Gregoram *li. 8.* & Chrannus filius



Regis Francorum, apud Gregorium Turonensem *lib. 4. Histo. c. 16. & 20.* & B. Theodora Alexandrina, nondum benè catechizata, apud Simconem Metaphrast. *XI. Septembr.* & Meroveus apud Gregor. Turonen. *hist. Fra. lib. 5. ca. 14.* vbi & alius ritus exprimitur, nam ponuntur tres codices scripturæ sacræ super S. Martini sepulchro, & sigillatim singuli aperiuntur. vsus hac denique Gundulfus, apud Ranulphum *lib. 7. Polychronici c. 6.* & sui laudator facinoris Hieron. Gardanus, *de varietat. lib. 14.* Damnata fuit hæc superstitio non vno concilio (e) Ecclesiæ Catholice decretis. Huc quidam referunt certas illas Ephesiorū notas magicis verbis iunctas, quas ferenti conatus omnes forēt efficaces. harū beneficio volunt Cræsum è rogo liberatum (f). sed hæc pertinent ad q. 6. Et ne quis obliuiat vel D. August. in Confess. vel Greg. Turonen. factum, *lib. 5. Histo. Fran. cap. 47. & sequ.* Nam Sancti tunc librum aperiebant, non vt de futuris certiores redderentur, sed vt cōsolatorium aliquid vel exhortatorium in sacra pagina reperirent, vt testatur ipsemet Gregor. & sic solent hodie multi pij viri cum tentantur, aperire libellum illum aureum Thomæ de Kempis *de contemptu mundi*, eo quod semper aliquid in eo occurrat, quo roborari se & confirmari sentiūt. quod sanè expers est superstitionis.

Augu-

e. c. aliquā-
ti & cap. fi
quis cleri-
cos. 26. q. 5.
Evide Eu-
stach. in
Homer.

Augustinus etiā diuina monitione ad hoc inductus fuit, vide *lib. 9. Confess. c. vlt.*

7. loco venit ludus, qui describitur in *Δοξο-
ποι. 7. q.* & alter quem vocant Ludum Pastorum, qui duo malè per Franciam & Germaniam multis solemnes; ad cognitionem matrimonij futuri, liberorum, opum, dignitatū.

8. venit ἀλακρυμέντοις: quando definitus locus in partes æquales describitur, & vnicuique singulæ alphabeti litteræ inscribuntur: deinde singulis litteris granum frumētii imponitur: postea ad hoc enueritus oscen gallinaceus introducit, qui grana comedit. denique notantur litteræ, quarum primum grana depascitur, v. g. si, litterarum, P. E. T. tunc creditur notari, Petrus, Petronius, Petrucius, & quorū simili modo nomen inchoatur. Sic deceptus Valens Imp. de g. Zonarao successore querentibus philosophis; & quia *10. 3. in Va-
Gallinaceus absumerat, grana notata* E. I. en. Socra-
o. Δ. omnes occidi iussit Theodoros, Theo-
dosios, Theodatos, Theodulos; & tamen il-
li Magnus Theodos. in imperio successit (g). *lib. 6. ca. 35.*
Hoc cum Zonara quidam volunt factum Niceph. *lib. 11. cap. 45.*
per ἀλακρυμέντοις; sed aperte Socrates di-
cit factum per γαυρομέντοις: Sozomenus, per Cassiodor.
oraculum ex tripodis machina laurea; quæ *lib. 7. Tri-
Nicephorus sequitur. Cassiodorus autē cū par. ca. 35.*
Socrate sentit; sed per errorem, vult ipsum. *Ammia. lib. 26.*
met Valentem opera demonis vsum in qui-



fuisse de successore. Zonaras vero vult hoc factum ab Iamblichō & Libanio: sed hos omnes falli ex eorum temporum scriptore Ammiano patet, qui reos quidem quæsitivatinij nominat Fidustium, Irenæum, Pergamium, Hilarium, & hos quidem convenisse alios varicinandi peritos, (quos non nominat & forte fuisse Libanium, & Iamblichum) & recitat mox verba Hilarij iam latera fodicati; Construximus (magnifici ludices) ad cortinæ similitudinē Delphicæ, diris auspiciis, de laureis virgulis, infaustam hanc mēsulam, quam videtis; & imprecationibus carminum secretorum, choragisq; multis ac diuturnis ritualiter consecratam, movimus tandem. Mouendi autē, quoties super rebus arcanis consulebatur, erat institutio talis. Collocabatur in medio domus, emaculata odoribus Arabicis, vndiq; lance rotundā la pure superposita, ex diversis metallicis materiis fabrefacta: cuius in ambitu rotunditatis extremo elementorum viginti quatuor scriptiles formæ perite incise diiungebatur spatiiis examine dimēsis. Has linteis quidam indumentis amictus, calceatusque itidem linteis foccis, torulo capite circumflexo, verbenas felicitis arboris gestans, litato cōceptis carminibus numine præscitionum authore, carimoniali sciētia supersistit cortinulas, pensulū annulū librās ex carpathio filo

filo perquam tenui mysticis disciplinis initiatum: qui per intervalla distincta retinentibus singulis litteris incidens saltuatim heroes efficit versus interrogationibus cōsonos, ad numeros & modos plenē conclusos: quales leguntur Pythici, vel ex oraculis editi Branchidarum. Ibi tum quærentibus nobis, qui præsentī succedet imperio, quoniam omni parte expolitus fore memorabatur; affiliens annulus duas perstrinxerat syllabas, & cum adiectione litteræ postrema, exclamavit quidam præsentium, Theodorum &c. Subdit etiam interrogatos non quæsisset, quid ipsismet impenderet, dixisse versus, qui responsi; quibus & ipsis capitalis sententia, & Principi exustio denuntiabatur; quæ cuncta sic euenire. Nam & Theodosius successit, & hic capite mulctatus, & Valens viuis à Gothis igne consumptus fuit. Adeo ut suspicer, hæc oia p̄ Diabolum Deo reuelante, ad tot scelerū vindictam fuisse reuelata. Ex quibus verbis Ammiani patet, Socratem & Cassiodorum, & Zonaram incomperata sibi, & parum vera narrasse.

Novum genus est *dyoplasmatum*, quæ petitur ex nomine consulentis per elementa nominis diversimode collocata, & quasi peragrammatismū faustū quid vel cōtrariū indicantia. hoc fuit Pythagoricum commentum. v. g. si *Ioannes Magnus*, resoluas in, *agnus*



animose. hac putant ab Apollonio Romæ puellam, quæ nuptiarum die mortua, suscitatum [Philos. lib. 4.]

Decimū dicebat *ἀριθμάρτια* q̄ fuit duplex, vna Græcorū, valorem litterarū consideratium, & futurum victorem augurantium, cuius nomen maiores numeros contineret; ideoque Hectorem ab Achille superatum

h Terentia. (h). Al. era fuit Chaldæorum, qui alphabetum distribuūt in tres decades, quibusdam litteris repetitis. & nomina petentium rebus (vbi de hac re dixi plura) Opirationib. in Accii Astynactem. i lib. 8. de repub. soluta commutant in numeros, & singulos numeros suis planetis attribuunt. Hæ referenda Iudæorum recentiorum Kabbalæ, quam diuidunt in duas partes; in quam blasphemis refertā; & *ἀριθμάρτια* hanc vanissimam; à qua non abit longe Platonis Arithmeticum vaticinium (i) reprehensum ab Aristotele li. 5. Polit. Sane Apostolus & Euangelista D. Ioan. in Apoc. nomen Antichristi per numerum 666. significauit, cap. 13. vt illi à Deo fuerat reuelatum: sed omnium hæctenus ingenia in nomine illò eruendo frustra fortassis desiderunt. qui multa volet, legat Riberam in Apocalyp. Sanderum de Antichristo, Fenardentiam in Ireneum. & fassissime differentem Raimundum de Antichrist. a. cap. 20. vsque ad 25. qui Arithmantia tamen nonnihil amplius, quam par erat, detulit, ex Platoniorum commentis.

Locus

Locus ille Apostoli non confirmat Arithmantiam; sed dumtaxat numerorum in uolucris arithmetice prophetiam contextit quod & nobis liceret Sancto Spiritu id inspirante. Iplis vero numeris vim aliquam diuinam, vel naturalem proprietatem tribuere; erroneum est.

XI. potest esse quod Pythagoræ tribuit Plinius; considerandum in nominibus propriis vocalium numerum; parem esse prosperum; imparem vero, orbitatis claudicationisue indicium. Circumfertur de his & similibus nugis liber Alchindrina, superstitiosus plane, & flammis dignissimus; quem fingunt fuisse discipulum Aristotelis. Huc & ad præcedentem speciem communiter referenda est illa circularis figura, in cuius media inter semilunas area, varii numeri arithmetici; in proximo circulo, inscripta verba, *vita, bona fortuna, mala fortuna, mors, morbus, sanitas*; in sequenti nomina planetarum cum certis numeris: in 3. alphabetum Latinis litteris capitalibus, in 4. certi arithmetici numeri; quæ in Germania quidam vtuntur, & cuius formam si Georg Pictorius non exhibuisset, vsumque explicasset, fecisset longe consultius.

Vltimo loco, Ioannes Leo, diligens scriptor (k), quandam *ἀριθμάρτια* sortiarum re-
centet: in capsula abaculi, forma constru-
scip. Afr.
sta



Et quædam ali auiculas, ad has venire qui consilium querunt, & obolum offerre: auiculam stipem accipere, inque capsulam inferre rostro: deinde regredi, & responsum in chartula referre consultori. Hæc sufficiant de his superstitionis sortibus partim diuinatoriis, partim consultoriis.

SECTIO IV.

Quale in his peccatum?

NOTANDA sequentes conclusiones. Quo ad sortem diuinatoriam, & auguria cætera.

Primò graue peccatum est inquirere occultas culpas per aruspicia, vel auguria, vel sortes diuinatorias. nam hæc non possunt ita sciri sine dæmonis auxilio. quare quidam qui per astrolabium conatus fuerat forem occultum nosse, etiam sine intentione dæmonem inuocâdi, vt grauiter peccans, ab altaris ministerio fuit per annum suspensus (l); idque ex gratia & dispensatione: quia secundum ius commune debuisset in perpetuum suspendi (m).

1c. 2. de sortileg.

m. ca. si quis Episcopus.

26. q. 5.

n. D. Thom.

d. q. 95. a. 6.

q. 7.

o. d. c. si quis Episcopus.

cum seqq.

2. & que mortale peccatū est auguriis vel sortibus conari prædicere futura contingētia (n); ideoque in clericos lata excommunicationis sententia (o).

3. Quamuis nō sit peccatum mortale huiusmodi obseruare, nisi quando quis illis si-

dem

dē adhibet; semper tñ maxime periculosum est, secundum illa dirigere actiones suas, etiamsi quis illis minimè credat. ratio. quia iustissime Deus solet permittere, vt tales malè pereant: Diabolus etiam per huiusmodi sepe in maiora pertrahit, & in magis feris decipit: & vt minimum, per hæc homo pessimum habitum acquirit, proxime disponentem ad infidelitatem.

4. Idem hodie dicendum de sorte consultoria, qua inquirimus, quid nobis faciendum vel iudicandum. nam & hæc, sub anathemate prohibita (p). probatur. quia non licet huiusmodi nisi a Deo inquirere: Deus aut non vult nos suam voluntatem per sortes indagare; sed petere illam à doctrina Ecclesie, sacra scriptura, superioribus nostris, ac aliis doctis ac piis viris. Mortale autem est, quando aliquid superstitionis adhibetur, vel sorti certo creditur: si verò vtrumque deesset, & sine superstitione vlla, simpliciter quis sorte voluntatem Dei inquireret, probabiliter tantum sorti credens; foret peccatum Veniabile.

p. c. sortes. 26. q. 5.

CAPVT III.

De coniectatione.

Hvc vsque sermo fuit, de prænotione prorsus licita, de qua est cap. 1. vel de prorsus illicita, de qua fuit cap. 2. Nunc sequitur



446 DISQUISIT. MAGIC.
quitur agamus de ea, quæ aliquando licita, aliquando illicita est; quam vocamus *Coniectationem*. hæc vel est *Physica* seu *Naturalis*, vel *Politica* seu *ciuilis*, quæ *fortis* nomen retinet.

QUESTIO I.

De coniectatione ex astris.

In naturalis coniectationis classem referuntur, vel saltem eas non improbabiler omnino prætexunt, cuiusmodi sunt agricolarum, pastorum, nautarum, architectorum, medicorum, physiognomorum, chiromantarum, astrologorum, & oniroplarum; de quibus nunc sigillatim nobis est differendum.

Quoad coniectationem, siue iudicantiam ex astris mathesim, duæ possunt eius species constitui, prior licita, posterior illicita. Prima species est *astronomia*; quæ nititur vniuersalibus, veris & incommutabilibus principis, & scientiam consequitur futurorum artis suæ; veluti reuolutionis annorum, cursus siderum, distinctionis eorum, item naturæ solis & planetarum, eclipsum, stationum, retrogradationum, aspectuum, conjunctionum, oppositionum, & similiarum; quo in genere quædam iam prodierunt vtilia, & maiora expectantur, Tychonis Brahe,

hei, Nobilis Dani. Altera est *Astrologia*, tam dissimilis priori, quam pellex coniugi iustæ: quæ nititur principis communibus variabilibusque, & prædicat effecta euentuum futurorum, non necessariorum, sed contingentium: quasi ab astris necessitudine aliqua dependentium. Et ex illa priore, in hæc tandem *Chaldei* deflexere. Sic vocati initio Sacerdotes *Babyloniorum*, teste *Diodoro Siculo lib. 2. Biblioth.* o quod *Chaldaea* natio in hoc genere antistabat. San: ideo receptum postea vt simpliciter *Chaldeus* Astrologum significaret, sicut *Arabs* latronem, & *Chananius* mercatorem. sic vsurpant *Daniel propheta sua 2. vers. 2.* *Iuuenalis Satyr. 6.* & *Gellius lib. 1. noct. Atticar. cap. 9.*

Astrologiæ huius partes sunt quatuor, prima versatur circa *Reuolutiones*, & prædicat totius anni bello paceque vicissitudines, aeris salubritatem, annonæ pretium, morbos animantium, &c. Secunda continet *Magisterium Natiuitatum*, docens, quid sigillatim homini tota vita obtinet. Tertia vocatur *Electionum*; quæ docet quid in singulis rebus consulto & vtiliter faciendum, quid optatum; quando edificandum, quando mihi nauigandum equitandum, quando egrediendum manendumue domi, denique quando & quibus locis singula facienda, vt feliciter cedat, hæc se mirabiliter iactabat, meus olim in Mathe.



Mathesi Doctor, Ioa. Stadius; ipsi tamen, si demas, quæ per imposturam aliquando cõsequeretur, omnia pessime & infelicissime cedebant. 4. est *imaginum sculpendarum*, plane præstigio'a, & à nobis lib. 1. satis confutata. Trium cæterarum, nulla quidquam habet certitudinis, sed quo longius abit quæq; à communibus illis astronomiæ canonibus, & ad particulares singularesque euentus propius accedit; eo à scientia & certitudine longius recedit, & mendacio vanitæque se se arctius adiungit. Vnde

„ *Sit 1. concl.* Astronomus non recedens à
„ suis vniuersalibus commensuratis, im-
„ diatisque principiis, potest iuxta canones
„ artis suæ certo prædicere, etiam multis an-
„ tequam eueniant annis, vniuersales illos ar-
„ tis suæ euentus: nisi tamen vel supputatio,
„ vel instrumenta cum fallant.] Hinc ortæ E-
„ phemerides, quæ vulgo ei cumferuntur.
Hanc conclusionem neminem puto negaturum, quia sicut se habet res ad esse, sic ad cognoscendi: euentus isti necessarii sunt, & certi: poterunt igitur certo cognosci. Iuxta eandem rationem, poterit ex Lunæ & solis vario colore & aliis phænomenis, astronomus; ventorum, pluuiarum, serenitatis & huiusmodi vicissitudinis temp. statum euentus probabiliter prædicere. ratio, quia vtplurimum hæc accidunt; aliquando tamen ob pe-

bb peculiare aliquas causas impediuntur. Huc spectant Arati, Ciceronis, Hesiodi, Virgilij, & Germanici de Phænomenis carmina:

2. *Conclusio*, Astrologiæ species illa prima non est superstitiosa, si tantum proficitur opinionem cum formidine oppositi; v.g. *minantur astra annona caritatem; forte futura durior annona: metus ne sit, &c.* Secunda verò non est superstitiosa, si tantum proficitur suspicionem, v.g. *suspicio est hunc puerum fore talem; inclinabitur ad hoc; horoscopus illi talia portendit, &c.* Tertia pars denique non est superstitiosa, si tantum dicat se æstimare, quòd res bene sit cessura: & reuera animo suo non plus tribuat, quam verbis præ se fert, (quod in omnibus his tribus notandum) *huc hæc docet Conrad. VVimpina lib. de Fato; & alio opere de superstitione lib. 2. cap. 7.* ratio, quia propter consideratos euentus similes, ad similem astrorum posituram sæpè subsequutos, licet nobis æstimare, suspicari, & metuerè similia: neque vllum peccatum in hac obseruationis cautione versatur; quæ est portio quardam prudentiæ, & ideo secundum se est bona.

3. *Conclusio*, astrologia villo istorum trium modorum vterius tendens, & prædicens aliquid vt certo euenturum, merè illicita est & superstitiosa: totaque huiusmodi diuina-



» tio incerta est ac vana, nec artis aut scientiæ
» digna nomine.]

*a in sum. verb. a-
strorum
observa-
tio.* Notandum ex Caictano (a) solere hic in-
curri tria peccata mortalia, secundum tres
modos excedendi. Primò quando Christiana
fidei mysteria stellis subijciuntur, & deducuntur
ex astrorum influxu vel situ. qua in re
peccavit etiam Petr. Haliacensis, qui diluuit
Noe, natiuitatem IESV, religionis fideique
mutationes & alia huiusmodi supernatura-
lia arcana astrorum disciplina subiecit; Firmicus
quoque, Albumazar, Aponensis, Machianellus,
& Paul. Iouius (b), Italique complures in eundem
scopulum impegerunt, quos perfidiæ reos merito
peregit Ioanni Picus Mirandula (c) Comes. Retellit
hoc dogma, quia talia mysteria à libero Dei
decreto dependebant solo; Deus autem, ut
constituit, sic etiam potest cælorum cursus im-
mutare. ideoque Christiana religio cælis
superior est censenda. Confessio enim eius super
cælum & terram (d).

*b l. 13. hi-
stor.*

*c l. 2. cont.
Astrolog.
c. 5. & lib.
5. c. 11.*

*d Psalm.
148. v. 14.*

Secundum peccatum est, quando futura
contingentia, ex astris censent certò præsciri
posse. hoc enim tollit libertatem humani
arbitrii. Nam si certò præsciri possent, hoc fo-
rer quia actiones illæ ab astris, & non ab ar-
bitrii libertate penderent. sicque desinerent
esse futura contingentia. Contradictoria ita-
que sunt certò aliquid huiusmodi prædici,
& tamen

& tamen huiusmodi libera siue contingen-
tia esse.

Tertio peccatur, quando interrogatio-
nes & electiones cælestibus hisce corpori-
bus subijciuntur, ut certæ enidam causæ, &
tanquam legis decreto: ita ut quis hæc vitæ
actionibusq; suis regulam & normam præ-
figat. Hoc enim repugnat dignitati diuinæ
gratiæ, quæ vincit naturam, repugnat etiam
diuinæ legi, quæ talia vetat sic observari, re-
pugnat nostræ mentis & consilij dignitati,
qua cunctis rebus corporeis sumus præstan-
tiores & sublimiores.

In duo hæc posteriora peccata incidunt,
quotquot plus quam oportet huic astrolo-
giæ tribuunt, ut veteres Chaldaei, & qui in
libris iuris vocantur Mathematici ac Plane-
tarij; & ex recentioribus, idèd cauendi, Iul.
Gauricus, Leontius, Cardanus, Bellancius,
Ioannes Stadius, Iunelius & Nostradamus;
contra quos omnes est præcedens
tertia conclusio:

Quæ probari potest ratione, & auctori-
tate. Ratione, quia, cum euentus isti non ex-
istant necessariò, & certò, non possunt cer-
tò & necessariò præsciri. Deinde quia hi ef-
fectus non continentur in astrorum pote-
state, quibus etiam nec Deus, nec humanum
arbitrium subsunt. Et alia plures rationes
peti possunt ex bulla Sixti V. contra astrolo-



gos; & ex doctissimo, prolixoque opere Io-
ann. Pici contra Astrologos.

Auctoritatis probatio suas habet classes,
1. probatur scripturæ sacre testimoniis, quæ
docet rerum futurarum præscientiam so-
lius esse Dei (e), & eam profus adimit ho-
mini (f), monet ne quis diseat astrologiam,
vel ab astris sibi timeat, & has esse vanas le-
ges infidelium (g): ne sequamur vanitates
philosophorum *vanæ scientiæ & viciis se-
cundum elementa vniuersi* (h), quod de astro-
logia D. Athanasius accepit: ridet augures,
& ostendit à scientia sua Babylonios & Chal-
dæos fuisse deceptos, illudque ipsis studium
inutile & noxium fuisse (i). Quis Deo non
i Esai. " credat: Ecce, clamat ipse Deus: Ego sum Do-
47. v. " minus irrita faciens signa diuorum, & Arit-
10. & " los in furorem vertens, conuertens sapientes ve-
13. " trorsum, & scientiam eorum stultam faciens
k Esai. 44 (k). Ex his locis patet errasse Salisberien-
v. 25. " senu cum lib. 1. cap. 11. scribit, viguit autem ista
" scientia, & forte eam aliquatenus licuit ex-
" ercere, donec Deum natura nunciauit stel-
" la de celo, magosque non reprobos, primi-
" cias fidei ad eum adorandum nouo & inau-
" dito ducatu perduxit, exinde verò penitus
interdicta est] imò vt semper mala fuit, sic
semper interdicta iure diuino fuit.

2. Quia concilia & canones PP. grauissi-
mis penis præstituris, tam damnant: lon-
gum

gum foret verba adscribere. loca indicabo
e. illud, c. illos, c. sed & illud. 26. q. 2. c. igitur. 26.
q. 3. c. non liceat. 26. q. 5. ca. 2. de sortileg. Con-
cili Tridentini inde. c. libror. damnator. Reg. 6.
& plenissimo Sixtus V. P. M. bulla sua contra
astrologos. Equidem lego apud Epiphanium
(l), olim Aquilam Põnicum ex Ecclesia 11. de Põ-
pulum, eò quod his studijs nollet abstinere. der. &

3. Damnata eandem ius civile Romano-
rum. l. 2. C. de malef. & Mathem. l. Mathe-
maticos. C. de Episc. aud. quibus & ars inter-
dicta, & codices incendio, & videntes damnã-
tur exilio: sed alibi etiam morte plectuntur,
l. 3. C. de malef. & Mathemat.

4. Vt omittam Origenem, & Eusebium
lib. 6. de Prep. Euang. c. 9. damnant commu-
niter Patres orthodoxi, Basilium hom. in Gen.
6. & serm. in Princip. Prouerb. D. Chrysim c.
2. Matth. D. Ambros. lib. 4. Hexam. c. 4. D.
Augustin. lib. 2. de Gen. ad lit. cap. 17. & lib. 2.
de doctrin. Christ. a cap. 21. & lib. 5. de Ciuit.
Dei, aliquot primis capitibus, & hom. in Psal.
61. D. Greg. hom. de Epiphania. Ioann. Salis-
beriensis lib. 2. Polycratici, c. 19. & 24. & 26.

5. Damnant communiter Theologi, tum
veteres, ut D. Thom. 2. 2. q. 95. a. 5. S. Bonau. in
Centiloquio, D. Antonin. 2. p. tit. 12. c. 17. §. 6.
Petr. de Tarent. sus, Richar. Paludan. Gabr.
May. in 4. sent. Guilh. Parisi tractat. de legibus
ad longum. tum recentiores, vt opere doctis-



limo & vberrimo, Phœnix xui sui, Ioan. Picus Mir. & eius nepos contra Bellancinum patrum libros defendens, Ioann. Fr. Picus l. 1. de Prenot. Iulius Siren lib. 9. de Fato a cap. 29. qui tamen postea c. 36. & 37. videtur aliquantulum plus equo tribuere astrologis; item Mich. Medina lib. 2. de reſta in Deum Fide ca. 2. & noster Bened. Perorius lib. integro de diuinaſtolog.

6. Damnant communiter Iuriconſulti tam Canonice quam Legiſta, Ioannes And. Abbas, Ancharanus, Ananias in c. ex tuarum de ſortileg. Turrecremata in d. c. illos, & in ſumma de Ecclēſ. Alberic. Roſatus in voce, ſortilegiu. Troilus Maluicinus tract. de ſorti. p. 1. Balduſalycet. & alij ſcribentes in ll. 2. & 3. C. de maleſic. Grilland. de ſortileg. q. 3. num. 8. & 9. num. 13. cum ſeqq. & q. 11. num. 16. Pet. Leloyherina lib. 3. de ſpectr. cap. 9.

7. Damnatur huius artis peritus, ex ipſa experientia, & praxi horoſcoporum, viginti ſchematicis & exemplis allatis Sixtus ab Hemminga Friſius recenti opere *aſtologia reſutata*.

8. Damnant philoſophi & medici, ex veteribus optime Bardelanes Syrus & Diogenianus, apud Eufebium d. l. 6. ca. 6. & 7. & plures alij apud Ioann. Stobaeum ſermo. 78. ex Neotericis, Georgius Trapezuntius, lib. cur *aſtologorum iudicia vt plurimum ſint falſa* & Fran-

& Franciſc. Valeſ. lib. *ſacra Philoſophia* ca. 37. Nec omitendum dictum prudens medici cuiuſdam Iudæi, qui cum Petro Caſtelle Regi (cui ſcientia morum, & innoxius sanguis, vxoris, ſcaturum, Episcoporum, Principum, Nobilium plebetorumq; innumerorum, crudelis nomen peperit) eò quod Iudæus illi ex Horoſcopo noua imperia, & montes (vt aiunt) aureos addiſſet, rebus poſtea deſperatis quærenti, & qui vaticinij fides conſtaret? reſpondiſſe fertur, *caelo rigente, ſi quis in balneo lauet, ſudaturum nebuloſum*. aſtris ſtudia vitæ moreſque plus poſſe ſignificans, auctor Ioann. Mariana lib. 17. de reb. *Hiſpan.* c. 14.

9. Damnatur ipſemet vanitatum cunctarum ſtudioſiſſimus ſectator & coryphæus, Henricus Cornelius, ſcribens hanc artem nihil eſſe aliud, quam ſuperſtitioſorum hominum fallacem coniecturam: qui ob multum temporis uſum de rebus incertis ſcientiam fecerunt: in qua emungenda pecunie gratia decipiant imperitos, & ipſi ſimul decipiuntur.] hæc ille malus libro malo bonum perhibens teſtimonium arti non bonæ.

10. Damnant Hiſtorici, vt Tacitus, cuius illud præclariffimum exiſtat, lib. 17. de Mathematicis, genus hominum inſidum peccantibus, ſperantibus fallax, quod in ciuitate noſtra vetabitur ſemper, & retinebitur.]



ii. Damnant Poëta, vt Sybillinorum
oraculorum auctor lib. 3, vt Ennius, cuius il-
la sunt egregia;

*Non habeo deniq, nauici Marsum augurē,
Non uicanos haruspices, non de circo astro-*

(logos,

Non Isiacos coniectores, non interpretes so-
(mnum,

No enim sunt ij, aut arte divini aut scientia:

*Sed superstiuosi vates, impudentesq, arioli,
Aut merces, aut insani, aut quibus egestas*

(imperat;

Qui sui quastus causa fūctas suscitant sen-
(sentia.

Qui sibi semitam non sapiunt, alteri mon-
(strant viam.

Quibus diuitias pollicentur, ab his drach-
(mam petunt:

De his diuitiis sibi deducant drachmam,
(reddant cetera.

Apuđ Laërtium, ab anu domestica meri-
tò ridetur Thales; in quem Gabria festiuum
exstat epigramma, Iufere & alij in *Antholo-*
gia lib. 2. sed præ ceteris illud Leonidæ pla-
cet quo astrologiæ matrem, dixit audaciam,
obstetricem stulticiam: & ridet mæchæ
maritum, iactantem se gnarum probri a-
lieni & infortunij, domesticum dedecus
cùm ignoret. Lusit in eundem martyr
Morus;

Astra

*Astra tibi aethereo pandunt sese omnia vari,
Omnibus & quæ sint fata futura monet:
Omnibus ast̄ vxor quod se tua publicat*
(idre

Astra, licet videant omnia, nulla docent:

Et quæ sequuntur pari sale ac lepore
condita.

Sed non desunt astrologis quædam argu-
menta. Obucunt primò illud Genes. i. ver. 14.
de luminaribus cœli: *Et sint in signa, & tem-*
pora, & dies, & annos. vnde quidam, etiam ex
numero Theologorum, colligunt astra,
etsi non sint causæ, certa tamen esse signa
futurorum omnium, quod non Plotino
tantum, & Porphyrio, sed & Origeni, & Eu-
sebio, & ipsi Augustino tribuitur à Julio
Sirenio (m), qui hoc tenet, & confirmat ex m d. cap.
Isaia verbis (n): *complicabuntur sicut liber 36. & 37.*
cœli: vbi per cœlum multi intelligunt firma-
mentum, & dicunt firmamentum vocari li-
brum, eò quod tanquam in libro, sic in cœ-
lo, cuius stellæ sint characteres, futura legan-
tur signata.

Respondeo, astra non esse certa signa fu-
tutorum omnium. Nam illa Origenis sen-
tentia refertur quidem ab Eusebio, sed non
approbatur ab eo, à D. Augustino autem ex-
presse & clarè refellitur *sub initium lib. 5. de*
ciuitat. Dei: nec vero sibi contrarius est Au-
gustinus, vel Origeni fauet *in lib. 2. contra*

Ff 5

Mani-



Munichos cap. 21. Nam hoc *cap. 21.* per corpora cœlestia non intelligit orbis cœlestes, sed beatorum corpora gloriosa, ut contextus manifestat. Locus autem Esaiæ nihil ad rem facit, quia similitudo desumpta est more Hebræorum, qui libros sacros in vitæo folio, siue oblonga membrana scribebant, & eam, instar telæ textorio radio circumuolutæ, circa cylindrum vel bacillum ligneum circumuolebant ac complicabant. Hinc ergo petita comparatione, sicut quando cœlum creatum primò apparuit, dicitur extensum fuisse sicut membranaeaeus huiusmodi liber, quando spectandus euoluitur & exponitur, Psalm. 103. v. 2. *Extendens cœlum sicut pellem:* sic Propheta agens de mundi sine ac cœlorum dissolutione, comparat eam libro illi complicato, siue membranae circumuolutæ, ut optimè aduerit Auctor *Question. orthodoxar. respons. 90.* quod clarè explicuit B. Ioannes in Apocal. (8). *cœlum recessit, sicut liber inuolutus.* Quo loco Andreas Cæsariensis consuetudinem quoque illam Hebræorum obseruauit: ex quo cum desumpta sint ad uerbum ferè, quæ loco illo scribit Arethas Cæsariensis, & locus eius in uersione latina sit mutilus, rectè sibi consulat, qui ex Andrea locum Arethæ correxerit. Ut igitur ad locum Moysis in Genesi reuertat, dico illic agi de signis in

o. b. v. 14.

uenersum, siue qualibuscunque (ut vox hebræa *Oth* denotat) nempe astronomici uniuersalibus, denotantibus diuersitates anni tempestatum, diei, noctis que (p): uel etiam politicis & forensibus: uel quandoque miraculosis: non uerò agitur de astrologicis, quæ uanissima sunt, nec ligni nomen merentur. Pluribus hanc Sireni opinionem refellit Ben. Pererius *d. operis c. 4.*

p. de quin
bus Psal.
135. v. 7.

Obicitur 2. ex libro Iudicum illud, cap. 5. v. 20. *De cœlo dimicatum est contra eos, stellæ mientes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnaverunt.* quo, inquit, pacto pugnaverunt, nisi quoniam Iudæis faustus, Silaræ uerò infastus ille cursus astrorum, & siderum statio: si ergo Silara perit propter hunc ordinem siderum ipsi aduersum: potuit etiam hoc ipsum per astrologiam præuideri, ac metui, ac uitari. *Respondet* ex antiquit. Iosephi uerè huius conflictus tempore procellam magnam exortam fuisse, aquæ etiam & grandinis multum oculis Chanaanorum offusum, & sic arma bellica ipsi uisui esse non potuisse. Quod auxilium cum cœlitus fuerit missum, ait SS. *de cœlo dimicatum* (9), missum uerò fuit per Angelos defensores populi Israelitici, quorum Princeps est Michael. Hi dicuntur in ordine & cursu suo fuisse auxilio Israelitis, propter ordinem militiæ, seu hierarchiæ, in qua quisque suum ordi-

q. Procepit
Iudæo.



ordinem & stationem seruabat, item propter continuam operationem & instantiam custodiae cuique commissæ, in qua fideliter vnusquisque Angelus perseuerabat: quam vocat curlum, & sic eo loco stellarum nomen Angelis tribui voluere Vatablus, Vallef. & alij, idque confirmant ex illo B. Ioannis (r), vbi *cauda draconis traxit tertiam stellarum partem*. Sed nec Hebræum nomen positum in Cantico Deborah (f), *Haccochabim* aliud quam stellas seu sidera significat, nec apud D. Ioann. per stellas Angeli, sed viri Sancti, ex veriore expositione (r), sunt intelligendi, sicut & apud Dauidem, cum ait (u), *Et magnificatum est vsq. ad firmamentum cæli, & deiecit de fortitudine, & de stellaris, & conculcauit eas*. Melior ergo Cantici Deborah interpretatio est, quam video placuisse Caietano, sic ærem, ceteraque elementa, & tempus ipsum fuisse populo Dei, vt ipsæ quoque stellæ solitæ imbres cetero censeantur contra Sisaram pro Israele pugnaße. Denique nec consequentia argumenti valet.

1 Apoc. 12 v. 3.

Id. v. 20.

Orig.

tract. 30. in Matt.

Gregor. 1. 32. moral.

c. 14.

u Dan. 3.

v. 10. sic

explicat

Andreas

Cesar. in

Apocal. c.

12.

x Psalm.

18. v. 2.

Tertio obijciunt il'ud Davidis (x), *firmamentum annunciat opera manuum eius*. hoc est aiunt, prænunciat ea quæ Deus faciurus est. *Respondes*, non illum esse sensum, sed hanc, pulchritudinem cælestis huius & visibilis fabricæ nobis indicare excellentiam oper-

operum Dei inuisibilem: & cogere nos vt fateamur, non alium potuisse firmamenti esse architectum, vt Patres plerique exponunt (y), nec dissentiunt Rabbini & Vatablus. Nam de Apostolis, haud dubie est allegorica interpretatio.

Quarto obijciunt ex Historijs, sæpe has prædictiones esse veras, vt præter ceteras fuere quatuor, vna Theagenis, qui ex stemmate seu genitura addixit Augusto imperiû in Orlanti Thrasylli, qui mortem sibi instare, miranti Tiberio dixit, quam secreto Tiberius a ei re cum nullo communicata moliebatur. Afcletarionis de quo illa Suetonius in Domitiano, Hunc (Afcletarionem Mathematicum) delatum nec inficiantem iactasse se quæ prouidisset ex arte, sciscitatus est (Domitianus) quis ipsum maneret exitus, & affirmantem fore, vt breui laceraretur a canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarctandam temeritatem artis, sepeliri quoque accuratissimè imperauit. Quod cum fieret, uenit, vt, repentina tempestate deiecto funere, semiustû cadauer discerperent canes.

Est eorum, quibus summa dignitates vel impetia vel Pontificatus ab astrologis ante prædicti: dignitas Allabio cuidam, miræ fortuna iactato, & Athenaidi, quæ post ea vxor Theodosij Junioris: Imperium, Rodolpho Habsburgio: Pontificatus, d. Cuspi- Leoni

y D. Hier. & Euthy. hic. D. Ambros.

12. Hexa.

c. 4.

z Sueton.

in Orlanti

mi. 110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.

110. c. 9. 4.



man. in Leoni X. Hadr. VI. & Marcello II. (e)
Cesarib. His omnibus
e Iovius Respondeo, Quando astrologi verum di-
in Leone cunt tam multo diligentius esse cauendos
l. 3. idem quia satis clarum hoc signum foret, eos pa-
in Hadri- cum cum demone intuisse, vr ait D. Aug.
ano 6. Ga- (f) & de Thrasyllo Dion indicat, cum scri-
rimbertus bit solitum affirmare, quæ nuncia longin-
l. 4. & O- quis è regionibus adferrentur. Ideoq; Iurif-
nephr. consulti in tituli rubrica (g), *Maleficos* cum
Pauuin. *Mathematicis* iungunt, quia vtplurimum
flib. 2. de Mathematici etiam sunt malefici, vt explicat
Gen. ad optime Dion l. 49. cum dicit pullos vrbe ab
lu. in fi. & Agrippa τὸς ἀστρολόγους καὶ τὸς γενητῶν, vnde
l. 5. de ciu. patet Mathematicos dictos ipsos astrologos
Diu. c. 7. & sic Mathematici in illa rubrica & passim
g C. de in iure alibi, pro solis astrologis seu geneth-
Mathem. liacis ponuntur: quo sensu etiam Historici
& malef. vocabulum accipiunt (h): & sic accipiuntur
l. Sueton. in S. Cillo apud Vlpianum lib. 7. de offic. Pro-
Tacitus, consi. quod Pythæus conseruarum edidit bo-
Amnia. no reip. (i) Aliquando hoc nomen Chal-
eteri. dxos etiam, & reliquos Ariolos complecti-
i Collatio- tur: Nunquam tamen quando prohibeba-
ne Mo- tur ea superstitio, legitimam coniectationē
saucar. & Astronomorum, nec artem Geometrarum,
Rom. leg. vel Arithmeti corum comprehendit; quo-
ut. 15. rum scientiam Philosophia annumerabant.
Aliquando Deus permittebat, & hodie per-
mittit, astrologos etiam ignaros & nescien-
tes

tes verum prædicere, in pœnam audientium
(k), sicut & permisit aliquando sortes ora-
culorum esse veras, & arionum Balam pro-
phetizare (l), & huc lubens refero illud A-
scletationis, quod in pœnam & terrorem
Domitiani permissum. Sæpius id permitti-
tur ob nimiam quærentium curiositatem,
teste D. Augustino (m); qui rectissime addi-
dit, non quia vera sit prædictio, idcirco mi-
nus esse supersticiosam vel sacrilegam, vel
ideò magis licere prædictionibus talibus si-
dem dare: sed semper retinendum illud Dei
præceptum, *Etiamsi dixerint nobis, & uae-
uenerit, ne credamus eis* (n). Denique quod n
de somniis dixit Aristoteles, hic quoque ve-
rissimum; huiusmodi diuinationem, non
nisi ex accidente fore veram. sicut enim qui
assidue facit aleam, vel talos figit, is ali-
quando seniones, aliquando Venerem ia-
tit, inuenitque: sic cum isti centies men-
tiantur, quid mirandum si ter verum di-
cant: sanè si mendacia notarentur, mille fo-
rent pro vno vero dicto: Pauca notantur,
nō aded tamen, quin veris longè plura. Quis
nescit Hebræos illos, qui Leoni Isaturo vera
quædam prædixere, ob mendaces prædi-
ctiones Arabia pullos fuisse (o), cum Zitam
Principem in infelicem iconoclastiam pe-
pulissent: Quis de Paneratio non legit eum
& Constantino Irenes filio Imperator. cladis
maxi-



p Pauli. maximæ, & sibi ipsi necis causam fuisse (p)
Diaconus Quis Constantiū Stethari nescit amen-
l. 23. re- tiam, qui & sibi & Alexio Brana, stulto va-
rum Ro- ticiniō, exitium attulit? habebatur tamen
manarū. Stethatus Princeps sui temporis Astrologo-
q Nicetas rum (q): Quis nescit, quam hæcenus vanæ
l. 1 omnes prædictiones eorum, qui diem vel
r vide cõ- annum aduentus Antichristi, vel excidij
ment. no- mundi, prædixerunt (r)? Mitto Petri Leo-
strum in nij Spoletani insignis medici inanem huius
Seneca Mediceo occasionem, & sibi ipsi præbuit
Oëtan. v. præcipitationis in puteum (f). Mitto, quod
386. Cedrenus narrat de Abrahamo Genechli-
Nonius cos coram Ægypti Rege vanitatis conuincen-
in Elog. cente. Mitto Manuelem Connenum Imp-
 cui magno sterit, nimis addictum esse huic
 infantiæ, quæ illum & classe maxima nudauit,
 & posteritati semper ridendum propinavit
 (t). Mitto Ioan. Galeacij ducis Mediolanens-
 sis factum, qui cum ei astrologus quidam
 mortem immaturam planè prædiceret, sibi
 ipsi verò longam vitam polliceretur: homi-
 nis ridens stoliditatem, statim strangulati-
 cum iussit (u). Mitto mendaciam duplex
 Petri de monte Ilcino in Concilio Con-
 stantienti, quod Aeneas Siluius narrauit (x).
 Addam dumtaxat duorum Principum di-
 uerſa iudicia & mores. Alphonsus Arago-
 num rex sapientiæ veræ amator, in litteratas
 omnes

omnes mirè magnificus fuit, solos astrologos
 à curia sua arcebat, prudenter censens, sibi
 nihil opus eorum industriad, eò quod si-
 dera stultos regere, sapientes astris cense-
 ret imperare (y). Contra Cardanus memo-
 ria commendauit Ludouicum Sfortiam, *y Sylu. d. l. 4.*
 versutum potius, quam prudentem, & per-
 fidum quam æqui bonique amantem Prin-
 cipem, Alfonso dissimilimum, impendio-
 sum quendam astrologum, artis imperitissi-
 mum aluisse, in quem plus centum auri
 magna talenta profuderit (z). Astrologus
 pro tanta mercede tempus vnicuique nego-
 tio inchoando præscribebat, adeò ridiculè,
 vt princeps cogeretur tempestatibus maxi-
 mis equum conscendere, & cum aulico co-
 mitatu ac stipatoribus aliò migrare per me-
 dios imbres, per cænum & lutum, non se-
 cus ac si hostium manus fugeret. Tam felici
 euentu, vt regno tandem à Gallorum Rege
 spoliatus, captus, in carcerem compactus,
 colapho cæsus, in clathrata ferrea mortuus
 fuerit, verum fortunæ vtriusque ludibrium.
 Quis Astrologorum se Alphonsò sapien-
 ti, (hoc illi nomen vanitas ista tribuit) præ-
 ferat? Quæ laudi, maiori & veriori fraudi
 fuit. vtar Marianæ nostri verbis, Emanuel
 sanè patruus suo & aliorum procerum no-
 mine, Alphonsum publica sententia in con-
 uentu pronunciata, regno priuauit: ea cala-
 mita-

*z Carda-
 in Prolo-
 maum de
 astror.
 iud. lib. 1.
 tex. 142*



mitate dignum, quod diuinæ providentiæ opera, & humani corporis fabricam insigni linguæ procacitate, ingenijque confidentia, accusare ausus fuerit, vti vulgò hominum opinio est, ab antiquo ducta per manus. Vocis stoliditatem numen iustissimè vindicavit. *[vana sapientia persuasio, huc insipientia perduxerat.]* Id fore alia memorant portendisse eius artis non ignaro: si ars est, & non potius inane mortalium ludibrium, quod a prudentibus semper accusabitur *[verum dictum & Tauto usurpatum]* & semper tamen patronos habebit. Ex eo ferunt suspicacem esse redditum, & ex metu crudelē, &c.] cernis quo illum hæc vanitas præcipitarit, & fecit ut alia sapiens, sibi ipsi toto vitæ decursu (notatum id) desperet, pessimeque semper consuleret. Ægyptios deditos aiunt huic vanitati, maxime Alexandrinos: quod tamen prudentiorum fuerit iudicium, possumus ex Suida colligere. Tradit, Alexandria solitos astrologos vectigal pendere, *Βλακωνιστας* nuncupatum: quoniam eos non nisi fatui homines consulere, quos Græci *Βλακας* vocant, ducta Metaphora ab inatili pisce, quem ne canes quidem velint attingere.

Concl. 4. si non supersticiosi, certè noxi infirmis illi medici sunt, qui secundum lunæ & aliorum planetarum in signis Zodiaci sta-

tio-

tionē, de morbis indicant, v. g. quæ cuique tuerit ægritudo, & quo illi pacto medendum: necnon chirurgi, qui in vulneribus idem observant, & dies considerant vulneris, & stellas eis præsidentes (quas vocant, Centel, Neus, Dibelgibel, Lachadiel, Sapifsa, Elebra & simil.) & inde prænunciant vulnus esse lethale, vel sanabile.] hæc omnia fuisse describit Conrad. Wimpina (a). tales etiam videntur illi astrologi, qui generatim pronunciant, qua die pharmacia, venarum sectione, aut cucurbitulis corpus sit euacuandum. Merito suspecta sunt hæc omnia: quia stellarum non est tanta vis in hæc inferiora, & si qua talis vis foret, ea posset & soleret aliarum particularium causarum concursu planè impediri. Imò & sola materiæ indispositio, lunæ & astorum omnium actiones enariare facit, teste Galeno (b), cui b lib. 2. de Auicenna (c) consentit. quare observatio- dies. Crines & effectus huiusmodi dierum indicium, ticis, prouocantium, vel criticorum, longè magis c lib. 3. dependent ex materiæ dispositione, conco- Fen. 2. ctione, & statibus morbi temporibus ac symptomatibus, quam ex sideribus: quæ est vera c. 1. sententia Hippocratis & Celsi (d). Longius d Hippoc. etiam aberrant isti Astroiatri, quia præcipue passim, & attendunt ad quosdam lunæ imaginarios Cels. l. 4. angulos, aspectus, & conformationes, par- c. 4. tificantes vel contemnes potius quo-



488 DISQUISIT. MAGIC.

modo ad cœli vel siderum influxus recipiendos materia disposita fuerit, & quæ periodi temporum, quæue concoctiones & crises sint morborum. Hos ergo merito maxime Galenus (e) contempsit, Augustinus Niphus (f) risit, & multis eorum patefactis erroribus (g) Ioannes Langius impugnavit, & Marcellus Ficinus, qui iunior ista defenderat (h), eadem postea fatetur se scripsisse (i) non ut probaret, sed ut cum Plotino astrologorum ineptias ruderet.

lib. 12. Therap. lib. 5. de diebus Critic. g. epist. 35. h. lib. de vita cœli- tus con- servanda. i. l. 12. epistolar. ad Polimianũ. Es Picum. 18. v. 10. & 11. Nec inueniatur in te qui lustrat filium suum, aut filiam, ducens per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria. nec sit maleficus, nec incantator, neque qui Pythones consulat, aut diuinos, & querat a mortuis veritatem. omnia enim hæc abominantur Dominus, & propter huiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo.] Iure Ecclesiastico prohibetur hoc, cap. 1. & cap. extuarum. de sortileg. Iure civili plurimis rescriptis, licet apud Labeonem. §. si quis astrologus. D. de iniur. l. 2. & l. nemo aruspex. C. de malef. & Adathem. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Tolerantur hi sæpè

L. IV. C. III. Q. II. 489
sæpè in rebus pub. sed exemplo pessimo, & publico malo.

QUESTIO II.

De coniectione, ex elementis, meteoris, plantis, arboribus, brutis.

ASTRIS & cœlis proximum, de quo certo constat, elementum est aer: valde enim probabile est ignis Spheram propriam esse nullam; quæ sententia valde antiqua est, & à recentioribus quibusdam strenue defenditur (k), videtur hæc mens Ansonij in Grypho Ternarij, (elementa. cuss. Per-

Tres Charites, tria fata, triplex vox, trina patet som-

In media regione aëris variæ valde sunt impressiones meteorologicæ. Exhalationum copia gignit magnos & paruos ignes, diuersissime configuratos, pro exhalationum ipsarum forma diuersa: ut modò videantur flammæ, modò columnæ, modò lanceæ, modò stellæ saltantes vel discurrentes, descendentes, vel ascendentes, aliquando verò & cometae multiplices, de quibus non est nunc tempus agendi (b). quibus omnibus commune est magnam temporis siccitatem denotare; signa quoque esse ventorum diuturniorum, vel violentorum: quod maxime cometis conuenit, qui si frequentes fuerint, etiam præsignificant sterilitatem, famem ac pestem: quod quòd vis cometae omnem vaporum &

k Hier. Card lib. 1. de varietat. c. 2. Scipione

Capicio lib. 2. de Principijs Franco.

Patricio lib. 7. dis-

elementa. cuss. Peri-

4. Fran. Valesio de sacra phi-

los. c. 50. b vide A-

rist. 1. Meteor. a. c. 4. l. 2. Nat.

Comm. Milichij, Senecam

l. 1. Natu. quod. Cõ-



de elem. exhalationum humiditatem absorbit: unde
Cardani consequenter mortem minantur biliosis, &
lib. 4. de qui ardentioris sunt naturæ, quales plerique
subtili. & Principum & Magnatum: eadem siccitatis
l. 1. & 14. causa, ad bella quoq; & seditiones inclinant.
de variet. Cetera quæ his astrologi & Squarcialupus
Scalige- addunt, vana sunt & fallacia; quæ dixi, nature
rum con- consentanea videntur. Fit tamen non ræd
tra Card. ut cometarum causa sit, supernaturalis dum
exere. 79. taxat Dei dispositio, sic volentis admonere
Fracasso. homines, de imminente publica calamitate,
in lib. de vel morte regum aut principum, vt ad pœ
Homocœ- nitentiam & morum emendationem recur
tri. 25 An- ramus (*m*). Tunc autem cometa pertinet
dr. Dudi- ad pestenta (de quibus actum) & Dei carita
tiū tract. tem nobis egregie commendant, non feri
de Come- entis nisi nos prius admonuerit, idcirco vi
tis, & epi. demus crinitas stellas in eam partem comæ
ad Ioum. diffundere, cui minantur. Mirificum huius
Craione, modi commotionis signum narrat Gobe
m Da- linus Persona (*n*): nempe in monasterio
masc. 2. de Bodkensi, quod B. Meinulphus confessor
fid. ortho. exædificauit, quoddam miraculum ordinæ
c. 7. Bona. rium contigisse talibus ostentis annuncie
m 2. d. 14. randum: Tintinnabulum (inquit) quoddam
g. vlt. magni æneum bene sonorum in eodem
n in vita monasterio reuerenter asseruatur. Nam
S. Mei- quoties aliqua ex eius monasterij sororibus
nulphi breui erat abitura e vita, absque vilo huma
mes. Oe no ministerio, per se fortem reddebat so
num.]

num.] Rideat hæreticus, vt lubet, sed alia
duo similia accipiat, etiam si non lubet. Scri
bit Leonard. Vairus (*o*), in Celtiberia oppi
do Villilla campanam esse; quam vocant in
cole *campaniam Miraculorum*; hanc per ali
quot menses priusquam resp. Christiana ali
quid aduersi patiatur, ex se ipsa nemine pul
sante, sonare solitam: cuius rei (sic ait) testi
monium per publicos tabelliones huic oc
culis egomet legi, præter fidem, quam de ea
dem re illius regni Proteges faciebant suis
litteris. Accedat & aliud e Galliis, quoniam
Hispaniam à testimonio arcent aduersarij.
Eodem Vairo teste, ad flumen Rhodanum,
in Sequanorum confinio, situm est nobile
monasterium S. Mauricij. Viuarium illic vi
situr, in quo iuxta numerum monachorum
piscis ponuntur. Illorum si quis agrotet,
pisciculus quoque seminiuus cernitur su
pernatate: quod si monachus e vita migra
turus sit, paucis ante diebus piscis moritur.
Hoc ita se Vairus accepisse scribit, tum ab
Antonio Cardinale Gramellano, singulari
bonarum artium patrono, teste oculato:
tum ab aliis fide dignis, vt rem locis illis no
tam, atq; omni fide contestatam.

Porro cum exhalatio, quoque sit venti
materia, & ventorum ideo præcipua qua
litates sint, caliditas & siccitas: facile intelli
gitur, cur ex ijs & sanitis corporum, & fer
tilita



vide Senecam li. 5. Nat. quast. Pli. l. 2. c. 40. Et ibi Melichium, Card. li. 1. de vari. c. 1. Et Vales. de sacra Philo- sop. c. 50. q. lib. 1. de signis c. 5. r. de quibus Pli- nius super c. 56. Et 58. Et ibi Melich. l. Vales. c. 50. de sac. philos. r. ut 2. Mach. 5. u. d. c. 6.

492 DISQVISIT. MAGIC.

tilitatis anni probabilia signa queant desumi. Qui de ventis plura volet, alibi quaerat (p).

Secundò non pauciora fiunt ex vaporibus, quæ & ipsa suas adferunt probabiles prænotiones. Ex nubibus quam multa queant prædici, post quemdam Gerardum, docet Contr. Wimpina (q), nec sua rustica prognostica desunt pluuiis communibus, nec prodigiosis pluuiis (r), siue naturalia tempestatis anni, siue supernaturalia iræ diuinæ comminatoria. Idem de grandine & glacie dicendum, (quæ specie non differunt (s)), & Pisidas in *ἡροπορρία* Poëtice non philosophicè contra Aristotelem agit) niuium quoq; copia fertilitatem anni, toris & pruinae multitudo sterilitatem potius, prænotant. Nebula descendens serenitatem, ascendens imbres indicat. Tonitru & eenephitas sunt indicia pluuiæ subsequaturæ: alij verò sonitus in aëre audiri consueti (t), magis pertinent ad prodigia. Fulmen & prester, quid prænunciant, Wimpina te docebit (u).

Tertiò maris tumor, venti, flumiorum insolita eluuiiones, pestis annuncia sunt: terræ motus quoq; idem designant, testibus Ammiano, Procopio, & aliis.

Quartò, quoad impressiones, quæ per reflexionem lucis, circa vapores ac exhalationes fiunt (vt Iris, halo, coronæ, paretas, vir-

L. IV. C. III. Q. II. 493

virgæ) naturalium præensionum prognostica censerì possunt (x), vt & hiatus, & quæ foueæ & fenestræ vocantur, nec non flammæ illi tractus, quibus ignis fatuus est nominatus. sunt enim effectus varij, exhalationis vel vaporis superabundantis, & vincentis obstantia, vel interdum luminis victi ac profligati (y).

Quintò, (vt ad terrestria veniamus) ex arborum quoque prouentu prognostica colliguntur, vt teste Tullio:

Lentiscus, triplici solita grandescere fatu, Ter fruges fundens, tria tempora monstrat (arandi,

Amygdalorum copia indicat messis abundantiam (z). Trifolium inhorrescit, & folia contra tempestatem furrigit. Sine auris ludentia arborum folia, lanugines & pappi populnei volitantes per aërem, aut aquis innatantes, tempestatem prænunciant. Si rosæ violæue sub autumnum iterum floreat, pestilitas imminet. Burdigale, quæ pestim illam magnam præcessit hyems, aliquas in horto nostro rosas protulit, quas & vidi. Vnum hoc non videtur vacuum à superstitione, quod quidam tradidere: sub autumnum duas vel tres glandes legendas, tum cultro scindendas, trium ali- quod in his solere repetiri, muscam, vermem, vel ataneum: muscam denotare diffi-

vid. P. V. Impi- nam d. c. 5. y vide Senec. lib. 1. Nat. quast. Pli- num lib. 2. d. c. 28. Contar. li. 2. de ele- ment. Per numiam 1. 3. Physi. Et Card. lib. 4. de subtilis. z vide Panegy- rim no- stram de Nat. vit. Dei par- uis.



dia eo anno futura, verme fertilitatem, aranea mortalitatem denotari.

Sexto animantes etiam quedam nobis pronunciant, vt;

*Canis fulex fugiens e vasti gurgite ponti
Nunciat horribiles clamans instare pro-*
(cellas.

*Vt & acredula matutinis instans vocibus:
Fasces, nonnunquam cursans per littora*
(cornix,

Si tamen,

Demersit caput & fluctum ceruice recepit.

Ipsi quoque alumni dulcis aqua rannunculi

Mollipedesq, boues spectantes lumina calu-

*al. l. de di-
umat.
bl. l. Go-
org.
cd. l. 3. c.
3. cum
seqq.*

Et que talia ex Arato Tullius (a), & ex Hesiodo Virgil. (b) Quid contemtius mufculo, vel passerculo: tamen domos illi raturas, hi, aeris contagionem fuga praeueniunt, quorum omnium etiam causas Francis Picus inuestigat (c).

Ex obseruatione huiusmodi Phenomenorum, emertere canones praeuotionum: quibus vtuntur nautae, pastores, & agricolae: de quibus non contemnendum opus existat Antonij Mizaldi Monluciani, *Ephemeridum rusticarum*. Illa quidem ipsa animalia praesagij sui sunt ignara, sed impetum quendam naturalem solummodo sentiunt, mouente phantasia per humores concitata, ad peten-

petendum quae commodo, & fugiendum quae noxae sunt futura. Quod sigillatim idem Picus ostendit, de ciconiis, cyphelis, mergis, delphine, ceteris: longum nimis & lentum foret mihi singulis inhaerere. Veniamus ad nobilius animal, hominem, & ex eo quaedam praesagia.

*d. q. i
cl. 4.
e Hippoc.
l. de Pro-
gnost. &
in eum
commen-
tar. Gale-
ni: Arist.
sepe in
Problem.*

QUESTIO III.

De coniectione medicorum.

EGIMVS (d) de quadam falsa & illegitima, imo ludibriosa, nunc de vera, scilicet, & genesis dicendum. hanc medicorum *horum se-
petuorum*, veteres, recentioresque Doctores integris tractationibus sunt prosecuti, quos legere (e) poterant, qui plenos sibiunt erant: mihi hoc vnum videtur vniuersum posse statui.

*Celsus l.
2. de Me-
dici. &
horum se-
quentes
vestigia
Fr. Picum
d. li. 3. c. 7*

Signa proba sunt, quae naturalibus principijs, & veris experientis comprobantur: cetera sunt vana, & ab arte medicorum aliena. Proborum, quaedam sanam integramque valetudinem restantur, quaedam degenerantem vel iam affectam, quaedam succumbentem, & iam victam: quaedam se recolligentem & victicem: quaedam denique sunt ambigua, etiam ipsis magistris certa, quin fallant aliquando, idco vetus sermo verus, praestare a sexaginta medicis, quam a scabijis sex damnari, & morti addici.

*lib. de si-
gnis c. 8.
ES. c. 13.
vsq, ad 21
Io. Guin-
therum
Ander-
nach vet.
S. noue.
medicini.
comme. 1.*

QV. Dial. 7.



De prænotione Physiognomica.

PHYSIOGNOMVS ex pilorum, & membrorum corporis colore, habitudine, & proportione, de temperie, valetudine, quædam etiam de moribus, ingenio, & animi affectionibus putat se scire: præcipue frontem considerat faciemque, quia hæc solet esse speculum virtutum intellectualium, & tunc vocatur hæc *μετωπονομία*. deinde considerat manum, quasi quoddam virtutum factiuarum speculum, & nuncupatur *χειροποιανomia*; denique considerat cetera membra, & retinet nomen commune Physiognomia.

Hanc facultatem veteres medici, Hippocrates & Galenus diligenter excoluerunt, vt & Aristoteles opere integro: quorum scripta probantur laudanturque, eo quod naturæ ductum sunt secuti. Recentiores Pomponius Gauricus, Bartholomæus Cordes, & alij ferè plura miscent superstitiosis, præter vnum fortè Petrum Motium, cuius librum *de multiplici temperamento & cognoscendis hominibus* laudat Michaël Medina (f): quia primò complexionis modum, deinde medico & philosophico ratiocinio propensiones & ingenia gentium, prouinciarum, & singulorum hominum describit metho-

flz. par. ne. Christ. c. 2.

methodus hæc vera & recta. sed scriptorem illum nondum potui nancisci. Visus mihi non infeliciter Conrad. Wimpina (g) Galeni & Aristotelis ferè omnia in compendium redegisse.

g. l. de signis c. 8. 9. & 10.

Artis fundamenta varia sunt. primum petitur à quadam cum animantibus similitudine, v. g. qui paruis sunt oculis inuidi censentur, quia similes tales, qui magnis, stupidi, sicut boues & asini. ratio est: quia cum Deus auctor naturæ gnarus esset, qua quodque animal indole dotasset, singulis etiam ea addidit instrumenta, quæ huic indoli forent quàm aptissima, ferocibus, vt leoni, apro, tauro, ungues, dentes, cornua, timidis ac fugacibus, vt lepore & ceruo, artus celeri fugæ necessarios, fortibus araturis, vel onera baiulaturis, toros, gibbum, dorfi, humerorumq; robur, vt camelo, boui, equo & reliquis veterinariis. Ideirco quasi ex signo & à posteriori (vt loquuntur scholæ) animantium indolem ex ipsis instrumentis corporeis, quibus à natura sunt prædita, colligunt.

Secundum fundamentum à moribus gentium atque prouinciarum desumitur, quæ cum certo sint corporis habitu, vt plurimum quoque ingenii moribusq; discrepant. v. g. physiognomi definiunt nimium fuscis, stupidos ac pertinaces esse, quoniam Æthiopes sunt huiusmodi. Ter-



Tertium à sexu, v. g. quia mulieres candida ut plurimum & molli sunt cute, eademque sunt pauida ac leues, idem candidos & molli cute, moribus obnoxios ipsidem consent. Huius secundi & tertij fundamenti ratio ducitur à complexione. cum enim eadem temperies simul causa sit cutis huiusmodi & morum huiusmodi: ratiocinantur in quocumque cutis sit talis, talem esse temperiem. quare ab eodem, eiusdem temperiei ratione, similes mores expectandos.

Quarto rimantur affectus animi, à motu membrorum & corporis affectionibus tale illud Hippocratis, Oculi non nictantes sunt iracundi: quoniam irati fixis & immotis oculis intuentur.] Sic ratiocinabatur

h *Pro. 6.* Salomon (b) dicens, *Homo Apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur*

i *Esa. 3. v. 9.* *malum. Et Elaias (c), agnitio vultus eorum respondit eis. hoc est, vultus exterior eorum, lecteta cordis patefecit. sic argumentatur*

kl. 12. E- *pigr. 34.* Martialis (k) quem vetusta exemplaria ne-

scio cur vocent Martialem Cocum] *Crine ruber, niger ore, breuis pede, luminae (lasiu,*

Regi magnam praestus, Zoile, si bonus es. Matthiam Coruinum Hungaric Regem, haud illaudatum Principem, nimis detortum diuinationi, adeo vt nihil nisi consula-

tis astrologis soleret suscipere (l), tam studiose accepimus (m) huic vacasse Physiognomica diuinationi, vt ex primo aspectu lineamentorum faciei, de temperamento & motibus hominum solertissime iudicaret, ita vt magiae speciem amulis praeberit.

Quintum fundamentum petunt ex collatione signorum cum signis, & ex quibusdam alia colligunt, verbi gratia, inuidiam ex iracundia, cui tristitia & animi prauitas sit adiuncta.

Sit conclusio, Physiognomica consistens intra cancellos naturalis Philosophiae, licita est, & habet aliquid probabilitatis.]

Probatum primum, quia positorum fundamentorum aliqua sunt probabilia, quaedam minus, quaedam amplius.

2. Probatum ex sacris litteris, in quibus virorum robustorum facies dicuntur similes faciei leonum (n). Item quod in facie prudentis lucet sapientia, oculi stultorum in finibus terrae (o). & alibi; sapientia hominis lucet in vultu eius (p). item; cor hominis inmutat faciem illius (q), & quae iam citata (r).

3. Ex iuris interpretibus, quorum communione calculo receptum, quando plures de aliquo crimine sunt accusati & capti, primum quaestioni subiaci de bere illum, qui facie

I Bonf-
mus lib. 5.
Hungar.
hist. deca.
4.
m Ioach
Cureus in

Annal.
Siles.

n 1. Par.
12. v. 8.
o Pro. 17.
v. 24.
p Eccl. 8.
v. 1.
q c. 13. v.
31.

r Pro. 8.
v. 12. Esa.
3. v. 9.



(Bald in l. 2. n. 3. C. quorum appella. no recip. Paris de Syn. dicatu. Hippolytus, Mar. fil. & alij. & Sirenus l. 9. de Fa. to. c. 39. um Ti. mo. x Orat. pro Ro. scio Co. mad. y l. 2. hist.

z Cicero l. de fato, Alexan. Aphrodis. lib. 4. de fato. a Prob. 51

facie deformior, quoniam credendus sit animo quoque pravior (f).

4. Probatum sententia philosophorum. Pythagoras enim ad huius disciplinae regulas, discipulos vel admittebat vel repudiabat, Socrates hac indicina deprehendit Platonem fore, qualis postea laudatus (r). Maximam hanc fecere Plato (u), Aristoteles, & Sextus Philolophus; quorum primus ea virtuti in Dialogis, secundus accurate tradidit, tertius idcirco corpus vocavit animi imaginem. Cicero hinc peritis iaculis aduersarium mire lacessuit (x). Velleius Patereculos veteres ea multam vfos testatur (y).

Dixi, non certitudinis sed probabilitatis quia solent quidem corporis dispositiones affectionibus animi praeire, quod integro libello Galenus demonstravit: sed praeter non trahendo vel cogendo, verum leniter & assidue inclinando: ita ut bona consuetudine & freno rationis, haud difficulter illa propensio superetur. Quod de se testari Socratem non puduit, cum Zopyrus Physiognomus ex lineamentis corporis eius, bae-dum, stupidum, & mulierosum illum iudicasset (z). Sic intelligendus Cassius medicus (a), cum quaesisset, cur prodigiosa formae homines, plerumque etiam emota sint mente: respondet, quia corpori consentit anima, ut anima corpus.]

Vnde

Vnde sequitur 1. longe certius iudicium ferri de brutis, quam de hominibus. quia bruta propensione sola trahuntur; homo propensionem a bitrii habenis moderatur. Sequitur 2. quod physiognomo non licet iudicare, de facto, siue de actuali hominis vita, scilicet hunc esse talem: sed de pronitate tantum ac inclinatione, ut optime censuit Proclus (b), v. g. talem propendere & inclinari in avaritiam, mulieres, vinum, &c. 3. sequitur, non posse hanc facultatem iudicare, de donis diuinis & gratuitis, quia Deus haec distribuit cuique prout vult: nec de extrinsecis plane homini, ut morte violenta, opibus, honoribus, & caeteris fortunae bonis malisque: nec de nuptiis, statu vitae & aliis negotiis, quorum electio est mere voluntaria. Ratio est, quia nihil istorum dependet a corporis habitu, vel constitutione. Permittit quidem Deus, ut quaedam diuinationes istorum euentu comprobentur; sed simul eos finit falli, in iis quae magis ipsis necessaria. Scribit Paulus Iouius in e-logiis, de Antonio Tiberto Cefanate, q. Physiognomus excellens suo tempore habebatur, cum Guidoni Balneo praedixisset, quod ab intimo amico neceretur; Pandulfo item Malateste Ariminenfium tyranno, quod ex patria pelleretur & exul in extrema egestate periturus esset. Paulo post Pandulfus Gui-

b in Alcibi- ad. Platon.

“ “

Tom. 2. Hh donem



482 DISQUISIT. MAGIC.

» donem ob spectatam virtutem & suspecti
» obruncat: Antiochū ipsum custodia man-
» cipat, euentum praesagii expectaturus. An-
» tiochus custodis arcis filiam, ita flexit, vt
» resti ab ea impetrata in fossam demittere-
» tur: sed compedum sonitu proditus, & à
» fuga retractus, cum puella percutitur. Pan-
» dulphus tandem exsul, & egens ab omnibus
» desertus, & in hospitali diuersorio senex
» periiit.] sic dū aliis cauit, sibi nō cauit Antio-
» chus. Potuere etiam illa per humanam pru-
» dentiam conici. quid enim inexpectatum
» aut mirandum, si familiaris tyranno vit-
» fortis, ob suspicionem, ab eo necetur? quid
» verisimilius quam tyrannū inuisum, vel ne-
» cari si sit audax, vel compelli in fugam, si
» timidus; & semel pulsum, ad egestatem re-
» digi?

QUESTIO V.

De Chiromantia.

CHIROMANTIAM diuidunt in Phy-
» sicam, & Astrologicam.

» *Concl. 1.* Physica Chiromantia licita est, &
» physiognomiae pars, & ideo de illa idem q̄
» de hac iudicium.]

Ratio est, quia per lineas & partes ma-
» nus, considerat ipsam corporis temperiem,
» & ex temperie corporis probabiliter inda-
» gat animae propensiones. hanc probat ar-
» tem

LIB. IV. C. III. Q. V. 483

Item Aristoteles lib. 1. *Histor. animal. ca. 5. & 30.*
» ac 34. *problem. sect. 10.* & prolixè eam exsequi-
» tur Conrad. Wimpina lib. de signis c. 10. 11. & 12.
» incaute vero Pet. Primodaius, dum inter
» duas has species non distinguit, omnē chi-
» romantiam videtur damnare, *Academia Frā-*
» *cica p. 2. die primo c. 4.*

Concl. 2. Chiromantia astrologica pror-
» sus vana & illicita, scientiae nomen non me-
» retur.] Scientiam esse nititur probare An-
» ton. Verderius (c). nam loqui illum de hac
» etiam, non de Physica tantum patet, tum
» quia coniungit eam astrologia; & utramq;
» scientiam contendit esse; tum quia, in re-
» sponse penultima obiectionis, dicit ha-
» rum manus linearum significationem ab a-
» stris infallibiliter dirigi &c. quae sane Ec-
» clesiasticam merentur censuram; tum quia
» Papa Sixtus V. edita contra astrologos &
» Chiromanticos bulla, definiuit neutram
» esse scientiam, & utrosque pariter damnās,
» grauib. subiecit poenis: cuius doctissimi
» & maximi Pontificis sententia praeponde-
» rat omni contra sententium temeritati:
» tum etiam quia in Catalogo Romano li-
» brorum, quorum vetita lectio, omnes qui
» Chiromantiam docent, aperte sunt annu-
» merati. prohibita est ergo.

Vanam esse, docet optime Franc. Valesi-
» us (d), doctiss. medicus: merito ille dēte-
» d sac. phi-
» los. c. 32;

Hh 2 Itans.



484 DISQUISIT. MAGIC.

stans primum. namque laborant v&sanis mathematicorum, de astrorum influentiis, quam improbauimus supra q. 1. Addunt de suo, quod stultius est, hanc areolam esse Iouis, illam Mercurii, tertiam Veneris, atque ita porro. Superaddunt tertio tales areole lineas hoc prænotare, alias illud: quorum nihil ratione vel auctoritate confirmant, sed nudo suo delirio, & prætecta experientia postulant nos manus dare. Cumque tam inania sint artis huius principia, fuere tamē semper, qui hoc quoque mendacium paruuli diligerent. Olim prosa oratione Chirromantiam tradidit Helenus Syraculius libro, quem nominat *χειρῶν κοπιῶν ὁρίων ἰσχυρῶν* manus inspectorium augurium; carmine vero comprehendit Eumolpus quidam vtriusque meminere Pollux & Suidas. Recētiores scripsere Ioannes de Indagine (Lutheranus, alius à Carthusiano nominis eiusdem) Ioan. Thaisnerus Athenensis, Antonius Cermifonus, Bartolomæus Coeles, Michaël Sauonarola, Petrus de Arca, Marcellus Saza, Andreas Tricassius, Michaël Scotus & alii; quorum libri scatent superstitiosis. Ars ista palmam manus primo in certos colliculos, areolas, & lineas diuidit: areolis planetas singulos, lineis astra quaedam præficit: horum denique astrorum atque planetarum vulgo creditos effectus ipsi

LIB. IV. C. III. Q. V. 485

psis areolis ac lineis manus ascribit, vt breuiter Wimpina (e) ostendit, addens se horum non approbatorem sed narratorem esse nudum: suo iudicio cuncta n&nias esse: detestatur hos & impugnat vehementius antiquus scriptor Ioannes Salisberienfis li. 2. *Polyeratici c. 27.* *c sup. c. 12.*

Sed obiiciuntur nobis duo, vnum S. S. auctoritas, alterum exempla huius diuinationis. Auctoritates sunt duæ; prima est *Exod. decimotertio. vs siculo nono. Et erit quasi signum in manu tua.* Respond. hoc explicari sequentibus verbis; & quasi monumentum ante oculos tuos. loquitur enim de solemnitate azymorum; cuius celebrationem vult Hebræis esse signum memoriale liberationis ex Ægypto; Sumit autem metaphoram à more hominum, qui quando volunt alicuius rei recordari, solent digito anulum indere, vel filum alligare: quia cum manum saepe ante oculos eleuamus, sic vt recordemur eius, quod verebatur ne obliuisceremur.

2, Iob. 37. v. 7. *Qui in manu omnium hominum signat, vt norint omnes opera sua.* Depinxit ergo Deus in manu singulorum vnde quæant prænoscere, quid dicturi, facturi, passuri sint.

Respond. cum Olympiodoro & Philippo presbytero ibi, verbis istis significari, hanc



temporis vicissitudinem, de qua loquitur, serenitate & procellis niuium imbriumque à Deo temperatam, vt & Dei fortitudo fiat manifesta; & homo videns se tam facili negotio à Deo quauis tempestate impedi-ri à proposito, manumque suam sic quasi quibusdam vinculis astringi, & ab opere arceri; cognoscat se, sine Dei adiutorio posse nihil, suamque confiteatur imbecillitatem. fauet huic expositioni versio LXX. quæ habet; *vt cognoscat omnis homo imbecillitatem suam; nec non Hebraeus contextus, in quo ad verbum, sic; in manu (siue in vehementia) omnes obsignabit, ad sciendum omnes homines opus eius. vbi ex more Hebræorum, Veia d. noster vertit, in manu, pro in vehemēti atque admirabili signo. sicut Isaias (f) & Ezechiel ad posuere pro visione prophetica non vulgari, sicut Moses (g) manum Dei usurpauit, pro potentia & magnitudine Dei. Lege longe aliã explicationem loci Iob, apud Francisc. Valesium; quæ quamuis ingeniosa sit, cum præcedentibus verbis non cohæret.*

*Ps. Reg. 3. v.
15. Esai. 8. v.
11. Ezech. 1.
v. 3. & 6. 33.
v. 22. & ca.
37. v. 1.
g Exod. 14.
v. 31.*

3. certant exemplis prædictionum, quas euentus roborauit Bartolomæus Cocles ille, qui tot chiromantiæ libros edidit Antiochi Cæsariensis, de quo *questione præcedenti* scripsi, discipulus Lucæ Gaurico astrologo fuit auctor fugæ, vt qui instabat, eru-

ciatum

ciatum violentum euaderet. Gauricus contemnens monita: eo quod Ioannem Bentiuolum Bononiensi tyrannide deiciendum in Ephemeridibus prædixisset: iussu violenti Principis, ex alta trochlea suspensofune quinquies quassatus, & astrologiæ suæ iactatæ, & chiromantis contempti pœnas dedit. Alexandro Medici Græcus quidam ex manus inspezione prædixit mortem, & signa edidit percussoris; fore ex eius intimis, habitu gracili, vulticulo buxco, suspensa taciturnitate, cæteris insociabilem: quæ in vnum Laurentium, qui & percussor, omnia conueniebant. Sed idem ille Cocles, prædixerat Copono cuidam, eum breui scelesto homicidio manus eruenturum: & Hermeti tyranni filio, futurum, vt exul in acie caderetur. Hermes igitur fatali metu percussus Copono clam imperat, vt Coclitem, nouum sibi Agamemnoni Calchanta, necet. Nec Cocles discrimen nesciebat. Ideo secreta galea caput munierat, ingenti gladio, quem peritissime ambabus manibus regebat, semper armatus. Verum à Copono baiuli habitu personato, dum serz ostiũ, calculo iniecto speditæ, clauẽ infereret, adacta in occipitiũ securi, interfectus est: nullã aliã patrati facinoris causã adferente Copono quam quod ipse Cocles breui homicidã futurũ asseruisset.

Hh 4 Vnus



h in Elegiis. Vnus ista omnia narrat Iouius (h), nec vsq; quaque indubitatae fidei Historicus, nec factis, a superstitionis & gentilium, ne dicam opinionibus, saltem locutionibus, alienus; cui vt ea contigisse concedamus: idem tamen, quod astrologis talia iactantibus, cum D. Augustino respondendum. vide supra q. 1. respons. ad 4. obiectionem.

QVAESTIO VI.

De coniectione ex somniis.

GRÆCI vocant *ὄνειροπαλίαν*, de qua Senariorum libellus à Iunio Hornano editus habetur (i). Ceterorum onirocriticorum veterum, non magna reip. iactura omnes libri interierunt, præter vnum Artemidorum Daldianum, delirum senem; qui libris quinque cuncta ab aliis tradita complexus fuit. ex recentioribus Corn. Wimpia vellem, ne tam multa sine antidoto congefisset (k). Auorum quoque memoria hanc in Italia vanissime profitebatur artem & li. de in- Iunianus Maius (l): cuius exstant epistolæ & libelli quidam Grammatici. Ex insomniis prophetiam fingebat. Thomas Munzerus l de quo A Anabaptistarum parens vnus. Brasileenses Indi in expeditione somnia obseruant: si se hostium carnes torrere somniarint, prosperum somnium censent & victoriam spon-

spondent; sin contra suas, ab hostibus vinci metuunt [Ioan. Stadius. lib. 2. Histor. Brasileens. ca. 27.] Legi cum vtilitate tantum illi de hac materia videntur, qui cum Diuo Thoma & Antonino (m) quibus liceat attendere, quæ & quibus interpretari permissum sit, expererunt (n) hos imitabor.

Macrobius, libro 1. de somn. Scipionis, quem sequitur Salisber. libro 2. somnia diuidit, in *ὑπνῶπιον, φάντασμα, ὄνειρον, ὄραμα, & ἑνεκτισμόν:* *insomnium, spectrum, somnium, visum, & oraculum,* sed Artemidorus (o) ea quinque ad duo reuocauit, *insomnium* nempe & *somnium*; sub *insomnio*, *spectrum*, sub *somnio*, comprehendit visum & oraculum, quoniam hæc illud consequuntur. Gentiles consentiunt species primas, *insomnium* & *spectrum*, *ἄσιμάντως* esse, nihilq; significare vel præmonere. *Somnium* igitur sit, *ἰστέ* sumptum, vt opponitur *insomnio* definiūt, motum aut signum mentum animæ multiforme, futurorum bonorum vel malorum significatiuum. Huius verò prædictionis fundamentum statuūt experientiam, & quandam proportionis similitudinem rei somniatæ ad euentum. Experientiam vocant, si vnus vel plures, cum hoc vel illud somniassent, talem vel talem postea fortunam sunt experti: similitudinē vero illam proportionis longe quoque putidius inuestigant. Primò ex quodam more

m D. Thō.

2. 2. q. 95. 6.

6. Antonin.

2. p. tit. 12.

c. 1. 6. 7.

n Turrecre

ma. in c. nō

obseruetis

2. 6. q. 7. Mi-

cha. Med. d.

c. 2. Valef. 3

c. 31. Siren-

d. l. 9. ca. 25.

Io. Nider,

ad 1. prace-

c. 10. q. 2. Sa-

lisberiensis

l. 2. c. 17.

o l. 1. 6. 2.



ac consuetudine, verbi gratia, radi caput honestum & religiosum est monachis, quia moribus ipsorum & regulis id consentaneum: ergo si monachus id somniet sibi accidere, prosperum erit somnium. Sin vero id somniet aliquis coniugatus, præfagiū dicent esse infaustum: quia coniugatis dedecorosum, sic raso vertice incedere. 2. ex vocabuli significatione; veluti audit quis vel legit Serapidis nomen, morietur; quia Serapis idem qui Pluton & Orcus. 3. ex rei significatione Hieroglyphico; vt si quis sibi visus sit cathena ad templum alligari; fiet sacerdos, & illi templo seruiet æternum. 4. à fabulosis narrationibus: veluti visus est sibi aliquis vagus in Isthmo filiolum suum querere? peribit filius mersione, iuxta fabulam Melicertæ. 5. de aliqua ratione astronomica vel physica longe petita, veluti somnauit se lumen à luna petere? cæcus fiet, quia luna proprio caret lumine. item videretur quis in somnis manus vrsæ habere? damnatus ad bestias, & ad palum deligatus, ab vrsæ deuorabitur. cur? quia vrsus intra spelūcam latitans ori manum inserit, & veluti adedens exsugit, indeque sumit nutrimentum. Hæc artis sunt fundamenta, quam ingenio. s. tam puerilia: mireque ridiculus in his est Artemidorus, quia quod vni aliquando casu accidit, in consequentiam trahit, & canones

nones constat stuppeos, quibus merè fortuiti casus ad similes euentus prædicendos pertrahantur.

Vnde apparet primò, nihil huiusmodi Oniropolicis libris deferendum; meritoque damnari eos, qui ad huiusmodi scripta animum adiiciunt, nominatim ad legendum fictitios hac de re libros Abrahami & Salomonis, & libellum somnialem, qui Danielis prophetæ nomine falsò circūfertur, de quo agitur in Decreto Gratiani (p). Apparet 2. superstitiosum esse consilium Sincelij (q); quo suadet, vt quisque sibi suis ex somniis, cū eorū quæ postea perpeffus collatione, artem quandā coniectandi conficiat: q̄ inutile studij, vanumq; commentum accuratè iam pridem Fran. Picus cōsutaui. (r)

Sit tamen i. Concl. Quædam somnia verū euentum prænunciant, quædam nullū, vel illusoriū. quare etiam quædam licet obseruare, quædam non licet.]

Concl. hæc est contra Xenophanem Colophonium, & Epicureos, qui cū cetera somnia volebant contemni: est contra Stoicos, Protagoram, Artemidorum, Tyanæum, & similes, qui si somnium sit, necessario quoque aliquid volunt significare (vt ex eorū suprâ posita definitione patet) & ideo nolunt vlla omnino somnia negligi vel preteriri. Verūque extremum condemnat S. S. Stoicorum, dum

p d. ca. non
observetis.
q l. de info.
mniu.

r l. 6. de præ
not. ca. 2.
“
“
“



Eccle. 5. 7. dum ait (f) vbi multa sunt somnia, plurima sunt
6. vanitates, & sermones innumeri: tu vero Deum ti-
Eccle. 34. me. Item (r), somnia extollunt imprudentes, quasi
ver. 1. qui apprehendit umbram, & persequitur ventum:
v. 5. cap. 1. sic & qui attendit ad visa mendacia. Epicurzos
x Iliad. 7. autem damnat, dum tot exempla diuinorū
y Aneid. 6. somniorum & interpretationē, passim sup-
peditat (v). Rectius ergo Home. (x) & Vir-
gil. (y) cōmentū sunt fabulā de duplici por-
ta somniorum; per eburneā falsa, per cor-
neā emitti vera; vt indicarent quādā vera &
significatiua, quādā falsa & inania ducenda.
2. Conclu. Tam certa sunt somnia, quam
eorum certa causa. si hæc effectum certum
certò producit, etiam somniorum prædictio
certa; si probabiliter, probabilis, si fortuito,
fortuita & fallax.]

Explicatione hæc tantū indigent. Sinzel
prædicto commentario cōmunicatur spiri-
tum quendam fantasticum; quem vult esse
animæ vehiculum, auctorem & fabricum o-
mnium somniorum: quod Platonium lig-
namentum est; fabulis æquale poëtarum. Por-
phyrius duas causas agnoscit. vnam, dæmo-
nes bonos malosque, quam nos admitti-
mus esse causam quorundam somniorum;
aliam notiones quasdam, quas animus ex
alia vita secum allatas in corpus intulerit,
quod est à fidei dogmatibus alienum. Nec
enim animus hominis corpore antiquior
aduenit

aduenit aliunde, nec quando infundeba-
tur à Deo, vllas secum creatas species, se-
cum attulit. Aristoteles (z) negat vlla à
Deo immitti somnia, quod S. S. pro-
fus repugnat. Contra Plato (a), cuncta
somnia dæmonibus adscribit, quod rectæ
philosophiæ, & quotidianæ experientiæ
refragatur. Melius Hippocrates (b), vera
somnia, partim Deo, partim naturalibus
causis adscribit. Remacu tetigisset, si ter-
tium membrum addidisset, non præter-
missum à Diuo Gregorio (c): qui rectif-
sime somnia tribus auctoribus adscripsit,
Deo, Naturæ, Dæmoni: vnde posteriores
Theologi ea diuiserunt, in Diuina, Natu-
ralia, & Dæmonia. præcipua difficultas est
de Naturalibus.

Naturalia proficiscuntur vel à causa in-
trinseca somnianti, vel à causa illi extrinse-
ca. Intrinseca nascuntur, quædam potissimū
ab anima, & tunc dicitur causa animalis, aut
(vt quidam loquuntur) moralis: quædam
potissimum à corpore, & vocatur causa cor-
poralis, & ab aliis, strictè loquendo, natu-
ralis. Intrinseca causa animalis est, quando so-
mnia obueniunt de rebus, quibus cogitatio
vigilantis valde fuit intenta, iuxta illud Sa-
lomonis (d).

Multas curas sequuntur somnia. de hac causa s.
Attius;

z li. de diui.
per insomn.
a in Sympo.

b l. de insō.

c l. 8. Mora.
c. 13. & l. 4.
Dial. c. 48.

d Eccle. 5. 7.



494 DISQUISIT. MAGIC.

Rex, que in vita vsurpant homines, cogitant, curant, vident.

Quæq; agunt vigilantes, agitantque, ea si cui in somnis accidant,

Minus mirum est. Idem censuere Lucretius, & plurimi, quos (e) alibi citauit: nunc non repetam. Diuus Gregorius Nyssenus acutissimè scripsit (f) huiusmodi somnia similia censenda citharæ, cuius fides, cessante manus impulsu, adhuc modicum extrema motione trepidant ac tinnunt.

Corporalis intrinseca causa nascitur à præsentis dispositione ac temperamento corporis, quod vel inedia exhaustum, vel crapula repletum, vel humore aliquo nimis prædominante ægrefcit; vel alio interiore vitio laborat. Ex his causis, vel pacata, vel turbida, vel multiformiter varia somnia nascuntur. Quibus sanguis est copiosior, rosas somniant puniceas, crocum, hortos, conuiuia, choreas, complexus, ærem, volatû & læta omnia. Phlegmatici, mare, aquas, balnea, navigationes, submersiones, onera grauantia, tardam & impeditam à noxiis fugam. Cholericæ, colores flauos, rixas, pugnas, incendia. Melancholici, fumos, caliginem, tenebras, vagationes per loca sola, nocturnas oberrationes, tetra spectra, mortes, tristiaque cuncta. Quibus vesica humore plena, somniant de lacubus, fluuiis, imbris,

in Com.
& Auerf.
in Senec.
Octauiam.
lib. de hominis opifitio.

LIB. IV. C. III. Q. VI. 495

imbribus, & somniando nonnunquam impluunt ipsi in faunas. Quibus dominantur sinceri puriq; succi; putant in somnis volutari se inter odoratos suauisque flosculos: contra in sordidis, cæno, cloacis, cadaueribus versari sese, quorû in corpore humores fœtidi putridiq; coaceruatur. Quibus viscido humore affectæ obstructæq; sunt partes cerebri posteriores, illi comprimi ac suffocari sibi videntur in somnis. *ἰπιλάθυ* Græci, Latini *Incubum* morbum, Hispani *la pesadilla*, Galli *la coquemare*, vocant.

Naturalis extrinseca somniorum causa est, quando dormientis imaginatio ab agente extrinseco mouetur. huiusmodi agens est duplex, alterum est ær ambiens, alterum impressio siue influxus corporum cœlestiû. Sicut enim corpora cœlestia suo in materiem corpoream influxu varias formas lapidum, metallorum, plantarumque gignunt: sic influendo in fantasiam, quæ organis corporis est immersa, posse à cœlestibus corporibus produci species imaginabiles, effectui à corporibus illis cœlesticis promananti conformes, non est negandum. De his

Sit tertia conclusio. Somniorû ex naturalibus causis deriuatorum, eatenus licita est obseruatio & interpretatio, quatenus causæ naturales effectibus causæ suæ coniunctis sunt adæquata.



In hac conclusione medici, Hippocrat. & Galenus, & Theologi consentiunt, eaq; deducitur ex iam dictis. Indiget verò tantū explicatione, quando causa est intrinseca & animalis, possumus somniū obseruare, vt in posterū studia vitamq; nostram melius & securius instituamus. Est quæ lectio vel cogitatio diurna, scedis illusionibus tēpore nocturno inquinat? excludat quādo potest curasimiles cogitationes. Territant aliū crebra somnia & in pusillanimitatē, desperationem, vel quod aliud adigunt vitium? causas debet somniorū inquirere & remedia procurare, quibus liberetur. Contra somniis alius vrgetur in bonum, vt religionē cęlibatū pœnitentiā? probet iste, num hæc, vt videntur, à Deo sint. Somniorum huiusmodi naturalium interpretatio pendet ab experientia & ingenij solertia, cognitione studiorum, morū & propensionū, quæ sunt in singulis.

Quando causa intrinseca est corporalis, potest quis instantes morbos metuere, seq; præmunire. Scribit Galenus (g), quendam cum somniasset alterum crus sibi factum lapideum mox ea corporis parte paralyticū extitisse. Eadem causa tā vehemens quantoque est & accelerata; vt quando quis somniat aliquid sibi accidere, id reuera tūc illi accidat. exemplum Cornelij Ruffini petere licet à Plinio secundo (h).

Quando

Quando naturalis causa est extrinseca, tunc videndum, an effectus sui principium aliquod in nobis habeat, vt si somniant ipsi agendum vel patiendum aliquid sit ab illa causa (exempli gratia, si somniem me iturum Romam, vel conflicturum) an verò euentus principium somniantis sit profus extrarium, veluti quod largus imber erit, quod nauale prælium futurum, quod Turcæ profligandi. Et hæc extrinseca rursus in duplici genere sunt; quædam non adeo sunt à somniantē remota, quin possit ab illis naturaliter affici & pati, verbi gratia, possum hodie pati à causis futuræ cras pluuiæ, vt experiuntur podagrici & herniosi: quædam tā procul remota sunt à somniantē, vt nihil corpus eius ab illis naturaliter pati queat, verbi gratia, non possum hęc pati à causis futuri hęc imbris post biennium, propter temporis distantiam: nec futuri statim imbris in laponia, propter loci intercapedinem: nec à causis, propter quæ modernæ reginæ Anglorum successor ad solium euehēdus: quia causa huiusmodi nihil pertinent ad corporis mei temperamentum. Hoc igitur dico, extrinsecas causas, quæ in nos possunt operari, probabilitatis aliquid præbere ad huiusmodi somniorum interpretationem, iuxta probatorum medicorū & philosophorum morem, similitudines in somnis visas

Tom. 2.

li inter



inter se comparantium; & quæ quarum rerum sint similitudines, & ex quibus causis proficiscantur perpendentium. Verè tamen hæc probabilitas valde tenuis est, & minuta. Extrinsecorum verò, quæ in nos agere nequeunt, penitus incerta & fallax est obfervatio: si quando respondeant euentui, id à causa fit, vel ab intelligentia quapiam revelatur.

Vnde inferitur corollarium, eum peccare, qui ex naturalibus somniis, etiam intrinsicis, futura contingentia diuinat, vel quacunque ab arbitrii manant libertate siue somniantis, siue alterius; multoque magis, qui de iis, quæ sunt gratiæ dari à Deo gratis soliti. ratio est, quia hæc non dependet à causis naturalibus, aut temperie corporis. Hæc de naturalibus.

Diabolica somnia sunt, quæ mali spiritus insidiosè dormientibus immittunt, vel ad perturbationes animi ciendas; vt libidinem, iram, odium, desperationem, vel ad occultorum aut futurorum significationem, de quibus verum illud Penelopes Homericæ minimè curanda somnia: & illud sapientis

i Eccles. 34.
ver. 7.

k 3 cap. 1. g.
2. sect. 2.

(i) multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in eis. De hoc genere fuerunt lecti-
lternia gentilium in fano Serapidis Æsculapij, Podalyrij & aliorum, quibus incubantes somnia captabant, quorum mentio etiam apud Maronem in Ænci. de quibus iam egimus.

Minus

Minus notum illud, quod de Venere Gazæ scribit Marcus Historicus testis oculatus (l) in vita s. Porphyrij. In loco (ait) qui vocatur tetràphodos (hoc est quadriuium) stabat statua marmorea, & pisco. mens. dicebant eam esse Veneris. erat autem supra aram marmoram: statuæ verò effigies erat nudæ mulieris, quæ palam ostentabat vrenda sua. statuam autem in honore habebant omnes ciues, maxime vero mulieres lucernas accedentes, & thure sufficentes. Dicebant enim eam in somnis respondere iis, quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autem se inuicem mentientes. Sepe vero iussi à demone contrahere matrimoniû, tantum abfuit, vt id rectè eis procederet, vt inter eos fierent diortia, aut male cohabitarent, &c. addit enim de mendacibus responsis plura, & dicit statuæ ad signum crucis deiectione, demonisque fugæ. huiusmodi sunt somnia Anabaptistica, & fuere olim Enthusiastarum, & admiranda quædam Gentiliû; quæ ad naturales causas, vel nullomodo, vel agrè possunt referri. notabo loca, vnde petet qui volet. tale fuit somnium Epithetis Messenij de anu liberanda per humifossionem inter myrtum & sinilacem (m) talis Edesij philosophi apud Eunapium (n), tale matris Artile (o) de filio; tale Prolomæi apud Tacitum (p) tale Nestorij Atheniensis apud Zozimum (q), &

m Pausan.

in Messenia.

n in eius vi.

o Anton.

p Bonfin. ver.

q Hungaric. l.

3. deca. 1.

r li. 4. hist.

s. & Ann. 4.

li 2

Juliani



500 DISQUISIT. MAGIC.

r. lib. 21
f. lib. 1. c. 7
t. li. 13. Dyp-
nos. c. 13.
Iuliani Apostata apud eundem, & Ammianum (r) & multa alia apud Valerium Maximum (f) sed omnibus admirabilius quod de Odati & Zariadre refert ex Charete Mitylenæo, Athenæus (r)

De his sit 4. Conclu. Dæmoniaca somnia obseruare, vt fraudē dæmonis caueas, licet: ad occultorum scientiam vel euentus futuros, nec licet, nec expedit.] prior pars patet, quia hoc animæ salutare est, & aliquando necessarium. posterior pars probatur, quia hoc lege Dei prohibitum (v). *Non augurabimini, nec obseruabit is somnia.* Itam quia non potest horum interpretatio, citra miraculum, haberi nisi ex pacto cum dæmone: quod prorsus illicitum. Nec etiam hoc expedire potest, quia sic accepta occultorum cognitio, curiosa & supersticiosa est; futurorum vero contingentium; non nisi fallax, vt posite ipsi Diabolo incerta. *vide Salisberiensem de capite 17.*

a. apud Gly. Diuina in somnia nobis à Deo, mediante bus bonis angelis suggeruntur, quorum iā q. 4. *annal.* causæ & modi sunt explicati (x) exemplar b. apud eundem Gly. qui volet ea passim reperiet, vt Theodolij c. D. Aug. Imper. (y) Arnobij Rhetoris (z) Mauricij lib. de cura Imperat. (a) & Bardæ (b) & Eulogij (c) & forpro mort. rassis tale fuit Alexandri magni de sanitate d Diodor. restituenta Ptolomæo (d), & multa apud Sicul. li. 17. Fulgosium lib. 1. Exemplor. c. 5. Sit

Concl

LIB. IV. C. III. Q. VI. 501

Conclu. 5. Diuinorum somniorum obseruatio licita est: sed interpretatio solis conuenit illis, quibus à Deo facta interpretatio nis reuelatio.] prior pars patet, quia immitur à Deo vt ea obseruemus, eaq; nos doceant, moneant, corrigant. posterior pars probatur verbis Danielis (e); *Mysterium quod Rex interrogat, sapientes, Magi, arioli, & aruspices nequeunt indicare regi: sed est Deus in celo, reuelans mysteria, qui indicauit tibi, &c. & postea (f); Mibi quoque non in sapientia, quæ est in me, fver. 30. plusquam in cunctis uiuentibus, sacramentum hoc reuelatum est, sed vt interpretatio Regi manifesta feret. Paulus quoq; (g) quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritu Dei.* g 1. Cor. 2. v. 11.

Discernere dæmoniaca à diuinis somniis pertinet maximè ad confessorios, & qui medicinam faciunt animarum, qui discretio nis spirituum dono præditi sunt. pendet hoc iudicium à causis & circumstantiis reliquis, ad eum modum, quo uisa & reuelationes expendendas docui (h). In summa hoc obseruandum, si constet, neq; ex animali, neq; ex corporali causa somnium fuisse natum: dubitetur uero ytrum sit à Deo, uel à diabolo, tutissimum fore, si vt à diabolo immis sum, caueas & contempnas, probatur hæc regula, tum ex Sapiente Syracide, qui docet extrinseca somnia esse contempnenda, quæ non constat à Deo immissa. Nam iste est

Ii 3 sensus



i *Eccles.* 34.
ver. 6.

sensus horum verborum (i); Nisi ab altissima fuerit emissa visitatio, ne des in somniis cor tuum. 2. probatur ratione, quia curiosa somniorum observatio, ad hoc discrimen agnoscendum est superuacua. nam Deus sol. t. quando somnium mittit; simul hominem certum reddere, hoc somnium à se profectum & cœlitus immissum fuisse. 3. docetur experientia. nam eos qui curiosè ad somnia attendunt, somniorum interpretatio subsequuta, in grauissimas calamitates & interitum præcipites egit, vt Agamemnonem Homericum in Iliade, Cyrum Persarum Regem (k) Xerxem (l), Onomarchum (m), Antigonom & Pompeium (n).

k Sabelli. l.

6. Ennea. 2.

l Herodot.

lib. 7.

m Diodor.

Sic. lib. 16.

n Plutar. in

Demetrio.

& in Pom.

Atque hic de somniis finem facerem; nisi veniret in memoriam frequens illa, & mihi gratissima cum V. Cl. Iusto Lipsio familiaritas, cum Louanij degerem: quæ, quam tunc grata & iucunda mihi frequens de rebus, quæ & illum & me decebant, hoc est litterariis, moribusq; formandis, collocutio tam nunc molesta est acerbæque priuatio. Incidit quadam die de somniorum vaticiniis sermo. Tum ille retulit fuisse Bruxellæ futoris cuiusdam vxorem annis præteritis viginti, quæ plurima prædicebat variis, ab euentu ad vnguem comprobata; Spellium (præfectus ille viarum erat, vocamus Brabantii de *kef roe*) agendum in crucem. Requiescendum guber-

gubernatorem, ex morbo mox obiturum, concilium supremum Regis vim passurum, & plerosque carceri mancipandos consiliarios: & similia non pauca: Hanc se non semel vidisse & audiuisse. Solitam dicere in somnis sibi spiritum quendam se ingerere, specie diffusi corporis candidi, cuius nequireret lineamenta discernere: ab eo se doceri omnia: cumque appareret, semper se tanto tamque continuo horrore percelli, vt animo linqui sibi videretur. hunc cogere postea, vt vel cum vitæ periculo, denunciaret aliis quæ in somnis edocta: nec sine re quietâ, dum iussa peragit. Fuisse mulierculam satis alioqui contemptibilem & simplicem, nõ quidem diffamatam: sed nec cõpitiæ sanctitatis. Varia subit animum de hac re cogitatio, Quam certum hæc somnia supernaturalia fuisse tam mihi dubium: Vtrû diuina, vtrû demoniaca fuerint? Solent diuina mulieribus non minus quàm viris contingere; nec obstare vel vilitas, vel paupertas personarû. Solitus horror quidã diuinas eẽ apparitiones comitari. Solita accedere addicendû coactio. Verum pellucet mihi in hac narratione plura, cur potius suspicer ab aëro, quam ab candido spiritu ista profecta. Primum illa species diffusi candoris, in formis semper; & continuum adferens horrorem, non cumulatam sequenti mentis



læritia, & tranquillitate; indicium facit non obscurum, auctoris sui candorem mentionis. Sexus suspectus, & conditio nihil commendans, quam nec sanctitas, nec prudentia, aut deuotio, vel alia signa huiusmodi comitabantur. At lucrum illi nullum hinc, vel questus, sed sepe verbera, conuitia ferè semper. Sic solet sagis accidere, & suis hanc dæmon mercedem pendit. Deinde quæ prædicebat, de publicis quidem rebus erant; sed eorum cognitio in publicum parum erat necessaria. quia tum prædicebantur, quando vix præcaueri poterant: nempe exigua paucorum dierum, antequam contingerent tempore. frustra etiam prædicebantur à sola muliercula, cui fidem adhibere, nullius prudentis viri fuisset. Non consuevit autem DEVS, quæ præsciri, & præcaueri vult, sic, nuda à persuasionum momentis omnibus, indicare. Denique quæ prædicebat, huiusmodi erant, vt non dico dæmonis, sed etiam humanæ prudentiæ & coniecturæ subiacerent. Spellij supplicium: quia sciebat dæmon, eum iam reum esse, & propter crebras accusationes occultarum delationum seridè & sedulè in eius actiones vitæque inquiri. Ludouici Requesenij morbus anthrax erat in corpore simul obeso & admodum bilioso: quis eum lethale fore nõ prævideret? iudicât medici, ex iudiciis externis,

NON

non queat Æsculapius ille fulminatus cui patent corporis interna? Ordinum molimina contra Concilium status; iam diu coquebantur: Hesi audaciam & conatus non ignorabat, qui stimulabat: ex consiliariis qui inuisi, qui magis, qui minus, tenebat Satan omnia: videbat coniuratos vigilare, alios vel non credere, vel contemnere, vel stupere: quid futurum, & quæ ex similibus (vt dicunt Dialectici) præmissis consequentia, non erat magnæ, neque supernaturalis sagacitatis odorari. Sed saluo hæc meliore iudicio.

CAPVT IV.

De coniectatione Politicæ, sive de sortibus.

POLITICAM sortem voco, quæ iure ac legibus probis aliquando recepta: vt est *sortis diuisoria, sortium contractus, canonicæ purgatio, & fuere olim permittæ, nunc vero dantur variæ quædam vulgares purgationes. de quibus singulis agendum.*

QUESTIO I.

De diuisoria sorte.

Diuisoria sorte Romani olim in iudiciis legendis, prouinciisq; sortiendis vtiebantur, nec non in familia herciscunda, militaribus aliisq; negotiis. Iudicium illam sortitionem (9) Romani ab Atheniensibus accepere;

o de qua ex Asconio Sigon. li. 2. de iudic. c. 12.

li 5 per;



pax Lucia pere; ubi iam olim in Arcopago iudices; cō-
no Demo- icētis in vnam variis literis, sortiebātur (p);
sthene, & quod & Siculos imitatos Plutarchus, cum
Schol. Ari- de augurio, quod ex litera M. ipsi obtinge-
stophan. he- te cōperat Dionysius, ageret, in *Apothegm-*
ne Sigon. li. aperte docuit. Sed de gentiliū sortitione
3. de repub. ceteris plura & meliore methodo Iunius
Atheniens. Hornanus tradidit (q). Addam quæ I. C. &
q. li. 2. An- Theologi censuerunt. Si dubium sit, qui
madu. c. 3. primi causam in iure dicere debeant (r); si
r. l. 14. D. de de hæreditate & bonis diuidendis (s); si de
iudic. optione pluribus relicta (t), de seruis ma-
s. l. 2. Codic. numittendis, liberis diuidendis, & simili-
quando & bus (v), eam permittunt iura prohibita
quib. quar- duntaxat sortiri Episcopatum (x), vel aliam
ta. lib. 10. quamuis dignitatem, aut beneficium Ec-
t. l. 3. C. de clesiasticum (y). In ceteris ergo dignitatibus
legat. & officiis, actionibus, pœnis, rebusque alijs
v. Mynsing. diuisoria fors, qua quid cuique tribuendus
4. obser. 37. quæritur, prohibita non est, vt patet ex cap.
2. l. 47. C. de i. 26. qu. 2. qui canon de hac diuisoria tantum
Episc. debet intelligi, vt patet ex ipsomet D. Au-
gustino (z), vt tamen in his nullum peccat-
um intercedat, seruandæ sunt quatuor cō-
ditiones (a). Primo d. bet euentus à Deo
30. conc. 2. expectari, & non à casu vel fortuna, vel a-
prope fin. stris. quare & Deus inuocandus iuxta il-
a D. Thom. lud (b); In manu tua sortes meæ. Si quis cer-
d. q. 95. ar. 8. to euentum expectaret ab astris vel fito
& Cæta. (sumto vt sumunt Stoici & astrologi) mor-
tali-

taliter peccaret; si à casu vel fortuna (for. in Sam. v.
tunam non vt gentiles, nam tunc esset Sors.
mortale & idolatricum; sed vt Christiani b. d. Psal. 30.
sumunt philosophi, accipiendo (c) in re gra- c. vide Ve-
ui foret veniale; in re leui, vix esset pecca- racruz. in 2.
tum. 2. debet adhiberi simplex sors, sine vl- Physic. spe-
la superstitione vel abusu rerum sacrarum, cul. 5. Sor.
aut scripturæ sanctæ (d); nō tamen est mor- & Tolet. in
tale peccatum, nisi magna adsit irreueren- eund. Phy-
tia. 3. necesse est, vt illi qui sortiuntur, x- sic. lib.
quali iure nitantur. alius enim esset iniusta d. D. August.
sortitio; & quidem grauior, si de bono pu. epist. 119. ad
blico ageretur. v. g. si de officiis publicis di- Ianuar. c. 3.
gni & indigni sortes mitterent. Sors enim 26. q. 2.
posset indigno fauere, cum damno reip. &
iniuria dignorum. 4. vt principalis inten-
tio mittentium sortes, non sit inquirere vo-
luntatem Dei modo extraordinario (e) et c. 2. & 4.
(quia talis modus omnino est incertus) sed 26. q. 2.
præcipua intentio debet esse, vt auferantur
lites, discordiæ, querelæ, inuidiæ: quod nos
docuit Salomon (f). *Contradictiones (inquit) f. Prouer. 18.*
comprimis sors, & inter potentes quoq; diiudicat. v. 18.
quare si aliter concordia posset iniri, res
forti non esset committenda: sin aliter ne-
quit discordia sopiri, bonum pacis sortem
permittit, seruatis his conditionibus. Hinc
praxi receptum in militia, vt quando plures
sunt rei, sorte experiantur, quis necandus,
quis liberandus: tum yero seruandum,
vt sit



vt sit par sortientium reatus, alioqui iniqua est sortitio, quoad minus nocentes. Sic tempore pestilitatis sortendum, quis parochorum in vrbe remanere debeat (a); eadem ratione, quando dubium cui cedere debeat elemosyna, potest sortitione res decidi (b). Porro ne quem fallant, quæ in S. S. leguntur de sortibus, rectissime post D. Hieron. & Bedam (i) monuit Gratianus ea nihil ad nostra pertinere tempora. Nam in veteri lege Deus inter alias ceremonias, hanc quoque instituerat, qua in sortitione vteretur camque sorti præmitterent; quæ qualis fuerit, non satis constat, videtur fuisse quædam ad Deum mētis eleuatio cum oratione ad hoc instituta, vt colligitur ex Levitico (k); vbi de capri emissarii sortitione sic legitur; duos bircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii: mittensque super vtrumque sortem, vnā domino, & alteram capro emissario; cuius exierit fors domino, offeret illam pro peccato: cuius autem in caprum emissarium statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eum, & emittat eum in solitudinem. & D. Lucas de sortitione Apostolatus ita scribit; postquam narrauit duos ab Apostolis coram Deo statutos, Barsabam & Matthiam; Et orantes, dixerunt; Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnū, accipere locum ministerii huius, & apostolatus, de quo

de quo præuicatus est Iudas, vt abiret in locū suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit fors super Matthiam (l). Primum igitur statuebantur sortituri coram Deo, mox oratio fundebatur, tertio sortes singulis dabantur, ex miscabantur, in sinu, vrna vel alio vase, cuius fors exhibat, super eum cadere dicebatur. Certe missas aliquando in sinum, testatur Salomon (m); Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur, interdum in calicem, quem sinu continebant: vnde & calix in sacra scriptura sæpe significat sortem; vt secundum nonnullos, his verbis; Dominus pars hereditatis mee, & calicis mei (n). Totum ergo hoc negotium ceremoniale fuit: quare legis veteris ceremoniarum abrogatione, etiam hæc sortitionis ceremonia cessauit. Vnde Venerab. Beda (o) obseruat Apostolos ante S. S. acceptū, in electione D. Matthiæ adhuc legali ceremonia vsos fuisse; post Spiritū vero Sanctum acceptum, nō amplius sortem adhibuisse; sed sola vsos oratione ad Deum, & ieiunio adiuncto; sic enim leguntur elegisse septem Diaconos, & Presbyteros (p). Sane cum Saluator, qui fallere non potest, nec falli, cuncta promittat orantibus (q); stultum & absurdum est, relicta oratione, quæ promissionem habet, confugere ad sortem; cui se adfuturum Deus, in nouo testamento non repromisit.



De contractu sortis, siue Lotheria.

EST in vsu frequenti Europę contractus quidam, quem vulgo vocant Loteriam. Hęc vel priuatim fit, vel publice. priuatim pro arbitrio cuiusque; quādo aliquis equum vel quid simile statuto pretio (v. g. pro L. aureis) exponit sortiendum cui obtingat, & deinde in hanc summam plures symbolam quisq; conferunt, & aleam iaciunt, quis equum sit habiturus: vel etiā priuatim plures annuli, libri, specula, vel alia suppellex proponitur, inter familiares eodem modo collatis symbolis (quę vocantur, *Lota*) sortiendi. vulgo vocant *la raffe*, aut *riffe*. Quidam vocant *ludum ollę*: opinor propter vnam seu ollam, in quam sortes iaciuntur.

Publice vero cum instituitur, opus est Principis vel reip. consensu. suntq; hoc in contractu, siue publice, siue priuatim fiat, multa consideranda, vt iustitia contractus & perfectio illibata maneat:

Conclus. 1. hunc contractum esse licitum. hęc *Quodli. 3.* probat bene Briard. (r), quod sit licitus patet, quia nullo iure, nec naturali nec diuino, nec humano prohibitus. Non naturali, quia celebrari sic potest, vt nulla in eo interueniat iniquitas, si seruentur conditiones mox dicendę. Secundo quia cedere potest

test in publicam vtilitatem. 3. quia secundum se, nihil est aliud, quam sortis quędam diuisoria, instituta ex beneplacito concertantium siue consortientium. Quod diuino iure non sit prohibitus, probatur, quia nec per sacram scripturam, nec per vllam traditionem Ecclesię: quod nec iure humano probatur. quia nec ciuilibus, nec canonica lex vlla profertur, quę de hoc contractu expresse egerit. Et fallitur Conrad. (r) putans de con- trah. trac. prohiberi legibus, quę vetant ludum alearum. Nam in primis hoc dici non potest de *3. q. 71. c. de Loteria publica*, in qua non iacitur alea; 2. & quo ad priuatam illam *riffam*, in qua intercedit alea, ea quoque non est prohibita dictis legibus de aleę prohibitione agentibus. quod probo, quia ludus aleę prohibitus est, non quia fortuna in eo dominatur; sed quia perdentes in ludo aleę solent blasphemare, & etiā solent homines suas o- pes omnes breui tempore sic consumere, & t. l. si. C. de depauperari, vt patet ex ipsis rescriptis iur. *rel. & sum. ris* (r). Nam si in fortuna fundaretur dicta *sun. Palu- da. in 4. d. 15. q. 3. a. 5.* prohibito: certe nunquam, nec pro parua summa liceret ludere alea. tunc enim id *Silu. verbo* prohibitum foret, quia per se malum, *ludus 5. 4. Nunc vero videmus iura permittere lu- l. quod in* sum aleę pro re modica seu causa conuiu- *conuiuio.* (v): & sententia est magis consona ratio- *D. de aleat.* ni & legibus, hoc interdictum solum- modo



x hoc volū Angel. sup. & Briard. sup. & videtur esse glo. in cap. Episcopus. verb. deseruiens. 35. d.
 modo pertinere ad solitos ludere, siue ad frequentantes aleam, siue ad deseruientes aleæ (x). ideoq; censenda alea non esse prohibita, quia per se mala; sed malam factam, quia prohibita, & quatenus prohibita. prohibita verò, propter geminum, blasphemie & decoctionis periculum. Quorum vtrumque cum subit nullum in hoc rassa contractu; crediderim; sicut Briard. defendit posterius genus fortis in vnam coniecta, à ratione similitudinis; eodem modo defendendum, prius illud per aleam. Præterea que ad iustitiam vnus, eadem ad alterius iustitiam sufficient: & sicut lucrum in vno factum licet retinere, sic etiam licebit in altero.

Notandum vero in hoc contractu duos contractus virtute misceri: primum, respectu eius qui iocale, vel supellectilem exponit, & est vera quædam, sed implicita venditio; qua pro tali summa pecuniæ ipse omnibus illis qui summam simul conficiunt, vendit rem illam; puta equum, quinque sortientibus, quorum singuli decem aureos conferunt, vendit pro quinquaginta aureis. Secundum vero respectu emptorum inter se, sic enim est contractus quidam fortis diuisoriz, censentur enim sic inter se conuenire, vt cui fors fauet, ille pro suis decem aureis totū equum habeat, & tota mercedat ipsi, cæteri vero dispendiū ferant singuli

guli suæ symbolæ. Nec aliud requiritur ad iustitiã contractus vtriusque, q̄ vt tota summa simul adæquet, non excedat valorem mercis: & ipsi emētes omnes æqualiter subiciantur vtrique fortunæ, lucri & amissionis. Licitum vero hoc esse probat Fran. Garcias (y), quia reuera contractus iste in y *lib. 3. de contract. 6. 29.* idem recidit, quo omnes isti sortientes inita societate simul rem vel res illas, que sorti exponendæ, emissent: tunc enim possent si vellent inter se conuenire de sorte diuisoria iacienda, quid cuique rerum illarum obtingeret, quod licitum esse nemo vnquam negauerit.

2. Conclusio. condiciones ad iustitiã lucri in hoc contractu considerandæ sunt pro ratione personarum quæ hic ad sunt variæ. Hanc asserit & optime explicat Fran. Garcias, & illum nullo addito sequitur Lud. Lopezius (z). *z de contrac. 2. 643.*

Notant quinque personarum genera in hoc contractu lucrari posse. Primo dominos mercis seu venditores, his licitum est tantum accipere pro mercibus quantum possent lucrari alio quouis contractu licite illas distrahentes. Quod tantum possint accipere, probatur. quia quoad ipsos intercedit cū sortientibus contractus venditionis. venditor autem posset consequi quantum merces illi iusti lucri adferre valent, hoc est



quanti sunt ipsæ merces. Si ergo amplius acciperet venditor iste, iniustum foret lucrum, & teneretur restituere. Si tamen quod amplius permittitur conferri ultra mercis pretium, id non cederet domino seu venditori mercis; sed pauperibus, vel officialibus seu ministris; licitus foret excessus, ut patebit ex modo dicendis. Hæc exceptio solet contingere in publicis sortitionibus; quæ conceduntur Ciuitatibus vel Communitatibus, ut hoc pacto se liberent ære alieno: tunc enim solet Princeps dans licentiam, considerata publica necessitate, pretium sortis aliquando paulo liberalius statuere: neque fit iniuria sortientibus, qui hoc sciunt. Cauenda vero fraus venditorum, ne sortitionem facere morentur, postquam sufficientes symbolæ sunt collatæ: item ne merces mutant, vel diminuant. Item ne, quando simul facienda sortitio, aliquas merces prius patiatur sortem subire. Pro quo sciendum, ordinario certam diem præfigi, qua simul sortes omnes trahantur, die ac nocte labore non intermisso: interdum tamen instituitur sortitio hoc pacto; primum proponuntur omnes partes siue suppellex sortienda tota; & statuitur singularum sortium pretium, v. g. quinque stuferei: tum statim singularis voluntium sortiri sortitio instituitur, quo quisq;

con-

confert ordine. v. g. venio & offero decem stuferos, duæ sortes pro me extrahuntur statim. si venit statim alius, qui adfert quindecim stuferos, tres sortes pro illo extrahuntur, quodque mihi vel illi obtingit hoc auferimus. Hic modus periculosus est, nec deberet à principibus permitti: quia multis fraudibus est obnoxius. Nam primo cum non intercedant in sorte ducenda solemnitates, quæ solent in altero genere; facilis est, ut fiat aliqua collusio. 2. non potest constare facile de æqualitate pretii: tum quod si certum tempus præfigatur, fieri potest ut tunc non satis multæ symbolæ sint collatæ: si tempus liberum permittitur, fieri potest ut venditor nimis diu hanc exercens sortitionem, longe accipiat ultra pretium mercium. Nec sufficit dicere, fieri etiam posse ut infra hoc accipiat; & sic communem aleam subire. *Resp.* enim non debere vllum fortunæ periculum hic interuenire inter emptorē & venditorē, quia ipsorum ad inuicem respectu est contractus venditionis; sed inter ipsos tantum emptores, respectu enim ipsorum mutuo, est contractus sortis. Denique cum sic merces subtrahantur, quæ sortito contigerunt, semper vilior sit tota merx, & ideo iniustum est durare idem singularum sortium pretium. Si dicas semper alias æque bonas merces

Kk 2 suffi-



516 DISQUISIT. MAGIC.

suffici ablatis: neque hoc est satis credibile; neque sufficit. nā nimis diuturna permittitur sic licentia venditori hūc exercendi cōtractum. Lōge itaq; tutius est & securius, tum reip. tum priuatis, hoc secundo genere relicto, prius tantum exercere.

Secundo poterunt lucrari ipsi emptores siue sortientes quia poterit, qui vnam forte drachmam contulit, mille accipere. nam quicquid illi citra fraudem fors obtulit, id potest auferre & retinere. ratio est, quia omnes sortientes in hac cōditionem consenserunt, vt quisque auferat quod illi fors detulerit: atque ita omnes æquali subsunt periculo. Nam qui multas symbolas colligit, vt multis potest frustrari sic multis potest lucrari, qui paucas, paucis & lucrari, & paucis iacturam potest facere. Cauenda hic collusio sortientium & eorum, qui sortes extrahunt, leguntque. Quod si quis per huiusmodi collusionem aliquid fuerit consecutus; tam ipse, quam collusores, tenentur ipsam rem illam restituere, non domino priori siue venditori fortis (quia iam illam ipse vendidit) sed consortientibus, qui emerunt dubium euentum. & id o res illa debet vendi, & pretium inde redactum, inter socios sortitionis iterum forti subiiciendum: vel si res exstet, ipsamet. In hac vero sortitione an
sic

LIB. IV. C. IV. Q. II. 517

sit admittendus fraudator? certe si fraudem non adhibuisset, fors illa ipsi non aduenisset: & pœnam peccati sui æquum est eum sustinere: tamen quia fieri potuit, vt alia fors æque bona illi fuerit obuentura, & nulla lex eum priuat iterata sortitione; ideo mihi res dubia est, nec audeam eum arcere.

Tertio ministri & officiiati, qui adsunt sortitioni, tum in scedulis scribendis, tum in sortibus extrahendis, tum ne quid fraudis vel doli committatur: illi licite stipendium aliquod pro labore suo recipiunt. ita tamen si nec plures quam necesse sit ministri huiusmodi adhibeantur; nec æquo amplius stipendium ferant; nec diutius quam necesse foret, rem extrahant. Quæ vera tam respectu venditoris, quam emptorū, scilicet si nolint plus æquo tribuere, vel nolint res sic extrahi, vel nolint tot ministros adesse. Nam si consentiant, non video cur minus hic operetur consensus emptorum, quando ipsorum expensis ministri adsunt: quam venditoris, quando ipsi expensæ soluendæ. Neque mihi hoc satis perpendisse videtur Garcias, dum pœat has exceptiones tantum locum non habere, quando ministri à venditore sunt alendi. Si quaras à quo ordinariè alendi? cum lucrum ipsius sortitionis, hoc est quod fortiendo cōtingit, omnino
Kk; parti-



518 DISQVIST. MAGIC.

prineat ad emtores, neq; hui⁹ lucri pars vlla cedat vëditori: & impēla ministrorū fiāt ratione ipsi⁹ sortitionis, hoc est ratione secūdi cōtractus virtualis, nō ratione primi: seqtur impensas eorū esse debere, inter quos lucrū ipsū partiēdum est, & inter quos celebratur secūdus cōtractus. q̄ est cōmunis sentētia (4). Sed Alcocerius vnū excipit casum, quando scil. venditor aliter sine impensis in proxenetas, aut institores, non potuisset illas merces distrahere: cum enim ipse tunc per sortitionis compēdium euitet illas impensas, æquum videatur, earum loco, subire partem impensarum sortitionis. Nihilominus Garcias & Lopezius contendunt etiam hoc casu, rationi illi communi locum esse: quia ad venditorem iam sortitio illa nihil peruenit. Equior tamen (vt puto) est sententia Alcoceri, quia commodum illud, quod percepit venditor, reuera dependet, & prouenit virtute ipsius sortitionis; nec sine sortitione illud consecutus fuisset: & sic quoad hoc negotium non debet considerari venditor expers commodi ex sortitione. Deinde in praxi receptum, vt venditor soleat hæc omnia subire, & omnes expensas facere, non tantum factas in taxatione & valore mercium constituendo; sed etiam factas in ipsa sortitione: verū in ipsa taxatione sortitū (v.g. summe dotalis, ad quā

à Alcoceri,
de ludo cap.
49. Garcias
d. c. 20. Lopez.
d. c. 23.

nume⁹

LIB. IV. C. IV. Q. II. 519

numerus & valor sortitū pertinere possit) habetur ratio probabilis omnium istarum impensarum: & sic Domini in se totum solent recipere.

Quinto licite deducitur & accipitur ex tota summa pretii emptionis, illa quātitas pecunia; quæ assignata fuit à Principe ad opera pia vel eleemosynas: siue illa deducatur à portione venditoris seu pretio, siue à lucro, quod cedit sortientibus; siue ab vtroque.

Pia enim & religiosa est consuetudo, qua Princeps vel Resp. talem licentiam contractus sortitarii concedens, aliquam partem sic reseruat; nec iniuriam facit contrahentibus, non venditori, cui non tenetur aliter licentiam dare: non emptoribus, qui hac conditione pecunias suas sorti subiiciunt. Quod de causa pia dictum, idem tenendum de publica necessitate: quare posset aliquid reseruari ad soluendum debita Principis vel reip. si tamen vere talis necessitas subesset. Ideo quando conceditur in remedium Civitati vel Communitati, vt posset Princeps aliquid segregare, ad necessitates illius Civitatis; sic etiam posset taxare liberalius summam pretii. Sic bene Garcias.

¶ Ultimo potest, is cui merx aliqua cessit, quia symbolas contulit plures omnibus aliis, vel certo numero intra tot dies; mercē illam recipere & retinere.]

Kk 4 In-



Intellige quandoeunq; acceperit; dummodo non sit res ex numero illarum quæ iam expolitæ sortitioni: quod si ex earum numero sit, non potest eam accipere, postquam aliqui iam symbolas contulerunt. statim enim ut contulerunt, in hanc mercem ipsis ius fuit acquisitum. sic fit ut venditor alteri addicere nequeat, quod iam alteri venditum. Hæc ratio satis indicat hoc intelligendum, quando instituta iam sortitione, vel acceptis symbolis, fit promissio. Si enim promissio facta foret, ut solet, ante symbolarum collationem, hoc est, initio quando sortis diuisoræ siue Lotheriæ fit publicatio; tum. n. sæpe additur, q. primâ symbolâ cõtulerit, is habebit hoc vel illud; q. intra tot dies tot symbolas cõtulerit, habebit illud; q. numero vicerit reliquos intra tale temp^o, illi hoc cedit; tunc illi omnia et post inchoatas sortes acquirerent, quæ ipsis promissa fuerunt ante sortitionem, & antequam res ipsa venderetur: & tunc sortientes in hanc conditionem consensisse sunt censendi. Sic intelligendi Garcias & Lopezius. & sufficiant ista de hoc contractu Lotheriæ.

QVÆSTIO III.

De purgatione Canonica.

Canonica purgatio dicitur, quæ regulis Ecclesiastici iuris consentanea est: quæ duplex

duplex est, vna per iusurandum, in qua nihil est sortis: hanc soli improbant hæretici, qui contendunt nunquam licere iurare, ne in iudicio quidem, contra quos legi potest Alphonsus à Castro (b) Cochleus contra Anabaptistas, & Gregorius Valentia (c). Probatur etiam hæc purgatio quoad Laicos in Concilio Triburicensi (d), sicque testatur Cromerus, lib. 19 histor. Polon. se Sophiam Regina de stupro accusatam, suo & septem honestarum ac nobilium feminarum iure iurâdo purgasse. Probatur verò quoad presbyteros & Episcopos, constitutione Gregorij Magni, qui varios Episcopos iussit purgare, idem statuere Alexander Innocentius (g) & Leo Pontifices, idem sancitum in Concil. Agathensi, & illud si (k): id ipsi fecere Sixtus III. & Leo III. & Pelagius PP. (n).

Altera purgatio est per venerabilis Sacramenti Eucharistici sumptionem. hanc Catholici contendimus esse licitam, quando iniungitur ab Ecclesiastico iudice competente. In veteribus Germaniæ conciliis hæc purgatio fuit probata. statutum enim illis, si furtum in monasterio committatur, tunc fratres se ita expurgent, missa celebretur, in eorum præsentia, & ea expleta omnes in hac verba committentur; Corpus Domini sit tibi hodie ad probationem. Item, si Episcopo aut presbytero



» liquod maleficiū imputatum sit, pro singu-
» lis missam celebrare debet & cōmunicare: &
» de singulis imputatis se innocentē ostende-
» re. Quod si non fecerit, quinquennio à limi-
» nibus Ecclesie extraneus habeatur. (p.) Nec
» defunt exempla pontificum optimorū, qui
» hanc purgationē exegerunt. Lotharius Rex
» pactis cum Nicolao Pontifice non steterat,
» sed adulteram iterū in thalami partē redu-
» xerat, profectus Romā absolui petit à Pon-
» tificis Hadriano, dicens se promissis Nicolao factis
» stetisse. Pontifex pro comprobatione inno-
» centiæ (ait Sigisbertus q.) ad examinationē
» corporis & sanguinis Domini tam Regem,
» quam optimates regni inuitavit. illi nihil
» Deū veriti corpus Domini nostri, temere &
» perperā acceperunt: sed Rege in itinere Pla-
» centiæ statim moriente, omnes intra annum
» reliqui perierunt. Malus erat Imp. Henricus
» sed tamen simile sacrilegium cōmittere ex-
» horruit, inuitante illū ad similem sacramētū
» Venerabilis purgationē Gregorio VII. Pon-
» tificis tam Sancto, quā malis cunctis inuiso,
» tam religioso, quā hereticis semper odioso.
» Narrat historiā Lambertus Schaffnaburgē-
» sis his verbis (r). Itā absoluto eo (nempellenti-
» co Imp.) ex cōmunicatione, Papa missarum
» solemniam celebravit, confectaq; sacra obla-
» tione, Regem cum cetera, quæ frequens ad-
» erat, multitudo ad altare euocavit, præfe-
» rensq;

p. f. Episc.
ibid.

anno 870.
in Chron.

an. 1077.

rensq; manu corpus Dominicū: Ego, inquit
iam pridē à te tuisq; fautoribus litteras acce-
pi, quibus me in simulabas sedem Apostolicā
per simoniacā heresim occupasse, & aliis qui-
busdam tam ante episcopatū, quam post ac-
ceptum episcopatu meriminibus vitā macu-
lasse, quæ mihi secundum scita canonum om-
nē ad sacros ordines accessū obstruxerūt.
Et licet multorum idoneorū certē testium
ad stipulatione crimen refellere quæ; eorū
scilicet, qui omnē vitæ meæ ab ineunte ætate
institutionē integerrimē nouerunt, & eorū
qui meæ ad episcopatū promotionis aucto-
res fuerunt. Ego tamen ne humano potius
quā diuino niti videar testimonio, vt satisf-
factionis compendio omnē omnibus scan-
dali scrupulum de medio auferam, ecce cor-
pus Dominicū quod sumpturus ero, in ex-
perimentū mihi hodie fiat innocentie meæ,
vt omnipotēs Deus, suo me hodie iudicio vel
absoluat obiecti criminis suspitione, si in-
nocens sum, vel subitanea interimat mor-
te, si reus. Hæc & alia, vt solenne est, præ-
fatus verba terribilia, quibus Deum cau-
sæ suæ æquissimum iudicem, & inno-
centiæ assertorem adesse precabatur, partem
Dominici corporis accepit & comedit. Qua
liberrime absumpta cum populus in lau-
des Dei, innocentie eius congratula-
tus, aliquamdiu acclamasset, tandem
impetra-



» impetrato silentio conuersus ad regem. Fac
» ergo fili, inquit, si placet, quod me facere vi-
» disti Principes Teutonici regni, suis indies
» accusationibus aures nostras obrundunt,
» magnam tibi mole[m] capitalium criminum
» impingentes; pro quibus non modo ab o-
» mni rerum publicarum administratione, sed
» ab ecclesiastica etiam communione, & ab o-
» mnimoda vitæ secularis conuersatione vs-
» que ad extremum spiritum te suspendi oport-
» ere existimant. Petunt etiam magnopere
» diem & locum statui, audientiamq; prestari
» canonicè discutendis, quas aduersum te ad-
» ferant accusationibus. Et nosti optime hu-
» mana plerunq; vacillare iudicia & in publi-
» cis disceptationibus nonnunquam falsa pro ve-
» ris persuaderi, dum pro disertorum hominum
» ingenijs & dicendi copia & suavitate falsitas
» verborum phaleris adornata libenter audit-
» tur, & veritas nullis eloquentiæ nixa admi-
» niculis contemnitur. Cum ergo tibi bene
» consultum cupiam, pro eo quod in calamita-
» tibus tuis supplex Apostolicæ sedis pa-
» trocinium expetisti, fac quod moneo. Sicut
» innocentem nosti, & existimationem tuam
» ab æmulis tuis per calumniam falsis crimi-
» nationibus impeti, libera compendiosè &
» Ecclesiam Dei scandalo, & teipsum longè
» concertationis ambiguo, & sume hanc resi-
» duam partem Dominici corporis, vt com-
» proba-

probata Deo teste innocentia tua, obstrua-
» tur omne os aduersum te iniqua garrientium
» & me deinceps causæ tuæ aduocato, & inno-
» centiæ tuæ vehementissimo assertore, Prin-
» cipes tibi reconcilientur, Regnum tibi re-
» stituatur, omnes quibus iam diu respublica
» dissecatur bellorum civilium tempestates
» in perpetuum sopiantur. Ad hæc ille inopi-
» nante attonitus, a stuarè tergiuersari: &c.]
» Sequitur quo pacto experimentum hoc in-
» nocentiæ suæ facere detrectarit. Vidisti (Le-
» ctor) indicij huius formulam, vidisti causas.
» Hæc nonne vera; quod Deus fidelissimus ve-
» ritatis sit testis: quod in humanis discepta-
» tionibus fallaciæ sit locus, diuinam verò dis-
» quisitionem nec falli posse, nec fallere? In
» formula, quid nisi pium, quid nisi consenta-
» neum sacris litteris, præceptisque diuinis?
» Verba quæ rem deceant res ad honorè Dei,
» pacem Ecclesiæ, concordiam iustitiamque
» faciendum, scandala schismataque tollen-
» da instituta & peraccommodata. Quid igitur
» leguleius vilis (S) summis Ecclesiæ anti-
» stitibus obstrepit? quid rana conatur in ele-
» phantum intumescere? cur hanc vocat, fu-
» riosæ explorationis speciem? cur Episcopos
» sacramentales per ludibrium homo Sacramen-
» tarius appellat? vnicam adfert rationem, ra-
» tionis expertem. Quia in execrationem sic
» & perniciem conuertatur, quod ad salutem
» iusti.

*Hotoman.
Caluinista
Comment.
de Feud.*



institutū putabatur. Putabatur ergo, & non erat? iam Christus mendax, qui hoc aperte professus? Nōne eius sunt ista (t)? Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem: in me manet & ego in illo. Si Salus in me & ego in Salvatore, putabor tantum filius & non ero? Quid illi (v)? Sicut misit me viuens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Falsa promissio, si uiuere putat dāta xat. Quid deniq; illud clarissimū; Non sicut patres vestri manducauerunt manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem uiuet in aeternum (x). Viuet planē, uiuet, ad salutemq; veram & perfectam hoc institutum non putatur fuisse tātum, sed scitur, sed fide creditur. Nonne dixerat veritas (y)? Hic est panis de caelo descendēs; ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus qui de caelo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in aeternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.] Credat non esse salutem, qui non credit sub panis specie esse carnem. nos carnem credimus, salutem credimus; non tamen omni sumenti.

Sumunt boni, sumunt mali
Sorte tamen inaequali
Vita vel interitus.
Mors est malis, vita bonis.
Vide panis sumptionis,
Quam sit dispar exitus.

Sed

Sed D. Thomæ non credit rabula: an nec Apostolo (z)? Quicumque manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicarem, non utiq; iudicaremur.] Igitur indigne sumētibus, perniciēs semper & execratio fuit, non institutione, vel instituentis voluntate, sed sumētium peruersitate, qui quod ad salutem eorum datum, in mortem malunt abuti. Institutum initio ad vitam aeternam digne sumentium. sic sume: nullus Pontifex, in perniciem aut execrationem conuertet, nullus voluit, nullus potuit. An qui sumit in testem innocentiae, cum sit nocens, dignē sumit? o iuris Sacerdote dignum iudicium! sed eo, qui iustitiam nobis Deam, pro habitu seu virtute iustitiae, definiens, nouum iustitiae facellum crexit. Quid aliud in tota forma purgationis proponitur, quam quod à B. Paulo lancitum? Nōne hoc purgatio indicit: DEI testimonium optimum & certissimum est. Illud adducatur, & dubium tollat. Si reus es, noli eum testem aduocare. si innocens es, aduoca. Proba te ipsum prius, diiudica. reus es? caue accedas, damnationē mandu-

z 1. Cor. 10.
vet. 27.

Cōment. sup
Iustin. Iustit.



manducabis, & exitium adferet tibi sacrilega audacia; bitine, moneo, & edico. At nil conscire tibi, nulla te mortali culpa pallefcere, postquam conscientia arcana scrutatus es deprehendis; ad es dum securus, innocentia non deerit, qui pro nocentibus obijt vt eos ad innocentiam reuocaret. Quid in his mali? quid falsi? Non desuit Deus innocentibus, & hoc indicio eos expurgauit, nocentes vero necauit, absoluit Gregorium, VII. damnauit Lotharium. Absoluit in Morinis virum nobilem Erkimbaldum de Burban. hic lecto affixus intellexit a nepote virgini vitium oblatum. Domini heredem nemo accusare, multo minus punire audebat. Quid faceret æger? iustitiam negligat? gladium illi in vindictam malorum Deus tradiderat. Nepotem qui occidat, non reperitur. Si faciat ipse? fraude opus, & parricida vocabitur. Vocabor (inquit) sed ab hominibus, carnifex futurus sanguinis mei; sed iustus vltor, sed iustitiae defensor in oculis Domini. An quia Nepos, non nocens? succedere carebo. prouidebit Dominus, cui seruius; cuius gloriæ affectus meos postpono, sic animatus, pugionem abscondit sub ceruicali. vocat Nepotem, tanquam vltima ci monita & mandata daturus. Venit adolescens, quinto post die placatum sperans aunculum. Accedit, postulantis capiti auræ admouet.

admouet. Ille pro osculo, pugionem condit in gutture, nec desinit premere, donec videt exhalasse. Hanc accipe victimam iustitiae Deus (addit) tibi immolatam. scis quæ in animo & visceribus meis doloris magnitudo obuersans lancinet paternum amorē: sed vicit amor tui. Paulo post vires cernens deficere; obijt exomologesim: tacet de cæde nepotis, quæ in ore omnium recens. Querit Episcopus silentij causam. si oblitus: nū saltem nunc se accuset, & animo pœniteat? respondit Burbathus, se iustam credere, & quod meritorium putet, id nolle infectum. Episcopus eius pertinacia detestata (sic putabat) redit ad templum. De via reuocat æger. tum ait redeunti; Vt, pater, quam diuersa Dei sint & hominū iudicia intelligant qui tecum præsentes; aperi quæso hierothecam, in qua pignus salutis asseruatū adfers; recludit ille nec hostiam reperit. hanc admiranti æger se in ore, mediatore angelo datā, ostendit habere. Historia notissima est toti Belgio, non elegantis modo & accurati artificij picturis vetustissimis in Bruxellensi ciuica domo exornata, sed etiam historiarum monumentis contestata (a). Sic Deus etiam absoluit Sibichonem Episcopum Spirensē coram Henrico III. adulterii accusatum (b) Sic saepe nocentes & culpæ reos indigne sumentes vel Deus pœnis corripuit, vel non

a Fulgos. li. 1. c. 6. sed ma
lius Cesari. li. 9. c. 38.
b Crantz. l. 4. Saxon. c. 43. & Chr.
Hirsangies.



c *Cyprian.* permisissumere, & transmittere (c). Interdū
ser. de lapsis tamen permisisse Deum hoc scelus impuni-
Gre. Titro. tum in presens, dilata in posterum digna vl-
li. 1. de glor. tione, nos docet Andronici Imp. perfidia a-
mart. c. 88. pud Choniata (d). Sed occulta iudiciorū
Petr. Clun. abyssus à nobis non scrutanda.

li. 1. de mira.
c. 2. 3. 5. 25.
Casar. li. 9.
exempl. ca.
58. 60. 64.
Suri^o in vi.
S. Godesfre.
li. 3. c. 12.
d. Li. Anna.
in fine vite.
Manuel. Cō
ueni.

QUESTIO IV.

De vulgaribus purgationibus.

IN sortium Politicarum numero censeri
possunt mirę quędam iudiciaria: disquisi-
tiones, quibus fortuito euentui veritas cul-
pę vel innocentię decidenda permittitur.
Vulgares vocant *purgationes*, idq; rectissimę:
vt nomē nobis indicet nullo ipsas legitimo
vsu sed vulgi quadam vsurpatione & obser-
uatione superstitiosa fuisse introductas; ple-
rasq; etiam iure canonico expresse vetitas.
Solet iis *De vs* tentari potius, quàm vo-
luntas eius explorari. Vnde & *explorato-*
ria probationes Latine dicuntur; Barbaro vero
vocabulo in Constitution. Neapolitanis, *pa-*
ribiles leges, eo quod rē non sciri, sed appare-
re tantum faciant. In his plerunq; peccatis
tentando Deum, probabitur postea.

Talis purgatio est, quotiescunque po-
scitur, vt *De vs* miraculum faciat: veluti si
quis confusus innocentię suę, peteret se se-
pties percuti gladio, ad innocentiam suam
proban-

Probandā, vt factum in scemina septicis ic̄ta
(e), aut in ignem intraret, de quo postea.

c de qua est
epi. D. Hio-
ronym.

SECTIO I.

De prouocatione ad diuinum iudicium.

SAPE sit, vt qui se iniuria affici ab aliis
putant, nec hominum presidium vel au-
xilium superesse cernunt, ad Deum confu-
giant; non quidē malis vt illos eripiat, sed vt
sumpta de persecutoribus vl̄tione, tali indi-
gnos supplices iniuria fuisse, cunctis faciat
manifestū: interdū illos ad tribunal Dei sisti
intra certum temp^o, interdū nullo tempore
addito iubent: *citationem ad comparandū coram*
Deo iudice vocāt. de hac merito dubitant ple-
riq;, quid tenendum: metuendane citato sit
nec ne? item licita citantis, an illicita?

Quoad citantem & quiritantem, ob in-
iuriam, *Dico primò*, si citra odium, aut vin-
dictę cupiditatem, vel impatientiam, iram,
desperationem, vanitatem, aut aliam vitio-
sam affectionē per iniustitiā oppressus quis,
hoc faciat, bono fine (puta vt innocētia eius
appareat, nec infamia grauetur familia; aut
vt liberetur mundus tali tyranno; aut vt re-
spiscat, & terrore percussus, pœniteat, desi-
natq; ab oppressione & concussionē misere-
rorū) licita est talis citatio. *Notetur* Feuardē.

(d). se talem non audere dampare. equidem
c. 13. *Esther.*
L1 2 cūm



cum res sit indifferens, & finis bonus, putat actum esse meritorium, nec desunt exempla Sanctorum hominum. Sic enim Sara dixit Abrahæ (g); *Iudicet Dominus inter te & me.* Sic David ad Saulē (h); *Iudicet Dominus inter me & te & vltiseatur me Dominus ex te.* Et Zacharias filius Ioiadæ cum iussu Iosæ regis interficeretur, similia protulit (i); *videat Dominus & requirat.* Nec alia mens septem Machabæotum Martyrum (k) quorum prophetia vim habuit imprecationis & citationis, vt illæ priores duæ; quæ ambæ exitio persecutorū paulo post fuere comprobata. Nōne Apostolus Alexandro arario impunitā esse non debere censuit iniustitiam eius, cum diceret (l)? *Reddat illi Dominus secundū opera sua.* h. malum magnū pro multis malis, quæ illi ostēderat. Nonne Sancti martyres, etiam noui testamenti, clamant ad Deum (m)? *Vsq̄ue quæstrum de his, qui habitant in terra?* Legimus etiam de Beato Eustachio Abbate, cum hæreticus quidam Agrestius, B. Columbanum iam mortuum conuictis & calumniis lacera- ret, sic vltum esse calumniatorem, idque in Concilio Matisconensi. Ita namque scribit Ionas Abbas, eius contemporaneus (n), cum sic ille (Agrestius) friuola garriret sagax Eustachius, vt erat virtute patientiæ & scientiæ insignis, respondit. In horum præsentia Sa-

g Genes. 16.

ver. 5.

h 1. Re. 24.

ver. 13.

i 1. paralip.

24. v. 23.

k lib. 2. Ma-

cha. 7. v. 17.

et 19.

l 2. Tim. 4.

ver. 15.

m Apoca. 6.

ver. 10.

n vita S. Eu-

stachij seu

Eustasij c. 6.

mcs. Mart.

cerdotū te ego eius discipulus & successor, cuius tu disciplinam & instituta damnas ad diuinū iudiciū cū illo intra præsentis anni circulū disceptaturum inuito, vt iusti iudicis examen sentias, cuius famulū tuis obtrectationibus maculare conaris.] Scire vultis euentum citationis? post aliqua media, sequenti capite subiicit Ionas; Sed cum ille (Agrestius) sapius sibi datum pœnitentiæ locum non agnosceret, vt Beati Eustachij sententia, ad diuinum iudiciū ipsum vocantis prævaleret, ante triginta dierū circulū, priusquam vententis anni meta cōpleretur, à seruo suo, quem ipse redemerat, securi percussus in:erit.] Accedat & aliud tempore legis gratiæ. Gualtherus Burgensis vir doctrinæ & sanctitatis clarus, per iniuriā pulsus Episcopatu Pictauiensi, à Clemente quinto, quamdiu vixit iniuriam patienter tulit; moriens iussit, credo ad exemplum aliorum, sepulcro inscribi; *Ad iustum Dei iudiciū appello.* Legit elogium Clemens, & iniuriæ, quam intulerat, memoria, expauisse ferunt; addunt (o) alij, non diu post obiisse; sed, quem citant Volaterranus, id non addit, & fabulosum puto.

Dico 2. Periculosum est hominibus non compertæ sanctitatis has citationes imitari.] Nā facilè fallit amor proprius & persuadet nos iniuriam perpeffos, cum non simus;

o Raphaël
Volaterran.
antropol.
lib. 21.



facile etiã latens aliqua gloriolæ, vel vindi-
cæ, vel alterius perturbationis animi nebula
se immisceat, vt veritatem non videamus.

„ Dico 3. lethaliter peccant, qui scienter
iniuste alios citant. probatur quia nocent
iniuste & grauitè. sic enim sigillant eos
quos citant vt oppressores innocentia; mi-
nus etiam constantes graui terrore percel-
lunt, ita vt ex metu mortis possint in mor-
bum incidere & mori. Quod fortassis ali-
quando contigit.

„ Quoad eos verò qui citantur, existimo
„ duas regulas posse statui. Prima est, si con-
„ stet eos iuste iudicasse, nec vllam esse dubi-
„ um de sententiâ, aut facti propter quod ci-
„ tantur, æquitate, tunc posse huiusmodi ci-
„ tationem ab illis contemni.] Ratio est, quia
iusto iudici pramium à Deo, cuius vicem
funguntur, non supplicium est expectan-
dũ. Sciebat hoc magnus ille Imperator mili-
tum Gendizalus Ferdinandus de Cordu-
ba: Qui cùm Tarentum obsidens male-
ficum quendam seditiosumque (inquit Io-
uius p) militem ad supplicium duci ius-
sisset: illeque multum reluctatus se inquisi-
sime damnari vociferaretur, & proinde Gõ-
saluum ad dicendam causam ad Dei maximi
tribunal magna voce citaret: vade, inquit
„ Gonsalvus, festinaque confusus optimo iu-
„ dici, & causam instrue. Nam ibi pro me ad-
erit.

p in vita
Gonsalvi.

erit, qui opportune respõdeat Alphõsus fra-
ter, qui nuper ex Serra vermegia, in celum
contendit. Tum enim Gonsaluo nunciatũ
fuerat, fratrem à Mauris circumuentum,
dignam forti, pioque duce mortem oppo-
tite.] Sic ille merito nebulonẽ iniuste pro-
uocantem contemnit.

„ Altera regula sit, Quando iudex aliquam a-
nimi perturbationẽ sensit; quæ ad damnan-
dũ, vel mouit omnino, vel ad citius damnã-
dum mouit, vel etiam non vsque adeo certa
est sententiæ iustitia, vt non supersit proba-
bilis contrarij merus: tunc malè facit iudex
si contemnat huiusmodi citationẽ, rectè fa-
cit, si diligentius iterum omnia momenta,
& quæcunque ad veri indagacionem perti-
nent, examinet ac perpendat, & reum inte-
rim in custodia seruet, vt vel retractetur
prior sententia, vel maturiore consilio con-
firmetur.] probatur hæc conclusio, (quæ
Feuardentij quoque fuit) tum quia iudices
non possunt nimis circumspectè procedere
in re tanti momenti, cùm non hominis, sed
Dei iudiciũ iudicent (q): tum quia q vide-
bantur nocentes ex allegatis & probatis,
eos tempus postmodum sæpe docet fuisse
profsus innoxios. non opus est exempla
proferre; sunt ad manum non pauca, nec
obscura. tum denique, quia sæpissime
accidit tales citationes non esse irritas.

q 2. parali.
19. 7. 6. & 7.



scribunt Historici Hispanorum Ferdinandum III. Regem, iussisse duos nobiles perduellionis reos ex turri vel rupe altissima precipitari; illos constanter crimen negasse, quod quia videbant se frustra facere, tandem ad diuinum tribunal prouocasse, regique denunciassse, ibi, vt se ante diem tricesimum sisteret: Ferdinandum postea ipso die tricesimo satis subita morte abreptum (r). Germania sola multa præbet exempla. Menercum Paderbronnens. Episc. graui contumelia Corbeiensis quidam monachus affecerat, cui Episcopus REDDITVRVM ALTISSIMO FACTI RATIONEM prædixit. Monachus floccipendens risit Episcopum. Ecce, moritur amistes, &, nihil mali sentiens antè monachus, in ipsa hora mortis Episcopi expirauit (s). Paucis annis postea Henricus Moguntinus (vel secundū alios Wormaciensis) Episcopus falsè & per calumniã Arnoldi accusatus, & per præuaricationẽ Cardinaliũ duorum à Pontifice Eugenio. 3. ad causẽ cognitione n̄ delegatorum, depositus, ipso Arnoldo suff. cto, fuit: sed ad iustũ iudicẽ Deũ interposita appellatione, sequenti anno mortuus fuit. Eius audita morte, ambo illi Cardinales obire subitò; alter digitos proprios arrodẽs, alter in latrinis, Arij morte (r). Tẽpore Henrici quarti, Burchardus Halberstadiensis Episcopus, & Meginherus Abbas Herfeld-

r Ritus lib. 3. de Regib⁹ Hispã. Mariana in Hisp. Anna. li. 15. c. 11.

f Crætzius l. 4. Metro-pol. c. 4.

t Conradus in Chron. Moguntin.

Herfeldensis, de iuribus Ecclesiarum litigantes, inuicem ad Dei tribunal euocarunt, & ambo die dicta repente ex hoc sæculo migrarunt (r). In vicina Germania Gothia, v N. in An- memorabile accidit illud Ioãnis Tinsonis, nal. Boiorũ de quo sic scribit Olaus (x), quendam capi- lib. 4. te plecti iusserat. Is genibus innixus; en mo- " x lib. 14. rior iniuste, inquit, teque voco hac hora an- " Hist. A- te tribunal Dei, vt respondeas, cur me in- " quilon. nocentem morti condemnes. Vix autem " c. 20. miser ille carnificis manu obruncatus fue- " rat, cum etiam iudex de equo corruit exa- " nimis.] Liguriz pars nota Italia. ibi Genu- " ensum triremes aduersus piratas emisse, biremẽ Gotholanam acceperẽ; & in Siculo- rum Gotholanorumque contemptum, extra Drepanum, furcæ noctu rectorem biremis affixerunt. Miser ille diu frustra questus, nihil vnquam se Genuensibus nouisse: vt vidit plus gentis odium illos, quã æquitatem mouere; præcipuamque mortis causam esse trierarchum Genuensem, iussit vt se illa intra sextum mensem ante Deum iudicem sisteret. nec irrita vocatio fuit. condicto Ligus tempore mortuus fuit (y). y Fulgos. l. i. cap. 6. Armoricis Franciscus Dux præfuit, is sum- z Aeneas ma crudelitate fratrem ex Anglia redeun- Sylius Eu- tem de medio sustulit; sed vicissim fratris ropæ histo- citatione intra annum de medio sublatus, c. 43. priicipatum cum vita amisit (z). vix est Ll 5 quis-



quisquam cui non sit audita damnatio Te-
plariorum; ex his vnus Neapolitanus eques
traditur ad diuinum iudicium appellasse, &
Clementem V. ac Philippum Pulchrū Frā-
corum Regem, anni spatio concessō, coram
tribunal illud supremum citasse: addit Ful-
gofus (a) intra id tempus Clementem repē-
te mortuum, nec multo post Philippum
quoque interiisse. Hoc alii ex calculo tem-
poris copantur refellere. Sed confirmante
dem Christianus Massæus, & Meierus (b)
qui Papam & Regem eodem anno 1314. tra-
dunt obiisse, illum 20. April. hunc 29. No-
uembri. su runt quidem Templarii Anno
1312. in concilio Viēnensi, tertia Aprilis eō-
demnati: sed non omnes eodem anno com-
prehensi ac occisi: sed quidam sequenti, vt
Neapolitanus ille; scilicet anno 1313. quō
1314. currente mortui sint Iudices illi duo
dicuntur non immerito eodem anno obiisse,
quo citati fuerē: imo Gaguinus & Emi-
lius mortuum volunt regem anno 1313. quō
constat Pontifici superuixisse.

S E C T I O II.

De purgatione Monomachia.

N ulla fuit quondam frequentior pur-
gatio istā; quotiescūque criminis no-
ritia seu probatio obscura; vel actor reum
pro-

prouocabat, vel reus ipse offerebat se, aut c *Alcia. de*
suo loco alium: inuentionem quidam Man- *singul. cer-*
tināis tribuunt, alii volunt antiquiorem es- *ta. c. 2.*
se (e). constat etiam Palæstinis in vsu fuisse, d *Leg. Lōgo.*
ex Golizæ prouocatione, quem Dauid supe- *tit. qualiter*
rauit. Fuit maxime in vsu post Barbarorum *se quisq. de-*
in Italiani irruptionem, apud Longobar. *fed. deb. tit.*
dos (d), & apud Germanos (e), & Frācos (f) *de purgā.*
& et Hispanos (g) nō ex homicidii tātū cau- *rei tit. de*
sa (iux. c. vni. §. si quis hominem. §. si quis alium. de homicidio *liberi ho-*
pate cōstāt. sed & ob aliud quoduis graue cri- *liberi ho-*
men, vel magni momenti causam, vt post *minis.*
Bal. communiter DD. censuere. *Bal. in d. cap. e. Lamb.*
vni. *Alcia. & Oroz. c. ad l. ex hoc iure. D. de iust. & Schaff. na-*
iur. *Julius Ferret. conf. 6. de duello in princ. & conf. bur. sepe.*
9. n. 6. *conf. 11. n. 3. & 4. & Menchaca. li. 1. illust. qq. f. docet. Gui-*
cap. 49.] Et sane in iurisiurandi locum, pro- *do Papa de-*
pter crebra periuria, hoc fuit introductum, *cif. 191.*
coram Ioanne XIII. per Othonem 4. in Ro- *g. ti. 4. par.*
mandiola (h); sed prius apud Francos iam 7. *& passim*
Carolus Magnus hoc statuerat, quoad cau. *Mariana in*
sas criminales (i) postea ad ciuili s quoque *Hist. Hist. &*
extensū (k) vt & apud Moschos (l) & Danos *hl. antiquis*
(m) olim in vsu. Ritus duelli possunt colli- *gl. vlt. li.*
gi tū ex Annal. Boiorum *li. 4. tū ex Ticinēsis 2. leg. Loma*
Historia Bern. Sacci *lib. 9.* Sed in moribus & *tit. 54.*
armorum genere præsertim, non idem ob- *i. L. mentio*
seruatum apud singulas nationes, plerumq; *d. tit. 54.*
receptum, vt armis militaribus regionis *k. d. l. vlt.*
tit. & *li. 5. leg. Francie. tit. 4. l. Qlaus lib. 1. c. 20. m. Saxo. lib. 3.*
cius



eius vterentur. Carolus Magnus voluit vt
fustibus postea receptum, vt rei sit optio, &
ius armorum præscribendorum. In celebri
illo duello Cambrensi, inter Iudæum,
qui imaginem Deiparæ vulnerat, & para-
lyticum Lex Carolina seruata. Anno enim
1326. Guilhel. Tertio Comite Hannoniæ,
Verpa quidam se finxerat sincero animo
Christianis sacris baptismo initiari. susce-
pit ex fonte Comes, & Guilh. filiolum no-
minauit, & apparitorem Curie Montensis
esse iussit. Non diu post homo impius in-
gressus adem monasterii Cambrensis,
actus furis, blasphemias in Deiparæ imagi-
nem multas effudit, & (horrendum) vena-
bulo quatuor plagas inflixit, vnde sangui-
nis statim riuus manarunt. videre faber alcia-
rius quidam & Monachus laicus Mattheus
Lobbius. faber ascia caput findere Iudæo
parabat; sed à monacho prohibitus; rem
detulere igitur ad Abbatē Ioannem de Mō-
tibus; is ad Comitem. Iudæus pertinaciter
tormenta elusit. Sic dimissus, quadriennio
postea ab angelo apparente, quidam senex
nomine Ioannes Flander, Estinensis, se-
nex, & septennio iam ex paralyfi cliuicus,
iubetur Iudæum accusare, & duello prouo-
care. Bis monitus, Parochi iussu senex rem
adhuc differebat. Tertium illi ipsa Virgo
quinq; illis plagis confauciata se videndam
præ-

psbuit; & imperat monomachia. Plenus spe
ac fide senex adit Cambrenem, cernit in
immagine vulnera quæ in viso, accedit Co-
mitem, accusat recutitum, dies pugnae dici-
tur. arma rudes fustes & scura lignea, super-
sunt hodie. Iudæus vesco corpore, ferrox vi-
ribus, tibiales fascias tintinnabulis cinxe-
rat, & sic senem ridebat. Sed iuuit atletam
suum Deus, tam impar commissus, æger sa-
num, debilis fortem, senex iuuenem pro-
strauit; & horrende blasphemantem, con-
uictum, sed non pœnitentem; comes iussit
caudæ equinæ alligatum trahi ad patibu-
lū, & capite deorsum, duobus ad latera mo-
lossis cū rabide laniantibus, appensum sub-
dito ignis fumo interire [narrat fufe Robert.
Hauptius duabus ea de re libris carmine conscri-
ptū] Hispani semper militaria arma tenue-
re, vt ex cunctis eorū Annalibus patet. Du-
ellorum tum inter Principes pro regno (n)
vt inter Corben & Orsuan Hispanos apud
Liuium & Edmundum Anglum & Canu-
tum Danum Reges apud Polydorum, Hō-
dingiū & Roheum Daniæ Reges apud Crā-
ziuum, Petrum Aragonium & Carolū An-
degauensem apud Antoninū; & pro prin-
cipibus inter priuatos; vt Charellum & ac-
cusatorem reginæ Gondibergæ (o); pueri
quoque pro vxore Henrici tertii contra gi-
gantem (p) & Burchardi contra Conrardū
iactan-

n Liuius li.
23. & Plut.
in vita Sci-
pionis Poly-
virgil. lib. 7
hist. Anglo.
Crantz. li.
1. c. 21. & 22
Dania D.
Antonin. p.
3. tit. 20. ca.
4. § 8. hi. sū.
& ReZ. lib.
3. histor.
Neapol. Fro
issar. Chro.
li.
o Paul. Di-
ac. hist. Lō-
gob. l. 4. c. 16
p Naucler.
gener. 35.



iactantem se cum regis nepte concubuisse; anno 950. apud continuatorem Reginonis; item inter priuatos, vt coram Othone 1. quando disceptatū vtrum in successione auorum essent nepotes cum patris, vt patrem suum representantes, ad nitēdi, & vicere qui pro nepotibus pugnabant (9) Mira

¶ Witi-

shindas lib.

2. Vinc. lib.

2. specu.

70.

1 lib. 5. Hist.

Bohem.

sa sepe in his accidere. duo tantum narrabo. Vnum ex fide Dubrauii (r); Radislaus, Gurimentis Princeps Mistibogii filius, per iniuriam inuaserat Bohemiam fines, coactus a suis tandem optimus rex Wenceslaus militē collegit. cum iam dimicaturæ essent acies. Si aliter, exclamat Wenceslaus, nisi prælio res componi nequit, cur non potius sine infantium sanguine, ipsi inter nos singulari certamine decernimus? Nulla sit mora. lorice iam supra cilicinam vestem indutus paruoque ensiculo succinctus Wenceslaus in arena nam prodit: at Radislaus cataphractus hastatusque cum ingenti machæra se infert. Wenceslaus signo crucis frontem pingens subito angelos vidit, atque hanc vocem, velut ab homine promptam, audit: Ne feri. & repente Radislaus humi procombens, veniam audacia poposcit, seque potestati victoris permisit. Alleuans prostratum Wenceslaus laus monuit, data venia & dignitate ei restituta, vt contumaciā in obsequium debitum verteret, ne post grauius ab irato numine plec-

plecteretur. | Hic Deus miraculo iustitiam causæ declarauit: quando miraculo Deus non fauet, fieri solet vt vel maneat dubia res; vel iustam fouens causam succumbat. Prius in pugna duorum Hispanorum Nobilium accidit tempore Alphonfi Regis, qui Petri Regis Castellæ pater. Hi fuerunt Ruy Paez de Viedma, & Pay Rodriguez de Auila, ille hunc prodicionis accusauit; hic illum sceleris grauioris vicissim repriminatione pulsauit. cum ventum esset ad duellum, tribus continuis diebus ab ortu solis ad occasum pugnarunt, multisque se vulneribus affecerunt, & dubia prorsus, nec in vnum alterumue inclinante victoria; vtrumque rex innocentem pronunciauit, & æquali virtute præditos amicos esse voluit. Narrat fuisse Pet. Mexia (s). Sic s. Silu. v. m. etiam dubia mansit Zamorensium causa, lect. par. 2. quos prodicionis accusabat Did. Ordonius de Lara, innocentes contendebant Atria Gonsali filii; quorum cum duos iam Ordonius occidisset, tertioque vulnus lethale infixisset; faucibus cadens equo habenas aberrante gladio præscidit, equus Ordoniū inuitum extulit extra monomachiam septa, quod victi indicium. Sic ille non victor, equi culpa; non victus, propria virtute. Iudices sibi N. L. pronunciarunt.

Mariana libro octauo Historiarum Hispanorum.

Mul.



Multos quorum cau^a iusta erat in monomachia sepe succubuisse docent post Pontificatus Innocentii III. rescriptum, ca. 2. de purgatione vulgaris etiam Ioan. Baptista (r) Sufius, & Verrea Hispanus (r).

2. li. de iniuria duelli. v. libr. de duello.

Vt ut est, repugnat omni iuri, quæ est communis DD. sententia, contra Paridem à Puteo, vt docent recentiores scriptores non pauci, nempe Lancelotus Contr. ad lib. primus templ. iudic. cap. 1. §. 3. versic. duellum prohibere. Et tract. de duello in presat. Menchaca lib. 1. illustr. q. 6. 12. & 6. 49. Viuius lib. 1. comm. opinion. litt. D. versic. duellum. Petrinus Bellus p. 10. de re militari tit. 2. à num. 128. Iulius Ferretus consil. 1. num. 3. & 6. consil. 2. num. 4. cum seqq. consil. 8. num. 4. consil. 20. num. 10. & idem sapiens in tract. de duello. Alciat. lib. 5. respons. consil. de duello. Quod repugnet iuri naturæ, docent optime Sufius, d. opera, & Anton. Bernar. Miradulanus libro suo contra Pofseuinum de expugnatione singular. certam. & Petrus Messia p. 4. var. lect. ca. 9. Quod iuri civili probant communiter DD. ex l. 1. C. de gladiatore. libr. XI. & quamuis ea lex hoc non con-

xc. 2. de cleric. pugn. in duello Alciat. d. respons. de duello & DD. citati.

uincat, sufficit tamen, quod nulla Romanorum lege sit hæc monomachia purgatio approbata, cumque iuri naturæ repugnet, constat omnem consuetudinem in contrarium inuvalidam esse, vt recte Canones dicunt (x). Quod iure diuino & sacris litteris prohibitum sit duellum, probat ex omnibus locis,

locis, quibus prohibemur Deum tentare, & quibus prohibemur occidere (y). Apertior est probatio iuris Ecclesiastici seu diuini positiui. Nam & olim hoc canones prohibuere (z) & apertissime Concilium Tridentinum. cuius hæc sunt verba; *Detestabilis duellorum vsus; fabricante Diabolo, introductus, vt crucienta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur. ex Christiano orbe penitus exterminetur: Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Dominum temporales, qui locum ad monomachiam in terris suis inter Christianos concesserint, eo ipso sint excommunicati, ac iurisdictione & dominio eiusdem castri, aut loci, in quo vel apud quem duellum fieri permiserint, quod ab Ecclesia obiment, priuari intelligantur: & si feudalia sint, directi dominis statim acquirantur. Qui vero pugnam commiserint, & qui eorum patrum vocantur excommunicationis, ac omnium honorum suorum proscriptionis ac perpetua infamie poenam incurrant, & vt homicide, iuxta sacros canones puniri debeant: & si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. Illi etiam, qui conflictum in causa duelli, tam in iure quam facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam susserint, nec non spectatores, excommunicationis, ac perpetuo maledictionis vinculo teneantur: non obstante quocumque priuilegio seu praua consuetudine, etiam immemorabili.* Damnarat



546 DISQUISIT. MAGIC.

eundem abasum sub excommunicationis
pœna, quo ad subditos tantam Romanæ se-
dis Iulius II. anno 1508. mense Aprilis, & ra-
tiones addiderat damnationis bene multas
& graues, primo quia hoc fiat humani ge-
neris inimico instigante. 2. quia hinc homi-
num mortes repentinae, & animarum per-
ditiones, & noua inter adstantes amicos
pugnantium odia & altercationes, & ex v-
no inconuenienti plura oriuntur, in ani-
marum & corporum periculum, generisq;
humani iacturam, perniciosum exemplum
& scandalum plurimorum. 3. quia Chri-
stus docuit Deum non esse tentandum. 4.
quia hominem homini insidiari nefas. 5.
quia gladiatoria munera, & huiusmodi pur-
gationes vulgares à religionis nostræ pieta-
te damnantur. 6. quia cruenta huiusmodi
spectacula à canonibus Pontificum, & im-
perialibus legibus sunt prohibita. Denique
Gregor. XIII. laudatissimus Pontifex ad om-
nes Christianos voluit pertinere hanc p-
hibitionem, vt & Concilii Tridentini pa-
tres eam extenderant, & quod illi de so-
lemni siue publico duello sanciuerant, hoc
ipse prudentissime ad priuatas, & non so-
lemnes duellationes propter easdem cau-

*a Bulla que incit. ad tol-
lendum de-
testabile.* „ nona Decemb. his verbis; crescente homi-
num

LIB. IV. C. IV. Q. IV. S. II. 547

num malitia facinorosi non desunt, qui q-
publice prohibitum est, privatim exequi
non dubitent, dum sic pœnas prædictas e-
ludere se posse arbitrantur. Nos ad hæc e-
uertenda plenius euidentiusque providen-
dum esse rati, considerantesque duellu pri-
uatum, non minus cruentum, & animæ &
corpori noxium esse, quam quod publice
perpetratur: auctoritate Apostolica statui-
mus (1.) illos, qui ex condicito, statuto tem-
pore, & in loco conuento monomachiam
commiserint, etiamsi nulli patini sociiue
ad id vocati fuerint, nec loci securitas habi-
ta, nullæue prouocatoriæ litteræ, aut denū-
tiationis chartulæ præcesserint, censuris &
pœnis omnibus à dicto concilio propositis
teneri, perinde ac si publico & consueto ab-
usu singulare certamen iniuissent. (2.) volē-
tes etiam locorum dominos, si certamen ex
condicito huiusmodi permiserint, aut quā-
tum in se fuerit non prohibuerint, (3.) om-
nesq; illud fieri mandantes, instigantes,
consilium vel fauorem dantes, equos, arma,
pecuniam, commeatum, & alia subsidia sci-
enter subministrantes, aut (4.) ex cōposito
spectatores vel socios quouis modo se p-
tes eisdē cēsuris & pœnis subiacere, etiamsi
illi qui ad locū destinatū pugnaturi accesser-
int impediti pugnā nō commiserint, si pi-
plos nō steterit quo minus illa cōmittatur.



548 DISQUISIT. MAGIC.

Non obstantibus &c.] ex quibus sane apparet, qui hodie priuatis prouocationibus in hanc excommunicationem nulli referuatam, incidant. Videor autem mihi ex verbis vtriusque prohibitionis quædam colligere non inutilia obseruatu. Primo illos quoque incidere, qui dicunt, Veni ad talem locum: ego te illic expectabo: nam isti certum tempus constituunt, illud ipsum præsens; sicut crastinum, qui dicunt eras tali hora &c. Secundo Principes non prohiberi hanc licentiam concedere infidelibus; tum quia sunt extra curam Ecclesiæ, tum quia Concilium expresse dicit: *in re Christianos*. 3. non prohiberi iustum bellum gerentes Principes, quam possunt causam prælio decidere, tam paucis committere per duellum definiendam. hoc enim tunc in belli locum succedit: Non tamē liceret illis animi causa, vel gloriæ solius ad ostendendam robur militum facere; sicut olim fecerunt Iobab & Abner (b): nam vox *Iudere* illic significat prolusionem pugnæ. Instituebatur enim hoc, vt arbitròr, quasi diuinatorium quoddam victoriæ præiudicium, quo Germanos olim vti solitos Cornel. Tacitus testatur (c). Quæ ipsa diuinatio est prohibita: Et sicut pro sola gloria humana bellum nõ licet suscipere, sic nec duellum licet permittere. 4. Quoad consulentes, ex Gregorij

b 2. Reg. 2.
v. 15.

c li. de mo.
vib. Germã.

LIB. IV. C. IV. Q. IV. S. III. 549

gorij verbis intelligitur, eos dumtaxat incidere, qui suadent affirmatiuam, non vero qui duellum dissuadent; & ad hoc consiliũ conscriberent, vel darẽt. hi enim non peccant. 5. quoad spectatores; non incidere, qui illac transeuntes obiter aspicerent certamẽ: vel subsisterent. ad dirimendum; imo nec illos, qui ex instituto eos fuissent comitati, vt certamen impedirent: ideo enim additur *si per ipsos non steterit* &c. ipsos scilicet spectatores & socios &c. vnde 6. infertur, eos qui comitarentur vel sociarent, incursum etiam si non sit pugnarum, quando conati sũt efficere, vt pugnetur, vel saltem si poterant, non impediuerunt ipsi, sed maluissent pugnam conferi. Hæc saluo rectius sententiũ iudicio, de re quotidiana. Quidam asserunt etiam à Sanctissimo Domino nostro Clemente 8. hodierno P. M. bullam quandam de Duello editam; quam nondũ potui nancisci.

S E C T I O III.

De purgatione vulgari per ignem.

Hæc triplex fuit per rogum, per prunas, per ferrum hoc est vomeres seu lateres vel chirothecas candentes. innocentia probabatur, si illæsus quis abiret: sin, nocens habebatur. hanc inuenio aliquando sponte susceptam, aliquando iniunctam prouoca-



550 DISQUISIT. MAGIC.

to. De ferro candente obtinet hodie apud Iaponios vt docent epistola nostrorum, vna P. Luisii Froes scripta anno 1595. narrat illustre miraculum quod accidit Omura, in hanc sententiam. Fuerat Christianus quidam degens inter ethnicos accusatus furti: & quia hoc crimen seuerissime castigatur in Iaponia. Sic vt de eo quantumuis minimo, conuictus, morte cum nulla venie spe mulctetur; nec tamen possent hunc Christianum vere conuincere, ecce mox gentiles eum obsident, & dum aliud non possunt importune compellunt: vt ritu ipsis consueto iuramentum edat; qui erat, vt in folio charte subscripto scriberet quod erat iurandum. deinde folio in palma manus deposito, imponeret ferrum candens, manumque constringendo, in suum caput vindictam & iram Chamis imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si manus forte amburatur, aiunt experientia probatum, cum noxe esse reum; si vero a lesione cum folio maneat immunis, esse innoxium. Cum igitur hic Christianus in has angustias adductus esset; quippe vel iurandum illi orat, vel repudiato iuramento, quo se reum faciebat, vitæ discrimen adendum; innocentie suæ confusus dixit: fas sibi non esse, vt pote Christiano, per falsum Deum Chamis iurare, sed tantum per

LIB. IV. C. IV. Q. IV. S. III. 551

per verum. Consentiant gentiles, vt per suum Deum iuret. Ille ergo signo crucis in folio expresso, ferroque candenti imposito; quia id facere cogebatur; magna animi præsentia ferrum manu constringit. Res mirabilis, nec manus nec folium amburitur. Itaque non solum solutus est poena, quam gentiles illi minabantur; verum etiam culpa, quam falso illi impingebant.] Hactenus epistola Latine edita Moguntia anno 1598. plane vetus hæc purgatio & celeberrima fuit. Inuenio ferrum istud ignitum vocatum, *Iudicium*; quod nomen arbitror commune fuisse instrumentis omnibus harum vulgarium probationum. Petrus le Loyheyr (*d*) formulam nobis proponit ex S. Maurilli Andegauensis archiuis istam: Nos tamen sufficienter muniti de narrationem & discussionem istius cause nostræ sæpius in audientia omnium illic adstantium offerebamus, & paratos nos semper esse ad omnem iustitiam præferrebamus: cum ecce quidam de hominibus quos Berlaius reclamabat, Tetbaldus Peletarius nomine, de parte sua surrexit, nobis nescientibus: & iustitia nulloatenus dictante, & non per consilium nostrum, qui sponte sua se *IUDICIUM* portaturum manu sua obtulit. Quod Raimaldus Propardus auunculus suus dixerat

Mm 4 sibi,



27 sibi, & quæ vere partitio illa facta fuerat de
 28 antecessoribus suis, inter canonicos sancti
 29 Mauriti & antecessores illius Berlaii, sicut
 30 in chartis nostris cõtinebatur. Et sicut Ter-
 31 baldus obtulit, sic paratus fuit, & per manũ
 32 suam in Ecclesia S. Dionysij apud Doadum
 33 videntibus multis, tam de parte nostra, quã
 34 de parte D. Berlaii (quorum nomina sub-
 35 ternotata sunt) IVDICIVM portavit. Post
 36 IVDICIVM portatũ Terbaldus ille, Deo p-
 37 pitante, illæsus & sanus omnino apparuit.
 38 Viderunt aut̃ vel IVDICIVM portari, vel ma-
 39 num tertia die de more regardari, fere vni-
 40 uersi homines & mulieres de Doado, & plu-
 41 res de hominibus D. Berlaii, testes Iudicij
 42 portati, & homini omnino, Deo miseran-
 43 te, saluati & liberati.] vbi cernis solitos cau-
 44 sam addere, quæ illos moueret, siue id ex-
 45 primere, quod probare per Iudicij latioñẽ
 46 volebant: vides etiam clericos protestantes,
 47 vt irregularitatem & censuras euaderẽt in-
 48 currendas; si hominem ipsi ad hoc adhor-
 49 tati, & mutifatio vel mors subsequuta fuisset.
 50 Meminere huius variæ leges Septentriona-
 51 lium omnes occupata à Barbaris Italia &
 52 Gallis lata: apud Radenicum (e) fit mentio
 53 legis militaris, qua seruus non deprehensus
 54 in furto, sed accusatus, iuebatur vel Do-
 55 mini iuramento, vel igniti ferri iudicio se
 56 expurgare. Leges Frãcicæ & Longobardicæ
 57 iube-

f. li. 1. rerum
 Frider. c. 26.

iuebant per nouem vomeres ignitos, ho-
 micidij accusatum se expurgare (f). Slaui f Lombari
 postquam veram amplexi sunt religionem li. 1. tit. 1. de
 in arboribus, fontibus, lapidibus iurare de- parric. Frã-
 fierunt; recepto vsu, examinandi per Sacer- cica lex lib.
 dotes suspecti adhibito ferro vel vomere cã- 4. ca. 56.
 denti (g). In Flandriam quoque hanc le- g Helmold.
 gem, Philippus Comes tulit anno 1164. Si Hist. Slauo-
 quis (h) vulnus in nocte acceptum alij im- rum. c. 84.
 putauerit, si Scabinis dignum videtur, ferro h Meier. in
 candente se excusabit accusatus: si aufugerit, Chro. Flãd.
 manum perdet. Item; si fur vocatus accusatus
 fuerit, ferro candente se excusabit; si culpa-
 bilis permanserit, suspendetur.] in hoc iu-
 dicio non fuit certus vomerum numerus,
 vt nec formæ ferri certa species, vel pondus
 præscriptum, vt ex varietate IVDICTORVM
 patet. vt plurimũ Francica consuetudine
 vsos puto in ferri consecratione seu impre-
 catione, quæ fuit talis; Deus iudex iustus,
 qui auctor es pacis, & iudicas æquitatem; te
 suppliciter rogamus, vt hoc ferrum ordina-
 tum ad iustam examinationẽ cuiuslibet du-
 bietatis faciendam, benedicere & sanctifica-
 re digneris; ita vt si innocens (de prænomi-
 nata causa vnde purgatio quærenda est) hoc
 ignitum in manus acceperit illæsus appa-
 reat; & si culpabilis atque reus, iustissima sit
 ad hoc virtus tua, in eo cum virtute declarã-
 dum, quatenus iustitiæ non dominetur ini-
 quitas,



quitas subdatur falsitas æquitati. Per Dominum nostrum &c i] In *Antigona* Sophoclis, custodes corporis Polynicis accusati negligentis custodiae paratos se dicunt innocentiam suam comprobare, & ferri candentis cōtrectatione, & per pyram ambulatione, & iurciurando.

*καὶ ἰσθδεν ἀίρειν χροῖν,
καὶ τῷ δὲ πτεν, καὶ θύς ἀραμοτέιν.*

k c. Nobilit
2. q. 4.

I Trithem.
in Chron. c.
22.
in Annal.
Boio. d. l. 4.
in Fulgof. li.
8. cap. 1.
Cranz. ius l.
1. Saxo ca.
32.
O Cranz. ius
l. 4. Metro-
pol. c. 5. iun.
d. 6. 32.

In Concilio Triburiensi docemur (k) hanc probationem in Germania non fuisse nobilitium, quibus iuratoria duodecim ingenuorum contestatio sufficiebat: sed ignobilium. Verum Historia testantur etiam nobiles sæpe subiuisse, aliquando per laminam, aliquando per chirothecam, aliquando aliter. Anno 1215, vel circiter, Conrad. Marpurgius (l) inquisitor Apostolicus, si accusati de hæresi negabant, iudicio ferri candentis experiebatur, & si amburebantur, eos porro committebat rogo. Quod ab illo contra Canones perperam factum, si factum fuit. Iam enim id Stephanus quintus prohibuerat, ut postea dicemus. Caroli tertij Imperatoris, vxor Richarda fuit insimulata adulterij, sed candenti Ferro crimea diluit (m). sic Kanigundem Henrici II. vxorem se expurgasse constat: in eo tamen dissentiunt Historici, quod quidam velint eam calcasse pedibus nudis (n), alij sex manib⁹ vomeres tulisse (o).

Quare

Quare nisi dicas eam successiue manib⁹ tulisse, & pedibus calcasse; Cranzium à seipso disscire necesse est. Nonnullos alios se iuvene Georg. Pachymeres massam candentem manibus innocuis gestasse commemorat. Plus est, quod scribit Saxo Danus (p), in Rugia ad fidem conuersa, matronam quandam, per iniuriam à coniuge adulterij insimulatam: cum purgandæ infamiæ gratia manum ad mouisset candenti laminæ: subito ferrum, quod erat exceptura, perinde atque innoxie manus cōtactum fugiens, neglecto pondere, sublime se extulit, penduloq; motu gradientis scæminæ incessum comitās, cum ante aram iactandū esset, inter religiosam altitium admirationem proprio impulsu humi decidit.] Exempli vero memorabilis & fidei coniugalis specimen, nobis duo coniuges, Mutinenses Comites, p̄terna dignum historia, Othone tertio imperante exhibuerunt. Mariam erat hic nactus vxorem lubrica fide, conscientia nulla; hæc, vt noua Phædra, Comitem Mutinensem in amplexus trahere conata, repulsam vertit in furorem, & odio eius, quem impotenter amarat inflammata, crimen suum in innocentem regessit. Nec latuit dol⁹ Comitem, hinc amor in Imperatorem, inde vrgebat honor proprius, cessit honor amor: quia Cæsaris honorem vitæ suæ præponebat. Coniugi tamen suæ, mulieri

p. l. 14. hist.
Danor.



mulieri prudentissimæ, & quod rarum, fortis, conatus Augustæ, responsum suum; calumnias illius, periculum suum aperuit, decretumque sibi dixit; mille mortes oppetere potius acerbissimas, quam tantum Imperatoris sui, de incontinentia & perfidia Augustæ natum, dedecus in lucem proferat. Proinde illam se, si quid de ipsa bene unquam meruerit, obtestari; virili constantia sexus & coniugij oblita sententiam, quæ impendebat, moris ignominiosæ ut perferret: se necato coniugis animum & memoriam resumeret, & animo imperterrito nomen mariti ab ignominia liberaret. Non diu post Comes culpam Augustæ suo capite luit, crudeli Proci iudicio condēnatus. Conuentu deinde Imperali apud Rōcalias instituto, quo die viduis ius dicebat; Mulier prodit, & coram confessa ex lege Imperatorē ad talionis pœnam vocavit, eò quòd maritum suum iniuste de medio sustulisset. Otho admirandus, At tu quonam pacto, inquit, viri tui, quam iactas innocentiā comprobabis? Cādenti, inquam illa, lamina. adfertur Othonis iussu ferrum bene ignitum. adlatum vidua sine noxa cunctis intuentibus prehendit manu, & tenuit. Externavit miraculum Imperatorem, adeo ut se quidem supplicis dignum profiteretur, sed mortem posceret aliquam subeundi. Triplex vadimonium disse-

dissero (illa respondit): reginæ supplicium solum posco, cuius nefaria calumnia me maturo, te fidissimo milite, tempore strenuo spoliavit. Cunctis æquissimum visa petere. Augustus eā collaudat, & pro dilatis sibi vadimoniis, quatuor in Hetruria castris donat; Augustam verò, quæ Veneris igne male arserat, carnificis manu in rogam coniectam, iustus flammis absumi iussu (q) Carolo Caluo Fræcorum Rege, Ludouici Germanorū regis terras, nepotibus suis per nefas eripere conanti: Germani primo deprecari vim, & Francis adferri igniti iudiciū vocatis, cū ille Germani rediret; nec ab ambitioso Rege, quidquam æqui boniue impetrare valerent, sumtis armis illum re infecta, multis amissis ultra Rhenum iterum compulerunt (r). His fauit: contra idem IUDICIUM duodecim vomerum interfectores Christiani Comitibus de Oldenborg in Saxonia, prodidit, & in rotam misit (s). In Saxonia quoque oppido Wittenburgo, excitati publici incendij crimen impactum fuit cuidā, ille & iure iurando, & IUDICTO se innocentem probavit. cum enim longo itinere ferrum candens manu tetulisset, illudq; illzfus in terram deiecit: ecce tibi ferrum ex omnium oculis fugit: sed eò ferme anno exacto, quam quidam alius qui incendij conscius erat, silicibus viam publicam in oppido paviret, fer-

q Gothifra.
Viterb. in
Chrō. Crā-
Zius l. 4. Sa
xon. c. 26.

r Paul^o E-
myl. Annal.
Fræcor. l. 3.
s Alb. Crā-
Zius lib. 7.
Metropol.
c. 14.



rum in arena abditum prodit; manumque
valide amburit. mirantur omnes, & vomere
illum recognoscunt, & rem ad iudicem
abripunt; qui quaestione admota verum
exsculpsit, & cruribus fractis noxium rotæ
Cranzii l. imposuit (r). An ergo nunquam hoc iudi-
c. Vandal. c. cium fecellit? sapius puto, licet exēpl. non
30. habeam ad manum. Aliud ergo adscribam
ex eadē qua pleraq; reliqua, admirandorū
secunda Cranzii vna; de Rollone Norma-
norum duce, qui Robertus postea vocatus,
Nouerat suos in latrocinia, furta, rapinasq;
propendere: idcirco seueras de his leges tu-
lit; quarum meru pollicens sibi securitatem
omnium, iussit rusticos intrepide rusticani
operis instrumēta in agris relinquere. Qui-
dam ex agricolis domum reuersus, ab im-
portuna vxore rogatus, cur instrumēta non
apportaret? ducis præceptum obiecit. At il-
la furtim ex agro instrumenta subduxit, &
abscondit, vt maritum redderet cautiorem.
reuersus vir in agrū. vbi non reperit, quæ re-
liquerat, rem ad loci præfectum defert: ille
ad Ducem. vocatus à Duce rusticus, precium
accepit amissorum. Iubetur præfectus ignis
purgatione adhibita furem explorare. Pri-
mus conatus irritus fuit, nam ignis furem
non prodidit, licet omnes rustici subsilente
serutinium. Tum Dux; versus ad Episcopū;
Deus, inquit, Christianorum, si est con-
sciens

sciens secretorum, cur furem non prodit? E-
piscopus necdum benefirmatum in religio-
ne non corripuit: sed causam præterdit, quia
ignis nondum furem attigisset. Iubetur di-
ligenti^r inquirere præfect^r etiam apud vici-
nas villas. Nec sic quisquā repertus est. Vocat-
us à Duce rusticus, an cui indicarit, rem in
agro esse, rogatur: ille nemini, præterquā v-
xori dixisse respondit. Vxor quaestionibus
admota furtū fatetur. Tum dux marito clā
vocato, Sciebas, inquit, vxorem furacem es-
se, an non? Ille, sic eam, inquit. Cui Dux. cur
ergo aut non puniisti, aut non indicasti?
Ergo iussit ambos suspendio necari. Et hac
v. li. 2. Nov-
402. c. 27. seueritate legē sanxit v.] Memorie etiam oc-
currit factum Catholici Hispani Arianum
Gothum tempore Leouigildi ad probatio-
nem ignis prouocantis. cum enim verbis &
rationibus nihil proficeret. Est, inquit, digi-
to meo annulus aureus: ego cum in ignē ia-
cio, tu cadentem collige. Proiectumque
inter prunas anulum ita igniri permisit, vt
eis similis cerneretur. Conuersusque ad hæ-
reticum ait: si vera est prosecutio tua, su-
me eum ab igne. Illo autem resistente, ait,
Immensa Trinitas D x v s, si quid indi-
gnum te credo, ostende: certe si recta est
fides mea; nihil mihi præualebunt hæc incē-
dia sæua. Et ablatum ab igne anulum, diu-
tissimè palma sustinuit. & nihil est nocitus.]
Hæc



560 DISQUISIT. MAGIC.

Hæc Gregorius *lib. de gloria confessor. c. 14.* verobotenus. Sed hic cõrellatio fidei sinceræ fuit; non iudiciaria inquisitio. Verũ enim uerò nõ immeritò hæc expurgatio semper bonorum & Deum timentũ conscientias pãxit. Legimus enim de Roberto Cantuariensũ Episcopo, cum Regi Edouardo per suasisset, ut Emmam matrem adigeret; ob suspicionẽ stupri cum Aduino Vintoniensi Episcopo commissi, ad hunc se modũ expurgar e, & ea igne maneret illæsa; timore correptum in continentem ex Anglia fugisse, ibiq; animi mœore breui contabuiss (*x*).

*x Polyd Vir
gil. l. 8. hist.
Angli.*

*y in vita B.
toã. Eleemo
synarij mæs.
Iun.*

Non dissimile fuit iudicium per prunas, quas vel in sinũ coniciebant, vel manu ferebant, vel calcabant. De monacho quodã, qui ut meretricem Porphyriam seruaret, & monasterio alicui commendaret, nihil veritus fuit eam secum abducere, & propterea in omnium irrisionem, & execrationem incidit quã; cum meretrice cõsuesceret; narrat Leontius (*y*) cum cũ ægrotasset, & mortem presentiret propinquantẽ, coram plurimis iussisse adferri thuribulum plenum candentibus carbonibus, & eos accepisse carbones, & infudisse in sinum, & omnibus audientibus dixisse; Benedictus Dominus, qui olim rubum seruauit incombustum; si mihi fuerit testis fidelis; quod quomodo meas vestes non attingit hæc, quæ est in igne vrendi

LIB. IV. C. IV. Q. IV. S. III. 561

vrendi vis, ita nec ego attingi mulierem toto tempore vitæ meæ &c. Iudiciũ idem in Gallia subiuit B. Briccius D. Martini in Turonensi sede successor. Hunc enim populus reum, per agebat stupri cum muliere religiosæ professionis commissi, quæ linteamina Episcopi lauare solita, ex aliquo improbo pepererat. Briccius iussit ipsum infantem nondũ menstruum in medium adferri: & coram populo interrogauit, num ipse pater eius foret? respondit infans, cum non esse, sed aliũ quẽ non nominauit. Fiebat id virtute diuina, sed plebs dæmonis opetæ adscribebat. Prunis itaq; candentibus bitrum implet Briccius, & tota defert vrbe illæsus: si se à libidinis carnalis flagitio alienum professus, quem admodum flammis vestimentum intactum. *z Gre. Turco. li. 2. hist. c. 1.* Nec tamẽ furentibus persuasit: sed ab Episcopatufuit deturbatus (*z*). Haraldus etiam Sabelli. *exempl. l. 10. c. 2.* Fulgo. & Hybernus, se magni Regis Noruegiæ, qui Hyberniam bello vexauerat, filium probauit incedens nudis pedibus super arduentes prunas (*a*). Nec humano in corpore tantũ hæc exploratio obtinuit; sed alijs quoq; in rebus. Nam Eulalium monachum fiscella Dani. *hi. 13. Cyranzius l. 1.* palma in ignem iniecta, & illæsa permans, suspicione criminis absoluit (*b*). Rossis *5. Norueg. cap. 6.* vero fidei Catholicæ veritatem missus ad eos à Basilio Imperatore Episcopus persuasit, cum ipsis postulantibus, liber Euangeliorum *b Marulus l. 1. exempl. liorum*

Tom. 2.

Nn

liorum



c Zonar. as
tomo 3. &
Cedrenus.
dyide Ville-
gam in disp-
bac dere
post Hispan.
eius Sancto
rum vit. as.

liorum in caminum ardentem missus, & per
multas horas ibi relictus, tandem igne ex-
stincto integer, nec vlllo afflatus ardore fuis-
set repertus (c). De Missa D. Isidori, siue vt
vocant Mozarabum, memorant non disti-
milia Toletani Annales (d). Qua de re ita lo-
ann. Mariana; Communi consensu de Got-
thica precum ratione antiquanda actū. Té-
tarum id quidem aliquoties erat, neq; tam
sUCCESSERAT; & post nonnulla. Visum est con-
trouersiam ignis iudicio permittere: sic e-
ius sæculi mores erant, rudes & agrestes, ne-
que satis expensī ad Christianæ pietatis re-
gulam. Rogo in platea accenso, liber vter-
que Romanus & Gothicus in ignem pro-
iecti. Et Romanus quidem continuo ex i-
gne profiliit, id populus victoriam interpre-
tabatur: nam liber alter sub flammis & igne
diu permanens, illæsus inuentus est. Rege
arbitro, nihilominus populo persuasum, v-
tramque precandī rationem superis place-
re: quando vterque liber ex incendio eua-
sisset incolumis &c.] libro 6. capite 13. de rebul
Hispan.

Qui pyram ingressi probandæ innocen-
tiæ causa, multos inuenio. Nam & Sopho-
cles vt dixi, agnoscit morem. Petrus Masi-
liensis presbyter, suspectus de heresi, Antio-
chiz ipso die Parasceues, Sacrosanctā Chri-
sti Domini lanceam manu gestans, nudus
corpo-

corpore, per coaceruatorum late ligno-
rum struem ardentem, mediosque ignes il-
læsus euasit. e] Poppo Danus presbyter,
in fidei Christianæ probationem, vestem
prius cera copiosa illeuit; eamque indutus
in medio populi circo, sic se in flammam in-
tulit, & perstitit sine vlllo doloris sensu (quod
sanctæ affirmabat) donec vestis tota cor-
pori circumfusa, intacta flammis cute, in
fauillas redigeretur (f). eo permoti mira-
culo Dani (g) duelli purgatione sublata,
ignis purgationem introduxerunt. fortas-
sis etiam eos mouit iteratum aliud eiusdem
Popponis factum. nam alio tempore, cum
verba Danis persuadendis vt Christiani se-
rio fierent, non satis haberent efficacitatis
percunctatus est; Quid si ad candentis ferri
tactum manus eius cerneret intactas, essent
ne consensuri crediturique? cunctis succla-
mantibus; Velle in chirothecæ formā iussit
cudi, idq; ignitū adferri. Rubebat igne fer-
rū; ille tamen intrepidus manum immisit ad
cubitum, deportauitque ad locum consti-
tutum. Ibi cum ad pedes Regis Sueronis
proiecisset, victa manus dedit cōcio, sponte
subiens lauacrum regenerationis h.] A
Theodoro Lectore (i) historia refertur hu-
iusmodi: tempore Martiani duos Episco-
pos, vnum Catholicum, alterum Aria-
num, principio verbis disputasse de fidei
dogma-

e Paul. A-
myl. Histor.
Franc. li. 4.
f Cranzio
li. 3. Metro.
g Saxo hist.
Danor. l. 10.
h Saxo A.
i. 10 Wi-
richindus
l. 3. Cran-
sius l. 4.
Dania c.
24.
i. l. 2. Col-
lectam.



dogmate controuerso: deinde Catholicum; conditionem concertatori proposuisse, vt vanis disceptationibus prætermisissis, rogam ignis secum ingrederetur, & fidei suæ veritatem vterque hoc iudicio, Deo comprobaret teste: denique Arianum detrectasse ingredi, Orthodoxum nihil moratum, ingressumq; ex ipso rogo multis disseruisse, & nec minimum vltulatum egressum fuisse. Vera narratio: sed res non sub Martiano, verum sub Anastasio accidit, vt melius à Cedreno & Nicephoro *lib. 15. ca. 23.* proditum. Iactabat Sauanarola se hoc iudicium subiturum: cū ad rem ventum, substituit alium pro se: neque hoc detrectabat Minorita accusator, sed hoc tantum, ne ille Sacrosanctam secum Eucharistiam deferret: quod reuera diffidentie

Id confer ea que scripsit Guicciardi. li. 3. & Volaterran. in Antrop. cum is que Phil. Comina^o l. 8. hist. c. 19. qui tēpore illo vixit. lib. 3. cap. 6.

non obscurum erat signum (k). Fulgosus auctor est à Ioanne Gualberto Petrum Archiepiscopum Florentinum, prouocatione ad iudicium pyre accense, Simoniz condemnatum (l). Sed verius est id à Petro Albanensi Episcopo factum, qui propterea *Ignens* fuit vocatus, teste Vrspergensis in *Chronic.* prius tamen quam ille Episcopus adhuc crearetur. rem totam adscribam, ex vita ipsius Gualberti, vt creditur à Blasio Melanesio si de integerrima conscripta. is postquā narravit sepe à D. Ioann. Gualberti monachis Petrum illum Flor. accusatum Simoniz, & eius fautores

fautores ad ignis iudicium prouocatos, subdit tandem; Præfigitur itaque locus & dies quo istud fieri debeat, vt si qui velint, possint coram intueri. Locus præfixus est in Monasterio Septimi, quod tunc erat ordinis memorati: nunc vero Cisterciensium est. Dies fuit quarta ferix primæ hebdomadæ Quadragesimæ. Modus probationis fuit eiusmodi, vt in loco publico duæ lignorum strues iuxta se fierent, quæ obtinerent in longum decem pedes, in latum quinque, in sublime quatuor & dimidium. inter utraq; vero strues semita interesset longitudine brachij prunis ardentibus contracta, per quam vnus ex monachis transfret. Vbi aduenit statutus dies & hora, inuitatur Episcop. Petrus à suis, vt accedat visurus tantæ rei experimentum, ne ciuitas Florentina tam diuturna vexetur altercatione. At ille prorsus renuitimo si qui charū eū haberent eos eo accedere vetuit. Sed plebs omnis vtriusque sexus, & cleri maxima pars illuc properarunt. Pollicentur fautores Episcopi, si ea probatio suo potitur effectu, vt quisquam è fratribus per ignem illa susstrahat, se ipsis suffragaturos & ab Episcopo defecturos. Itaque fiunt Litaniz & aliarum preces à monachis, sacrificium solemniter celebratur ab Abbate illius instituti, clericis & monachis adiuuantibus. Vbi ventum



est ad Agnus Dei, vnus ex monachis fert a-
quam sacratam ad aspergendum, alius thu-
ribulum thuris incendiandi causa, tertius fa-
culis ad ligna inflammanda, quartus ima-
ginem crucifixi. Inuocatur à cunctis Domi-
nus I E S V S Christus & sanctissima mater
eius pleno ore, vt rei veritas declaretur. Sa-
crificio peracto, deponit casulam, crucem-
que manu gestat Abbas, qui sacrificauerat.
Petrus quoque dicebatur. Litanis abso-
lutis, vnus ex Abbatibus eligitur, qui clara
voce populo exponat petitionis & sponsio-
nis conditionem. Deinde Abbas Petrus, cū
cruce quā manu gestabat, S. Ioa. interim corā
astante & orante, ingreditur per mediosi-
gnium globos, flamma in sublime ascendē-
te, calcatque ardentes prunas, quæ erant in
via inter lignorum incensas strues. Sed prius
quam ingrederetur cunctis audientibus, ita
precatus est: Domine Iesu lux vera omnium
in te credentium, peto misericordiam tuam,
oro clementiam tuam; vt, si Petrus Ticinēsis
qui dicitur Florentinus Episcopus, pecunia
Florentinam sedē occupauit, tu æterni pa-
tris filius, tu mea salus, in hoc tremēdo iudi-
cio, ad me adiuuandum festines, & me illu-
sum sine vllis adustionis vestigiis conserues;
sicut olim tres pueros in fornace Babyloni-
ca serualisti. His dictis, per medios penetrat
ignis, neque corpori, neque vestimentis
vllō

vllō adustionis vestigio inhærente. Cumq; v-
vellet vertere sese, & eadem via per flammās
reuertere, à populo retinetur, quippe iam per-
spicue rei veritatem edocto.] vide mihi sis
Lector, quam admirandus DEVS in sanctis
suis, & quomodo diuina sapiētia varios
ac multiplices quasi ludos edat, vt admi-
rationem ac venerationem in cordibus no-
stris excitet. Volat ferrum & in aëre pen-
det sequiturque manus innocentis vnus;
fugit alium, & candentia seruata, multis
post mensibus inuenit reum ac punit. Pop-
poni chirotheca est ferrea ignita; quod fo-
ret ex leni corio suauibus imbuta pigmen-
tis: circa corpus positas eidem adurit ve-
stes, corpore illaeso, edax vis flammæ, sed
in Abbatem Petrum (qui postea Episco-
pus Albanensis) vt simonia detegatur, ne
hoc quidem valet, sed Babylonium reno-
uat spectaculum. Confer nunc hæc, cum
iis quæ hæreticis accidere. Tam procul ab
eis hæc DEI virtus, quam remota ab eo-
rum mente vera fides. Duas historias narrat
Cæsarius Cistertiensis (m). In Cameraco
(inquit) ciuitate Episcopali infra hoc quin-
quennium plures hæretici comprehensi
sunt, qui omnes timore mortis suam perfidi-
am negauerunt. Missus est ab Episcopo
clericus, qui negātes per candens ferrū exa-
minaret, adductos hæreticos essentētiaret.

ml. 3. mira.
ca. 16. & 17.



7. Examinati sunt omnes, & combusti sunt
omnes: qui cum traherentur ad pœnam, v-
nus ex eis vir nobilis sanguine reseruatur à
clerico ad vitam, si forte illum quoquo mo-
do reducere posset ad pœnitentiã, cui sic di-
xit: Homo nobilis es, misereor tui, & cõpa-
tior animæ tuæ; rogo & moneo vt adhuc de
tanta perfidia respicias, & de errore ad veri-
tatem redeas; ne, per mortem temporalem,
mortem incurras æternam. Ad hæc ille re-
spondit: Experimento didici me errasse. Si
sera pœnitentia mihi prodesse posset, nõ re-
nuerem confiteri. Cui cum ille diceret, pœ-
nitentiam veram nunquam esse seram; vo-
cavit Sacerdotem, confessus est homo er-
rorem suum, ex toto corde Deo promittens,
si vita concederetur, satisfactionem. Vt au-
tem pius Dominus vim ostenderet cõf. sio-
nis, mox vt pœnitens cœpit peccata sua con-
fiteri, cœpit & ipsa cõbustura in manu pœ-
nitentis paulatim minui; quæ in tantũ, eo a-
spiciente, decreuit, in quantum cõf. sio p-
fecit. Medietate confessionis peracta media
pars plagæ est sanata: vt autẽ confessionem
totam compleuit; & virtus ipsa confessionis,
cõbusturam tam in colore, quam in dolore
deleuit, & manus pristinã sanitatem recepit.
Vocatus est vir à iudice ad ignem, ad quem
clericus: Quare eũ vocatis? Vtardeat, inquit,
eo quod in examinatione combustus sit.

Tunc

Tunc clericus, ostendens manum eius fa-
nissimam, liberauit eum à pœnis, cæteris
igne consumptis. Hæc cum audisset magi-
ster Conradus respondit Abbati. Et ego di-
cam vobis simile, quod ante paucos annos
apud Argentinam recordor accidisse. De-
cem hæretici in eadem ciuitate, scilicet Ar-
gentina, quæ & Strasburg, comprehensi
sunt; qui cum negarent, per iudicium can-
denti ferri cõuicti, sententia incendiũ sunt
damnati. Die statuto, cum ducerentur ad
ignem, quidam ex comitantibus vni illo-
rum dicebat; Miser damnatus es, age vel-
tunc pœnitentiam, peccata tua confiten-
do, ne post incendia corporis, quæ momẽ-
tanea sunt, animam tuam ignis gehennalis
æternaliter comburat. Cui cum ille dice-
ret; considero quidem me errasse, sed timeo
pœnitentiam tantæ necessitatis, minus ac-
ceptam esse Deo: Respondit, ex corde tan-
tum confitere. Deus est misericors, & pœ-
nitentem suscipiet. Mira res, mox enim, vt
homo confessus est perfidiam, manus eius
plenam recepit sanitatem. Tardante eo in
confessione, cum à iudice vocaretur ad pœ-
nam, confessor eius iudici respondit, Non
iustum est vt homo innocens damnetur in-
iuste. In cuius manu dum nullum vesti-
gium cõbustionis reperiretur, dimissus est.
Habebat idẽ homo vxorẽ nõ lõge à ciuitate

Nn 5 manen-



» manentem, horum quæ dicta sunt, profusa
 » ignaram, ad quam cum venisset gaudens,
 » dixissetque; Benedictus Deus, qui me libe-
 » ravit hodie ab interitu corporis & animæ,
 » causam ei exponens: respondit illa; Quid
 » fecisti o miserime? quid egisti? ut quid pro-
 » pter momentaneum dolorem recessisti à si-
 » de tua sana & sancta? magis debueras, si fieri
 » posset, centies corpus tuum incendiis subire,
 » cere, quam à tam probata fide semel recedere.
 » Sed, quem non seducat vox serpentina?
 » Immemor ille beneficii sibi diuinitus col-
 » lati, immemor tam evidentis miraculi, con-
 » silio vxoris acquieuit. & errorem pristinum
 » resumit. Deus vero non immemor vindic-
 » tæ, pro tanta ingratitude, manum plaga-
 » uit utriusque. Renouatum est incendium
 » in manu hæretici, & quia coniux auetrix ex-
 » stitit resumpti erroris, consors facta est re-
 » diuui doloris. Tam vehemens erat incen-
 » dium, ut ossa manuum penetraret. & cum
 » uti non auderent clamoribus in villa, quos
 » vis extorsit doloris, fugerunt in nemus vi-
 » cinum, illic ut lupi ululantes. Quid verbis
 » immorer? proditi sunt, in ciuitatem redu-
 » cti sunt, simulque in ignem nondum plene
 » extinctum missi, & in cinerem redacti. Quid
 » hoc quæso rei? an hæresi flamma, quod vni-
 » bra corpori? adeone hæresi debita flamma-
 » rum exustio, ut cum fuga erroris vis recedat
 ardor

ardoris; & ardorem redeuntem ardor inse-
 parabilis comitetur. Miraculi igitur plena
 hæc olim purgatio fuit; & ideo non iniuria
 sublata fuit, quia miracula poscere non ne-
 cessaria, Deum est tentare. Sed quis vetuit?
 constat vetuisse Fridericum. 2. lib. 2. Neapoli.
 consti. cap. 31. Ex Decreto etiam Gratiani (n), ^{n c. Memm}
 videatur Gregorius Magnus. Caue fallaris. ^{2. q. 5.}
 facinus hoc Gratiani est, vel inscitia scri-
 ptorum. Nihil tale Gregorius rescripsit. le-
 ge totam illam epistolam ad Brunichildam
 Reginam Franciæ, quæ superest (o), vide- ^{o li. ii. regi-}
 bis purpureæ chlamydi assutum stramine- ^{stri, epist. 8.}
 um limbum; quem nec Iuo Carnotensis ag-
 nouit (p), nec antiquior Gratiano, quod ^{pp. 5. decre-}
 sciam. Sed prohibuit Stephanus ad Mogun- ^{ti post meo-}
 tum Archiepiscopum scribens; Ferri cæ- ^{dium.}
 dentis, vel aquæ feruentis examinatione
 confessionem extorqueri à quolibet, sacri
 non censent canones. Et quod Sanctorum
 patrum documento sancitum non est, su-
 perstitiosa adinventione non est præsumé-
 dum. Spontanea enim confessione vel te-
 stium approbatione, publica delicta, habi-
 to præ oculis Dei timore, commissã sunt
 regimini nostro iudicare. Occulta vero &
 incognita, sunt illi relinquenda, qui solus ^{q c. consu-}
 nouit corda filiorum hominum (q). Qui- ^{luisi 2. q. 3.}
 bus verbis subdit Gratianus, nõ hæc duo tãtũ
 purgationis genera quæ hic nominantur, sed &
 quæ-



¶ 4. in libro
namq; in fi.
8. q. 4.

quælibet similia in hibita (r) videri, eo quod
in quibuslibet talibus ratio quam Pontifex
addidit æque procedere intelligatur. Quod
„ aperte dictū v. ult. d. c. *Mennam*, vbi legimus
„ Vulgarem deniq; ac nulla canonica factio-
„ ne fulcitam legem, feruentis scilicet aquæ,
„ siue frigida, ignitiq; ferri contactum, aut
„ cuiuslibet popularis inuentionis (quia fa-
„ bricate hæc sunt omnino facta inuidia) nec
„ ipsum exhibere, nec aliquo modo te volu-
„ mus postulare, imo Apostolica auctoritate
„ prohibemus firmissime.] Quæ sane vltima
verba indicant duorum alterum; vel si Gre-
gorius ista scripsit, quod nō puto ipsius ho-
die regilstrum mutilum exstare, & lunonem
quoq; in mutilū exemplar incidisse, in quo
nempe tam magna pars epistolæ illius desi-
deretur: vel (quod placet amplius) cum hoc
fragmentum alterius Pontificis alicuius re-
scripti portio esset, id Gratianum cōfudisse
cum Gregorii verbis; vel temporum iniuria
ex Gratiani libro titulum, quem huic præ-
fixerat rescripto secundo, totum interuisse;
sicque librarios de duobus vnum fecisse de-
sumpta enim hæc vltima verba sunt ex epist.
Alex. II. ad Rainaldum Cumanum Episco-
& subiungenda videntur in fine c. *super cau-
sa ead. 2. qu. 5.* prohibitum ergo hoc ab Alex.
II. sed & prohibitū quoq; iterum Apostolica
auctoritate ab Honorio 3. qui diserte testatur

tur ferri candētis iudicium, penitus esse in- s. c. dilecti
terdictum, utpote in quo Deus tentari vi- filii de vulg.
detur: & mandat Templarios, qui Liuones purgat.
hoc iudicium subire compellebant, per cē- Lombard.
furas Ecclesiasticas cogi eo abstinere (r). Fu- lib. 1. tit. 10.
sius hæc paululū psequi visum, q̄a postmo- Speculi Sa-
dum sequenti sectione iis vtēdū erit contra x. lib. 1. a.
Nouitios quosdā aquæ frigida defensores. 39. *Leges*
Frisonū tit.
3. & tit. 14.
ca. nobilis

SECTIO IV.

De purgatione vulgari per aquam.

FIEBAT adhibita vel calida, vel frigida. 2. q. 4.
de calida seu feruente constat receptam v Num. 5.
legibus Longobardorum, Saxonum, Rhe- cuius ritum
nariorum, & Frisorum (r), & irrepsisse per ex Hebræo
malam imitationē poculi Zelotypiæ, quod cōtextu sa-
Moses introduxerat apud Iudæos (r), sed cilium colli-
hæc feruens suasu diaboli introducta, illud gas quā ex
vero poculum herbarum amarantium à Latino. vi-
Deo fuit institutum; qui solus occulta cor- dendi quoq;
dis nouit, & iudicat, & nequit cum iudicat Cyril. li. 4.
ea mentiri, & veritatem sic se indicaturum de adorat.
promisit Mosi: qualis sponsio, cum in aquæ re. in Nupr.
iudicio nulla habeatur, prauo more; & præ- q. 10. & 10.
postera limitatione, per abusum; fuit intro- s. 1. Ioseph. lib. 3.
ducta. Quare iure optimo canones eam su- antiq. c. 19.
stulere (x) nominatim. Superiore sectione de Carolo Caluo breuiter perstrinxi, vt hic x d. c. Men-
de Carolo Caluo breuiter perstrinxi, vt hic fusus & clarius narrare verbis Caroli Sigo- nā in sin. &
nii & Aimoini (r); Ludouico Germaniæ d. c. consu-
rege luisli.



y Aimoni, rege Fancofurti mortuo, Carolus Caluus
li. 5. Histo., Imperator & Franciæ rex, prope Aquas
Frã. 6. 34., Coloniamq; contendit, vt Lotharingiam
& Sigoni, quæ fratris & filij eius Lotharij fuerat, occu-
li. 5. Regni, paret. Ludouicus tres filios reliquerat, Ca-
Isalia., rolo manum, Ludouicum, & Carolum cog-
nomine Crassum. Ex quibus Ludouicus,
qui paterno funeri interfuerat, vbi patrum
paterni regni fines ingressum castra ad Rhe-
num posuisse audiuit, ira incensus quod pa-
ternum regnum inuadere esset ausus. Fran-
cofordia copias mouit, atque ad alterâ Rhe-
ni ripam à regione cõsedit. Ibi iure primum
deinde gratia per legatos petita, cum neu-
trum impetrasset: decem homines cum aqua
calidâ, totidemque cum frigidâ, decemque
alios cum ferro candente misit, iussos expe-
riri iudicio, vtri regnum illud conueniret,
quod cum ipso pater suus Ludouicus sacra-
mento interposito diuisisset. Qui retentâ,
cùm detrimentum nullum cepissent, nihil
tamen æqui obtinuerunt. Ob id Ludouicus
&c. Sed quomodo tentarunt; sanè iniecta
manu in feruentem, & non adustâ. docet ri-
tualis adhiberi solita oratio huiusmodi. (z.)
Annales
Boior. lib. 4. Deus iudex iustus, fortis, & patiens, qui es
auctor & amator iustitiæ, qui iudicas æqui-
tatem; iudica Domine, quod iustum est,
quia recta tua iudicia sunt, qui respicis super
terram, & facis eam tremere. Tu Domine
omni-

omnipotens, qui per aduentum filij tui Do-
mini nostri IESV Christi mundum saluasti,
& per eius passionem genus humanum re-
demisti: tu hanc aquam per ignem feruen-
tem sanctifica; qui tres pueros, id est Sidrach
Misach, & Abdenago, iussione Regis Baby-
lonis missos in caminum ignis, seruasti: tu
clementissime præsta, vt si quis innocens in
hanc aquam feruentem manum mittat; sic-
ut tres pueros supradictos de camino ignis
eripuisti, & Susannam de falso crimine libe-
rasti: ita Domine manum illius saluam, & il-
lam perducas. At si quis culpabilis, vel in-
crassante Diabolo cor induratum, præsum-
pserit manum mittere: tua iustissima pie-
tas hoc declarare dignetur, vt in eius cor-
pore, tuâ virtute manifestetur, & anima
illius per penitentiam saluetur.] Non
igitur ore bibebant, sed manum immitte-
bant. Docet hoc etiam historia quam
narrat Gregorius Turonens. de diacono
Catholico cum presbytero Ariano dispu-
tante, & ad fidei veritatem comprobandum
sic prouocante; Factis rei veritas appro-
betur. succendatur igni æneus, & in fer-
uenti aqua annulus alicuius proiciatur;
qui vero eum sustulerit ex vnda feruenti, ille
iustitiam consequi comprobetur.] condi-
tionem hæreticus accipit. Interea diaconus,
diffidentia quadam tentatus, vnguētis
qui-



quibusdā brachiū manūq; illiuit. hæreticus
negat periculum subire: cū catholicus bra-
chium exfereret, hæreticus vidit vnguētis
delibutum. exclamat aduersarium magicis
præfidiis confidere, non fidei. oritur alter-
catio. His itaque litigantibus superuenit
diaconus alius ab vrbe Rauenna, Hyacin-
thus nomine, seiscitansque quæ esset hæc
altercatio; vt veritatem cognouit, nec mo-
ratus extracto è vestimentis brachio, in æ-
neum dexteram mergit: annulus autem qui
eiecctus fuerat, erat valde leuis ac paruulus,
nec minus ferebatur ab vnda, quam ventus
ferri posset vel palca. Quem diu multumq;
quæsitum infra vnius horæ spatium reperit.
accendebatur interea vehementer focus il-
le sub dolio, quo validius feruens, non faci-
le posset assequi annulus à manu quærens
extractusq; tandem. Nihil diaconus sensit
in carne sua: sed potius protestatur in imo
esse frigidam æneum, in summitate vero
calorem teporis modici cōtinentem. Quod
cernens hæreticus valde confusus inicit
manum audax in æneo, dicens; Præstabit
mihi hæc fides mea. Iniecta manu protinus
vsque ad ossium internodia omnis caro li-
quefacta defluxit. & sic altercatio finem ac-
cepit.] Hæc ille libro primo de glor. mar. capitu-
lo octuagesimo primo.

Quoad frigidam puto illam eodē modo
in vsu

in vsu probationis versatam: videlicet De-
us, vt in feruente innocentiæ manum serua-
bat ab adustione innoxiam, ignis actione
prohibita; sic in frigida nocentiæ manum
amburebat, contrariam aquæ actionem tri-
buens, frigiditate naturali in supranatura-
lem ardorem cōmutata. Ad hæc me cōiectu-
ram ducit scriptor vitæ S. Gangulphi Mar-
tyris, per hæc verba; Interim ad quendam
veniunt fontem (*Gangulfus videlicet vxorque*)
vbi his vxorem vocibus compellat. Multa
quidem de te coniux passim feruntur sæda
& indigna natalib' tuis, & adhuc mihi qui-
dem certo non constat, verēne an falso illa
dicantur. Tum illa, etiam intrepide iuran-
do, falsos de se rumores sparos, ait, nec se
vnquam alieno concubitu pollutam. At
Gangulphus; diuina, inquit, prouidentia,
quam nihil fugit, vt se res habeat, iam certis
declarabit iudiciis. En fons hic propositus
est, nec frigidus valde, nec immodice cali-
das. In hunc igitur immitte manū, & è fun-
do lapillum extrahe; & si quidem à culpa es
aliena, nihil mali patieris; sin autē polluta es,
nō sinet Deus latere scelus tuū. Illa beati vi-
ri, sicut alios omnes, ita hos quoque sermo-
nes vecordix ascribens, incunctanter ma-
num iniecit in fontem. Ecce autem, simul-
atque lapillum cum se retrahere conata
est, membris fere omnibus obrigescit, &
Tom. 2. Oo in di-



a apud Su-
rum XI.
d. l. iii.

in digitis & brachio, quousq; aqua pertigit,
abstracta cute, nuda caro cernitur, nihilq;
aliud misera illa nisi repentinū interitū ex-
spectat (a). J. confirmat idē Sigebert^o, & signi-
ficat hūc illū fuisse fontē, quē miraculose
Campania Wrenas Gangulphus transla-
lerat. conuictā adulterii vxorē deseruit: nec
diū post vxoris hortatu ab adultero fuit
necatus. Non igitur hac purgatione specta-
batur, an aq; mergerētur: confirmat, q; retu-
li de legato Ludouici Regis; quo. n. pacto
decē viri secū aquā tulissent, in quam toti
mergerētur? missos tamē cū frigida, narrat
Aimoinus. Sic capio q; leges Allatica habe-
bant, vt plebei & minoris testimonii rusti-
ci, aqua frigida se iudicio expurgarent (b).

b Rhē. Ger-
man. lib. 2.

Alia n̄ quoq; fuit aqua frigida p̄ba, qua
q; in aquā totus mergebatur: si emergeret
tertio, vt innocētē abioluebāt, vt docet Al-
bis in c. licet in fin. extra ne cler. vel monachi &c.
& Afflic. ad Constit. Regni Neapolit. li. 2. tit. 3^a
vbi eā cōsuetudinē merito Frideric. 2. Imp-
ridet, q; ēt Lotharius Imp. iā ante prohibue-
rat in legib. Longobard. (c). statuēs, vt exa-
men aqua frigida p̄ legatos & cōmissarios
imperii vbiq; interdicatur omnibus, & vltra
nō fiat. Prohibuit ēt Pontifex, quisquis ille,
apud Gratianū (d) loco citato: & in ualidam
indicauit Lucius his verbis; Ex tuarū intel-
leximus cōtinentiā litterarū, q; cū H. pres-
byte-

c li. 2. tit.
34.

d d. c. Men-
nam in fi.

byterum; quia infamabatur de homicidio; à
sacerdotali officio suspendisses, p̄decessoris
tui litteras tulit in mediū, quibus apparuit eū
iudicio aqua frigida, suā innocentiam pur-
gauisse, & episcopum suis eum litteris absol-
uisse. Quia vero peregrina iudicia sunt in-
hibita, purgationem q; prestitit, sufficere nō
putantes; mandamus (e) &c. J. admittit accu-
sationem de nouo, & p̄scribit purgationē
Canonici iuratoriā. Vocat autem indi-
cium peregrinum, quia alienum à canonibus &
more iudiciorum ab Ecclesia recepto. Et
quia solebat aqua huiusmodi per clericos
benedici, ideo ad ipsam probationem hoc
pacto tollendam; dum non inuenirentur
clerici ad hoc munus; sanxit in concilio
Generali Innocent. tertii, ne vllus clericus
purgationi aqua feruentis aut frigida, seu
ferri candētis, ritū cuiuslibet benedictionis
aut cōsecrationis impendat (f). Hodie tñ in
multis Germaniæ locis maxime Westphalię
circulo, vt̄tur hac p̄ba in maleficis indagā-
dis; quas. n. fama, vel aliarū depositione lu-
spectas habēt; eas statim absq; vltiore in-
quisitione capiunt, captasque extra urbem
deducunt; & in aquam frigidam ita coniu-
ciunt, vt dextra manus sinistro pedi, fini-
stra vero dextro pedi sit alligata; & si super-
natant, veneficas vehementius suspicantur,
& idcirco duriori subiiciunt questioni: sin

f c. senten-
tia sangui-
nis ne cleri-
vel mona-
chi facul.
&c.



submergantur, innocentes esse credunt. De hoc genere purgationis seu potius probæ, hæcenus inter Catholicos, quibus illibata canonum auctoritas probe constitit, illicitam esse: sed Nouatores qui à Romana Ecclesia descierunt, mire digladiati. Licetam esse mordicus defendit, Arnold. Scribonius Philosophus Marpurgensis; illicitam contra ostenderunt prolixè, non Wierus solum & Bodinus, sed insuper libellis ex professo, Ioannes Euuichius, Hermanus Neualdus, & Augustinus Lerchemerus; & ex I. C. Oldendorpius, Hotomann. Ioan. Borcholt, Venatorius & alii, quos citat & sequitur Godelmann. *libro tertio de Lamiis capitulo quarto.* quos ego, vt eiusdem sectæ homines, Scribonio obiicio, vt saltem intelligant Nouatores; hanc esse suorum communem opinionem, à qua in iudiciis non tam temere deberent recedere. Postea

Excusus
liber Co-
loniz a-
pud Gy-
mnicum
anno 1598.
Defensio
probæ a-
quæ frigi-
dæ, &c.

prodiit libellus cuiusdam Iureconsulti; qui ex Catholicis vnus & solus, hucusque (quod sciam) scriptis hunc iudicium ab usum defendere conaretur. Res magni est momenti; & proinde diligenter, non obiter tractanda & disquirenda veritas, non verborum copia, sed rationum momentis. sit ergo,

Q. V. S. I.

QVÆSTIO V.

De proba (vt vocant) aque frigida, qua strigibus explorandis in Germania quidam vtuntur.

SECTIO I.

Discutitur opinio & rationes Adolphi Scribonis.

WILH. Adolphus Scribonius, huius sententiæ, & praxis iudicialis acerrimus defensor, conatur eam stabilire rationibus partim physicis, partim hyperphysicis. ad physicam enim pertinet, quod dicit de demonis leuitate, sagarum pondus super aquas sustinente: ad theologiam vero, quod de odio & antiphatia aquæ ac sagarū. Sed vt hoc commodius intelligatur, accipite dicta illius, vt sunt à Richio (g) repræsentata; cui & alii ea referentes, hac in re, consentiunt (h); non ea contraho etsi possim facile, ne quis me calumniari suspicetur. Dicit ergo ille, hanc supernatationem Sagarū prouenire ex Satânica leuitate, vt causa efficiente. Satanam enim esse natura leuissimū, vt pote plus de aëre, quam de aqua participantem. & ideo posse illas sustentare super aquis duobus modis, vel se supponendo sagis, & eas quasi dorso eleuando; vel et se iis vnicendo & toti illarū corpori, occupatione

*g. c. 4. à n. 229.
h. Godelm. d. ca. 4. & Binsfeld. de confess. magic. p. 2. c. 7. dub. 1.*

Oo; & pos-



& possessione quadā infūdēdo nō qdē hypo-
statica vnione, aut mixtione physica intrin-
sece coadunādo; sed leuitate sibi connata il-
lis quodammodo per præsentiā suā da-
ta & quasi communicata. cacodæmon er-
go (inquit) substantialiter in sagis diffusus,
eas retinet, quantum scilicet ad ipsum spiri-
tum qui sine sua essentia eas inhabitat, non
quantum ad substantiam partium corporis
sagarum. Leuitas ergo ea non est, quæ à for-
ma corporis immediate prouenit; sed adue-
ntitia, externa, & aliunde accepta. Hæc ille,
vt obscure, sic sane mendose. Obscurissime
quia vel hoc tantum voluit, sagas à Dæmo-
ne sustentari, prerogatiua leuitatis, quæ ex
aërea natura in eo vim habet aquis emerge-
di; idque subingresso corpus Dæmonis, vt
solet subingredi energum. nas: tuncq; illas
emergere more vtrium inflatorum: vel si
hoc non voluit, certa falsitatem sententiæ
non intellectu his inuolueris verborū per-
peram coaggregatorum contexit & obruit.
Mendose vero, quia vterque modus ille sup-
ponit Dæmonem aëreum habere corpus:
quod alibi refutatam, igneum potius ha-
beret. & sic, ab aqua exstingueretur, vel
aquam excalescere, & ebullire cogeret;
quæ ambo experientia & recte rationi re-
pugnant.

Illæ etiam secum pugnant, cacodæmonis
substan-

substantialiter in sagis diffundi; & spiri-
tum sine sua essentia eas inhabitare. Quis
etiam credat sagas omnes esse à Dæmone
possellas, vt sunt arreptitiū seu energu-
meni, & vt fuerit Gergezenorum sues? hoc
ipsæ sagæ negant, & experientia refellit.
Si obsidet, quomodo apparet foris illas ac-
cedens? an duobus tum est in locis? an
vero exit & redit, cum lubet? posset cre-
do: sed sic facere, non credo. Deinde si
hoc facit eius leuitas; cur cæteri energu-
meni non æque leues, cur subsūdūt in aquis?
cur mersi porcorum illi greges? quia noluit
eos sustinere? iam ergo non leuitas illa na-
turæ Dæmonis, sed voluntas hoc operatur.
Hoc verum est, & eo redit res, cum addit
Scribonius; Satanam vt Dei lictorem eas su-
stinere: & quia lictori non licet præscriptū
iudicis excedere, ideo fieri, vt nec sotes mer-
gere, nec infantes sustentare Dæmon que-
at; ne infantes periclitentur, euadant son-
tes impunitæ. Sed hoc iā ad hypphysica re-
fugium est, de quo statim. Contra illam le-
uitatem fortiter etiam vrget, quod grauitas
& leuitas proprietates sunt rerū corporata-
rum; quare non magis conueniunt dæmoni
quam animæ rationali. Sed audio nescio
quam spiritualem leuitatem. Si quia dæ-
mon spirituali leuitate præditus est, hoc po-
test; certe & anima poterit, quæ ipsa quoq;
Oo 4 spiri-



spiritualis tota, & proinde leuis tota; & tota in toto corpore, & in singulis corporis partibus substantialiterque diffusa, non inhabitat modo, sed informat etiam. Hoc vero non posse animam norunt, qui natate non norunt, & aquas aliquando ingressi. Si animæ leuitas hoc non potest; ratio clamat nec dæmonem corpus ingressum posse, ratione suæ leuitatis. si sustinet, sustinere; quia corporea illa mole potentior, eam loco potest mouere, vt doctum libro secundo.

Confugit tandem Scribonius ad Dei voluntatem & prædestinationem: Quid, si, inquit, dicerem Deum ipsum sagarum, quas scilicet vere reas nouit, corpora singulari quadam & specifica leuitate induere, qua in superficie aquarum ferantur? inde certe non sequeretur, Deum ab operibus creationis non cessasse. Ita enim prædisponere potuit vt si quæ sagæ futuræ sint, speciali quodam modo in aquis nequaquam submergi debeant. Vtrum vero hoc omnipotentis diuinæ contrarium esse dicitur? vtrum etiam voluntati, quia non expresse significatum est in sacris literis? minime. Nos vero illud fatemur Deum posse cum lubet. dubitamus an vnquã libuerit. indicia nulla inuenimus, cur credamus voluisse? multa habemus argumenta, quæ noluisse, & nolle doceant. ideo petimus probari, quæ affirmât, Dei voluntatē, & ex-

& experientiam, quam adducunt testem, vt fallacem non semel, mox refutabimus.

Addit, Aquam ipsam sagas in se ferre non posse, cur putas? quia (inquit) Deus optimus maximus suo prudentissimo iustissimoque iudicio ab omnibus inde sæculis elementum aquæ prædestinauit salutari hominis lauacro, vt qui à peccatis abluendi essent, & Christi Ecclesiæ initiandi, huius baptismate vterentur & per hoc medium noui homines facti, quasi per ianuam in Christi regnum ingrederentur, qui prius reiecti fueramus. Quandoquidem, inquam, Vatiniano quodam odio eas accusat & reicit, vt si maximè pro viribus tentent, non tamen submergi possint.] Ecce iam (lector) non à dæmone petitam causam efficientem, sed ab aquæ natura: Quia insitum illi odium in maleficis. insitum autem ab auctore naturæ; qui cum aquas creabat, iam mente cunctorum præscia statuerat aquas fore salutis nostræ instrumentum. itaq; inscuit odium aquis, illarum quæ salutis & suæ & aliorum ofores, & vexatrices. Sic enim mox explicat. Et quodnam (ait) est illud odium? aquæ Deo placuerunt, quibus vsurpatis peccata hominum ablueret, atque purgaret: in Baptismate Christo Dei filio nomina nostra primum damus, & eius albo incorporamur, adeoque in ciuitatem Dei vt germani ciues



„ recipimus: ideoq; omnis, qui salui modo si-
 „ eri volunt, sacra huic aqua baptismali im-
 „ mergi, ac purgari oportet: at si q. spretis isto
 „ diuino lauacro, toti trinitati, Deo Patri, Fi-
 „ lio & Spiritui Scto, scientes volentes renū-
 „ ciāt, & nihili Dei creatoris opera, nihili or-
 „ dinationes, & creaturas facientes, peccato-
 „ res, & apostata omnium aliorum sunt pes-
 „ sime. Cum autem hoc seclere in toto mun-
 „ do nullum scelestius vnquam defuisti aut
 „ reperiri possit, quid dubit. m. dicere? si sag-
 „ non submergantur aquis, id fieri ob peculi-
 „ arem istam antipathiam, videlicet quod ele-
 „ mentum aque nolit illas intra aluenum suum
 „ recipere, sed omnino respuat & omnibus
 „ modis fugiat: hunc scilicet in finem, vt pec-
 „ catrices eiusmodi manifestentur. Nam &
 „ creatura inanimata seruiunt prædicationi
 „ & gloriæ nominis diuini; vt scilicet *caeli*, ita
 „ quoq; elementa *enarrāt gloriam Dei*, cum alias
 „ tum in hoc; si peccatum & iniustitia ab illis
 „ reuelata puniatur. Aqua in baptisate est
 „ sacramentum, est signum, est sigillum in
 „ inter Deum & hominem baptizatum nomi-
 „ fœderis. Quid ni igitur eodem modo, si-
 „ gnū aut indicium esse possit, dissoluti illius,
 „ & fracti iterum fœderis? Et hanc rationem
 „ siue causam facillime dixerim esse verissimā:
 „ vt si aliter nullæ admittendæ esse viderentur,
 „ vna tamen hæc recipienda sit. Hactenus ille;
 „ in cu-

In cuius verbis quædam sunt verissima, sed
 non aptè allata ad id probandum, de quo
 ambigebatur. in quibus facile agnoscas spi-
 ritum illum, qui scripturæ testimoniis gau-
 det abuti, & semper summa vi admissus, vt
 mendacio veritas ancilletur. Spirituales illas
 aquæ prerogatiuas, regenerationis ratione
 illi competentes, agnoscamus Catholici. Sed
 quid si dicerem, cum Principibus Nouato-
 rum, quorum summam puto. Marpurgi es-
 se auctoritatem, prerogatiuam hanc aquæ
 singularem non esse: nonne corrueret huius
 antipathia: fundamentum? At ecce, Luthe-
 rus, cum ab eo quæsitum fuisset: num. defi-
 ciente aqua, liceat baptizare in lacte, aut ce-
 reuisia? principio quidem, inopinata forte
 percussus interrogatione, hæsitans, dixit; id
 diuino iudicio committendum: recollecto
 post spiritu, & illo suo assatu entheo, sub-
 iunxit, quicquid balnei nomine nuncupari
 posset, id censendum minime ineptam ba-
 ptismi materiam (i). Neque Martin. alter
 Kemnitius ille, Leiseri oraculum, satis certo
 credidit, num elementum hoc aquæ neces-
 sariam baptismi materiam præberet: hoc e-
 nim si Christo Domino affirmanti (k), &
 Apostolis magistrum sequentibus (l), cre-
 didisset, nunquā quæstiones illas, an hic vel
 ille liquor, sit naturalis & vera aqua otiosas
 vocasset (*); cum iis de necessitate aquæ
 ad ba-

i in colloqu.
 conuincat.
 cap. 17.
 k Ioā. 3. v. 5.
 l Act. 8. v. 36.
 & act. 10. v.
 47. Ephe. 5.
 7. 26.
 * exam. cō-
 trid. cau.
 2. seff. 7.
 ad ba-



ad baptismum siue de necessaria sacramenti huius materia, inquiratur. Nec etiam Calvinus id credidit; qui apertissimam Christi Domini locutionem *Ioann. 3.* allegorico sensu accepit, & per *aquam*, intelligi voluit, non elementum illud aquæ, sed ipsum spiritum Sanctum, qui dicatur aqua, eo quod animos nostros abluat: quia sine baptismo saluari hominem posse putauit, atq; ita preiuit, clarumque signum Anabaptistis sustulit ad gehennam. Sed nos hæc omnia Lutheri, & Munitij, Caluini deliria detestamur. viderit Scribonius tamen, quid illis sit responsurus, si hæc sua dogmata torqueant, in imaginariam antipathiam chimæram. Habemus Catholicis, Deo laps; habemus arietes fortiores (m). Miramur interea, & Caluini strophas, atque tropos: & Lutheri vecordiam iuxta ridemus) vt enim de hoc nunc loquar, cum & lacte, & iuscule carniū siue herbarum, & vino & similibus liquidis ablui possimus, negari non posset illa balnei vsum præbere posse; & quo quidque ad abstergendum aptius, hoc etiam efficaciorē baptismo materiam præbiturum. an ergo id quod Hebræi vocant aquam pedum? pax auribus queso & naribus sit, sordet fetetque. Luthero soli, eiusque delirium hoc proterue tuenti, tale lauscrum, tale balneum contingat, sed ea lege, vt pro honesta strigilecula illi scopæ taxæ;

vide infr.
sect. 3.

taxæ, quibus strigmenta deradatur, & amurca nitro condita, pro ceromate, adhibeantur, sicq; stringatur toto enixè corpore, pumicetur, leuigetur. nihil illo mundius, nihil bellius, nihil Augiæ stabulis dignius inuenietur.

Quid ais Scriboni? Vatinianum aquæ in sagas odium est? an ergo aqua prædita ratione? ideo enim irasci belluas & odisse negant philosophi, quia ratione carent. Metaphoricum inquires odium intelligo, & quale in plantis cernimus. Sed etiam talis in plantis amor, qui tamen in aqua & aliis elementis nullus cernitur; nisi quedam ad locum suū, quoniā is ad eorū cōseruationē putatur fecere, propensio. Si sagas odit aqua, cæteros amet. vnde hoc probabis? fateris video, naturalē hūc amorem nō esse vllum, nec odiū sane: sed vis supernaturalem hunc affectum esse. quæro an eius sibi consciū elementū aquæ, an ignarum? non dices consciū. quid enim absurdius? quia nec sensu quidē præditum, quanto minus cognitione? & hoc necessarium foret, vt sagas à cæteris discerneret. Sed non discernit etiam, cum & hæreticos alios & hypocritas, sic Diui Bernardi tempore expuerit. Eius verba postea recitabo *ex sermone sexagesimo sexto in Cant.* Ignarum est ergo, & sic mouetur à Deo. Notione motu, quoties saga aquis iniicitur? non



non hoc satis explicat: & videtur, velle semper hoc operari decretum Dei, ab eo tempore quo Deus aquæ elementum creauit, & ex hoc Dei decreto semel sancito, vim hanc aquas accepisse. sicut herbæ nimirum vim illam sibi similis per semen, producendi lege illa primitiua, qua iussit Genes. i. *Germinet herbam terra virentem & facientem semen, &c.* Nihil dubito, si hanc legem Deus ab ipso posuisset aquis, hanc illis in perpetuum vim competituram. Sed vt hoc credam à Deo factum, necesse sit alias adferri probationes, vel ex scripturis, vel ecclesiastica traditione. in re tanti momenti solis niti coniecturis, hoc vero nec sobriæ, nec sanæ mentis est, vel sapientiæ. Omnes nos saluari lauacro ablui necesse est, vt salui simus. quid tum? nemo hoc Catholicorum negat: negant nonnulli nouatores. Huic sacro baptismati, totique sacratissimæ Trinitati sage renunciant. hoc quoque fatemur, & id eo cunctis supplicis dignissimas, & scelus earum atrocissimum profiteremur. quid inde consequitur? Odere idcirco illas aquæ & exspuunt onus molestum. credo, vt aquæ viuæ cadauera: sed fors hoc propter aquæ & æris copiam, quæ in cadauera se insinuauit. Viua corpora mergerentur, non supernatarent. Verum audio hoc fieri, quia sagas aqua prodere mauult, quam celare crimen. & sic

& sic quasi prætonem agit. scio creaturas omnes laudare Deum & gloriam Dei enarrare: sed hoc non faciunt, eo modo quo loque sue iussit Achanum dare Deo gloriam; non quo Pharisei id à cæco nato exigebant; sed sua pulchritudine, ornatu, vtilitate, & efficacia, quam ipsis Deus tribuit, opificis & creatoris sui bonitatem, sapientiæ, diuitias & potentiam hominibus annunciant. Illa vero cōfessio & indicatio, & vt ita dicā præconiū sine maius accusatio, quam confingit Scribonius sacris litteris, conciliis, Patribus & Ecclesiasticis monumentis noua est, & inaudita: quare nec verosimilis, nec credibilis, nec rata, scilicet alia nobis media Deus non reliquit, ad explorandam veritatem. Signum est iniuriam Deo scederis? hoc scimus & credimus dicenti Deo. signum vt credamus eandem esse scederis violati, postulat? dicitur simile testimonium, & credemus. Das nullum? non credimus istud, qui illud confremur. Deinde non aquæ, quatenus est aqua, vt instrumento, neque vt sigillo, salutem tribuimus nostram, sed quatenus ad aquam accessit forma baptismalis. salubriter illa abluit, quando verbum accessit ad elementum: tunc enim factum est Sacramentum, quod nudum prius erat elementum. Tolle verbum, nec Sacramentum, nec sigillum agnosco, tunc



tunc dicam eque laudem Dei & gloriam nobis annunciari per terram, per aërem, per ignem: & queram cur non hæc æque sagas prodant? cur illis aër spiritum non reddat difficiliorem, & lenta prodit præfocatione? cur non subsidit terra, & mediashaurit, ut sic prodantur? cur non aër illas solo allidit, & vicissim resultu, ut pilas, terra in aërem repercutit? cur ignis illis communem se cum cæteris præbet creaturis? equidem si odio sunt vlli elemento, igni erunt odio. nam ignem illæ præ cæteris elementis odere, & mutua solet esse antipathia ratio. Sunt & alia plura, de quibus sequenti sectione.

SECTIO II.

Excussa sententia & rationes I. C. cuiusdam Catholici.

I. C. quem dicebam, & cuius parco nomini, primum dictum Scribonij de Diabolo sagas sustentante reuicit; censet enim nullum hic esse factum, nullum ministerium, neque operam vllam dæmonis, sed Dei omnipotentis solius per suos ministeriales angelos bonos, id exsequentis (11). Qua in re, quam minus securam sit ingressus viam, mox ostendetur: illud autem ab eo consulte fuit additum his verbis (12) licet sæpe hollitor

n cap. vlti.

nn. 238.

o 7 nn. 239.

sic

fit opportuna locutus, tamé multum intererit *Dausne loquatur an heros*: ideo ne scientie, vel sensuum altitudine potius, quam exercitij Christianæq; charitatis pondere hæc scripsisse videar; totum dependere me à S. matris Ecclesiæ auctoritate profiteor, nihilque quod eidem in vllò aduerfetur, determinate, multo minus obstinate, defendere velle.] Salutarem profecto clausulam exosculor, & hanc illi mentem gratulor, speroque futurum, ut, cum Ecclesiæ sententiam Canonibus priscis luculenter expressam viderit; cum rationum suarum & imbecillitatem, & communis sententiæ vim atque momenta diligentius perpenderit, libraritque sese illi sit adiunctus, prudentis sane est, communem potius Theologorum & Iuriconsultorum Catholicorum sequi orbitam, quam recentium & Nouatorum ratiunculas, prima specie fucum aliquem acuminis præferentes, amplecti. Maior que apud sinceri iudicij homines auctoritas est, tradita à summis Pontificibus praxis, & doctissimorum totius Europæ virorum scriptis consignatæ, quam aliquot latrunculatorum, vulgi opinionem sequentium periculosa experientia & vsurpationis. Ego nihil in hac tractatione scientiæ exquisitioris vel sensuum altitudinis profiteor; sed tamen studium veritatis, & diligentiam, & lucem nonnullam, pro



ingenij mei tarditate & imperitia scribendi, spondeo. Spero concertatorem, ut vult alios ipsam ab omnibus ferme dissentientem benigne ferre; non aegre laturum, si soli ipsi non consentiam, ut cum tot viris clarissimis & doctissimis conspirem & sentiam.

In primis quod supponit plerosque Iudices hac hodie uti proba: id scio verum non esse nisi fortassis de sola loquatur Germania. Nam in Italia, Hispaniaque (vbi illibata Canonum auctoritas) penitus nulli ea nunc utuntur. In Francia & Belgio, vel nulli omnino, vel ad o pauci, ut eorum ratio habenda non sit; ique non nisi in doctiores, & rurales iudices. In ipsa Germania, doctiores quique hunc usum improbare coeperunt, & illi ipsi, qui nondum deseruerunt, cum scrupulo & anxietate, metuque erroris id faciunt, ut patet ex epistola Westphalorum ad Godelmannum missa, & eius operibus inserta, plerique etiam, ut I. C. illi Germani quos citavi *questione quarta, sectione vltima* testantur, iam paulatim in defuetudinem multis in locis eam abire. Hoc ergo sensu vera est inscriptio operis illius, *hac proba plerosque hodie iudices uti*. Hoc praemissio.

Sententia scriptoris illius (ut eam non minus fide, quam compendiose totam ante oculos proponam) in summa haec est:

Quando

Quando indicia sufficientia ad comprehensionem adsunt, tunc comprehendi debere: (*quod certum est*) quando vero contra incarcerationum vehementiores praesumptiones, (etiam species facti) accederent tales ut communiter ad torturam sufficientes esse possent; tunc non esse confestim quaestioni subiiciendos, sed ad firmitus robur praecedentium indiciorum, probam hanc aqua primitus adhibendam; non ad reum per hanc convincendum, sed praeparandam & munendam torturae viam, & momentum faciendum tanto confidentius p.] Considera (*Lector*) iuxta hanc sententiam duo, primum concedere auctorem, ad poenam sine supplicium inferendam non esse adhibendam hanc probam; sed tantum ad torturam. Deinde quoad torturam, ea non utendum iudicibus ad supplementum quando desunt sufficientia ordinario iure indicia, sed tantum ad conformationem praecedentium indiciorum, alioquin satis validorum ad torturam, idque dumtaxat, ut iudex sic confidentius possit ad torturam procedere. Ex quibus patet primo quam exigua sit & quam non necessaria ad iudicariam inquisitionem haec proba. solum enim prodesset ad torturam, idque non nisi quando iam ad torturam sunt indicia sufficientia: si sunt sufficientia iam non necessitatis res est, sed abundantioris

psicillente
24.



tantum cautelæ, & quasi curiositatis. Rur-
sus, si certum à Deo missum signum est: cur
non vt ad torturam, sic etiam ad condemna-
tionem quoque adhibeatur, eodem modo
verbi gratia, vt confidentius iudex conde-
mnet. Imo maior videretur esse necessitas
huius probæ, quando testimoniis conuicta
sufficenter saga, torturam tolerantia clu-
quam in casu, quo probam aduersarius re-
quirit: adeo vt nisi omni tempore prohibita
hæc foret, tunc potius ea vtendum vide-
retur.

Illud etiam non capio, quod subdunt ple-
rasque è leuioribus indiciis comprehensas,
vbi generali inquisitione facta, nulla quæ
adminicularentur indicia superuenirēt, aut
ante, aut post aquæ probam, purgatione ca-
nonica indicta, ac eiuratione solemnī præ-
missa, per ipsos dimissas esse & restitutas (sic
aiunt num. 28.) bene quod dimiserint: non bene
quod probam tunc instituerint. Nam si tā-
tum erant indicia ad capturam sufficientia:
ius illis non erat, (ex ipsorummet sententia)
cogendi ad hanc probam: tunc enim dum-
taxat asserunt probæ huic esse locum, quan-
do, ad priores illas pro captura, vehemen-
tiores aliæ præsumptiones accederent & in-
surgerent, quæ communiter ad torturam
sufficerent (vt dictum ab ipsis num. 24.) De-
inde, si hæc legitima probæ species est, ad ca-
noni-

nonicam purgationem veniendum mini-
me fuit. cedo enim, vel mergebantur, vel nō.
si mergebantur? cur vt innoxias non soluis?
cur adigis ad vltiora? nonne sat expurga-
ta, quæ Deo iudice expurgata? certe condi-
tio hæc vulgarium huiusmodi purgationū
semper fuit; vt quibus euentus fauisset, ei se
iudex fauitorē exhiberet, absolueretq; , quæ
vel aqua vel ignis absoluisset. Si supernata-
bant: quid adhuc testimoniis egebatis? certe
non nisi, quia probæ vestræ in omnem par-
tem incertitudinem noueratis, non ergo
hæc Dei miraculum est; si incerta, si dubia.
Vos ipsi præiudicio vestro causam præuari-
camini.

Sed addunt (q) experimenta innocentium q num. 29. &
quorundam; qui, cū vellent probare spon- 30.
te sua mergebantur: sicque facti sunt cogna-
tos affinesque suos, quos videbant immerfa-
biles, vere culpæ reos esse: imo & ipsi se accu-
satores ac vindices præbuerunt. Vnumque
narrant exemplum his verbis; E diuerso cō-
tigit vetulam quandam stipite arundineo
nixam (quæ ante complures annos malefi-
cij, vna cum marito & sorore, insimulata &
comprehensa, his supplicio absumptis: illam
quod & leuiore tum contra se quam con-
tra cæteras præsumptiones militarent, pari-
terq; grauida & partui proxima esset; in exi-
lium fuerat relegata, vbi contra identidem
gemi-



" geminatum ac sub pena Magistratus inter-
 " dictū; provincie ac habitationi suæ se intū-
 " lisset) cōprehensum. ac aq̄ ad submergen-
 " dū hoc in. 1594. ad iudicatā, carnificiq; tra-
 " ditā, tanta potētia aquis sese sapius, interdū
 " & vlt̄ ad humeros vidēdā extulisse, & quasi
 " ebullisse, & profuuisse, vt demergēte, & ob-
 " trudēte eā sapius conto carnificis, sub aquis
 " vix cōtineri potuerit: extirigq; tum multo-
 " rū formos, ipsam nisi tanta vehemētia conto
 " per carnificē fuisset depressa, ac in aquis de-
 " tenta, facili & quidē celeriori negotio, quam
 " homini esse possibile, enaturā ac euasurā

nam. 31.

fuisse. Hæc scripto hoc iudicio fret^o (7) ni-
 hil dubitat malefici & cōburendā fuisse: po-
 ti^o quā submergēdā. Ego hic profus hæreo.
 Si cōburenda ergo vult iudiciū sufficere ad
 mortem, & cōtradicti suæ positioni; qua ad

scam. 24.

torturam dumtaxat eo vtendum censuit. Item,
 si conto eam sub aquis carnifex poruit
 detinere & mergere: non igitur Deus hoc
 per suos ministeriales angelos bonos exse-
 quitur, & sagis arceat ac repellit ab aquis, vt
 postea dicit ipse num. 238. Nam quis homi-
 num robur vincat angelorum? si angeli ex-
 pellebant: qui fieri potuit vt conto carni-
 fex, angelis contranitentibus, eam poruerit
 submergere & aquis præforare? Non igitur

num. 32. 33.

et 34.

erat cur dubitaret, & tam multa scripto ille
 meditaretur circa hanc facti speciem (8).
 sed

sed paucis poterat concludere. hic effectus à
 vi naturali non manat; nec à Deo manare
 putandus: non enim Dei voluntas & mini-
 strorum eius efficacitas, in hac vna malefica
 irrita foret, restat, vt vis enatandi extrinseca
 sit, & ab illo; qui hominum gaudet interitu
 ac deceptione; cuius tamen conatus omnes
 à ministris iustitiæ Deus, vt plurimum, pa-
 titur superari. Video hic Dæmonem con-
 temptis conuentis stare, & sagā vndis ex-
 pellentem: video vinci à conto carnificis:
 quid fieri potest? certe digitus Dei hic est,
 carnifici victoriam tribuentis, quia iudiciū
 Dei exequitur. Si hæc & consimilia verissi-
 ma meditata fuisset: non confugisset ad illā
 regulam, qua putat difficultates omnes de-
 cidi & exhauriri (9). Iudices, iudiciis quæ ad
 torturam de iure sufficiunt precedentibus, ^{v n. 35. cum} *seqq.*
 posse in supplementum plenioris & legiti-
 mæ probationis, aquæ probationem, sine
 conscientie læsione ita facere, vt dilucido, &
 stricte licitori mandato, sufficienti inter-
 uallo interiecto, apparere ipsis ac omnibus
 circumstantibus, de natatione vel submersi-
 one delatæ sufficienter possit.] addit & ali-
 as cautelas circa modum. primo hoc inter-
 uallum vnum esse debere, & aliquando laxi-
 us, saltem ad solius iudicis non carnificis ar-
 bitriū distinctum & temperatum: debereq;
 iudicem aduigilare, vt omnis fraus, collusio,



fucus, indiligentia, vel implicatio absit. Cautela hæc bona est, si res ipsa licita foret. Solent enim omnes mergendi & natandi imperiti, sed & periti, dum merguntur; ante quã aquis præfocentur, aliquoties supra aquas capite, & interdum humeris efferri, conante quantum potest natura hominis conseruationem. diligenter itaq; videndum ne quid tale hic eueniat, quod Magiæ adscribatur, vel miraculo. Ideo suspicor addi ab auctore, iudicem omni cura perspicere debere, quid nature qd miraculoso indicio sit tribuendũ, sed frustra sunt cautelę omnes, nec vlla humana prudentia vnquam poterit sanctum efficere, quod, quia illicitum est, vitandum erat. Neq; nunc disputamus, quid iudici faciendum vt hoc iudicium exerceat caute & circumspecte? sed an vllid ei modo liceat exercere?

Quod postea *num. 38.* requirit, non accedere iudicem ad hoc experimentum, nisi vehemētissima, & plusquã ad torturam sufficientia præcesserint indicia: id pugnat cum iis quæ *n. 24. & nu. 35.* dixit sufficere præsumptiones vehementiores, quæ ad torturam communiter sufficerent, si sufficiunt, quę ad torturam sufficiunt, cur nunc requirit plusquam sufficientia? si præcesserunt plusquam sufficientia; quid hac opus probasicut enim ad condemnationem, vbi reus legitime cõ-

uictus,

uictus, vel, ipsa facti notorietate, res luce meridiana clarior est; hæc proba foret superflua (x). Sic etiam, ad torturam superflua *x cap. 2. de probation.* erit; quando sufficientia ad eam habentur indicia. Nec enim superflua inquisitiones iudicibus permittæ sunt, vt docebitur *lib. seq.*

Quod addit *nu. 39.* Discrimen esse inter maleficos & alios criminosos: & in maleficis, propter difficultatem probandi, maiorem licentiam iudicibus concedi, vt scilicet hæc aquę probatio admittatur; in criminibus cæteris non admittatur, sed in iis canonicę & ordinarię purgationes sufficient. item peculiare esse hoc in maleficio, quod licet Panormitan. (quem DD. alii veteres sunt secuti) censuerit in aquę frigidę purgatione supernationem esse documentũ innocentię: tamen in solo crimine maleficii contrarium notandum. id vt gratis dicitur, gratis posset negari, & ex dictis D. Bernard. *sermon. 66. in Cant. in fin.* vbi idem hæresi & hypocrisis tribuitur, falsum apparet. Nobis nunc tamen id est minime negligendũ. ex eo enim pellucere potest vanitas vel proba, vel defensionis eius. Etenim si hæc proba ad condemnationem institueretur post torturam, aliquid forte ad rem pertineret, quod de difficultate probationis in hoc crimine prætextitur. Nam difficultas tota, quæ in hoc crimine peculiaris iudicibus

Pp 5 occur-



occurrit inde nascitur, quod sage plerumque tormenta eludant, per somnum vel indolentiam: ante tormenta vero, ad indicia quae pro tormentis sufficiant, longe plura inuenias momenta contra sagas, quam contra adulteros, vel nefaria veneris reos. plures enim correi sunt sagarum, & hoc erimen non occultius admititur, quam ista quae dixi; in quibus vnicus dumtaxt est confictus, & secreta thalami quaruntur, quodque dici solet, etiam soli & astris reliquis caeculantur. Cum itaque velit auctor hanc probam ad torturam dumtaxt praeferre: non est, quod in hoc sagarum crimine peculiarare ius introducat. Ceterum quod a trateris criminibus non modo hoc excipitur, sed etiam contrariam illi quandam abestrinsecoco conditionem appingit: scilicet et si criminosi alii iuste accusati mergantur, tamen in hoc crimine sagas mergi non posse. hoc certe, si ratione criminis hery, consequeretur eas mergendas; quando de alio crimine (puta furti) accusatae, iuxta ritum illum veterem, de quo Panorm. egit, aquis iniicerentur, si noxae forent: quare igitur, mergentur, nec ne? Si mergendis dicat: contra, sed illam, quam narrauit nu. 30. patet mergam non fuisse, vi ponderis si, sed violentia conti deprimentis: & amen sagam fuisse dixit, & damnatam dixit, quia ex illi
man-

mandatum bis infregerat, atque ita non propter maleficiu. nec enim ratione maleficii ad aquas damnassent, vbi moris est adrogum mitti iuxta leges imperii. Si dicat non mergendas: certe iam sequitur, hanc supernationem non esse introductam duntaxat à Deo, ad dirigendum iudicem, in eius criminis iudicio, de quo disceptatur. tunc enim non ageretur, nec iudex inquireret, an esset rea maleficii, sed an esset rea furti, puta, vel adulterii. In quibus criminibus deciperetur tunc hac proba iudex. Nam dum de furto quarit, si non mergitur (quia saga) certe absoluet eam quae vere furti rea sit, quia non demersa: & ideo à furto immunis censenda. Nec ad rem facit, quod hinc indicium capiet maleficii. Quid si enim nulla concurrerint alia, eo quod etsi saga sit, nulla tamen de ipso suspicio habebatur? certe iudicis officium erit dimittere; quam miraculo Deus sagam esse docuit. Si non dimittit: iniquus erit iudex, qui furti ream, diuino expurgatam iudicio, non dimittit. vides in quot se stimulos conscientiae iniuciant; qui has Nouitatum superstitiones, vulgariaque sequuntur opinamenta. Nunc videamus, quibus rationibus suam probam defendat, & singulis ordine respondere conabor. habentur eius ca. 2. & toto postea c. 4. vbi excursionem vnam prolixissimam ad-



dit, qua narrat & describit Dei providentiam suavissime omnia regentem, & mortalibus optime, ne dæmon illos decipiat, providentem; & per angelos custodes etiam singulorum elementorum omnium satagentem. hanc quidem probam peragere per eum qui aquæ præest elemento. Multa in iis deducendis accumulatur, non certa, nec probata. Et quamvis omnia forent certa & probata, nihil tamen nos ea premeret. Esto enim Deus impedit ne dæmon nos opprimat ut vult & possit: ergo nullum lædit? vbi Iob? impedit Deus ne nos, ac iudices & magistratus præcipuos ad lubitum decipiat? ergo ne semper & omnes? vbi Achab ore deceptus pseudoprophetarum? vbi Susanna falso crimine damnata? Quod denique dicit *num. 223.* pauciorum miraculorum hodie causam esse, fidei inconstantiam & teporem; ea quidem una est; sed melior alia, quia stabilita iam semel fide minor est, vel nulla necessitas eorum. Et quod *num. 226.* addit opera omnia rerum creaturarum siue bona siue mala Deo esse attribuenda, id nisi sane explicetur, catholicum non est. nam culpæ mala seu opera quibus peccant homines, Deo, qua mala sunt, tribus fides vetat. Sed puto eam de actu naturali tantum, & non morali sensisse.

Primum argu. est, inter alia multa, id quoque à iu-

à iudicis arbitrio pendere, ut probationibus iis pro arbitrio uti possit, quas adhibendas iudicat, & iis credat, quatum iis probatum existimet, ut Hadrian. Imp. censuit. *yl. 3. §. eiusdem D. de testib.* Probationes iudici eatenus esse arbitrarías, ut iis ex legum præscripto sic utatur; ut nullas assumat, quæ iure prohibita sunt, qualis est ista de qua agitur: nullas etiam, quas Deum offendere vel putet, vel putare debeat, qualem istam esse postea ostendam. hoc sane quod de arbitraria iudicis licentia in criminalibus sæpe iactatur, suis cancellis, ex Iuris peritorum sanctionibus, postea libr. sequ. includam, & licentiosam poteram voluntate, pro ratione abutentium, frenis velut infranctum animai constringendam moderandamque docebo.

2. *Argumentum* præsupponit iure canonico non prohibitam esse hanc purgationem *z. arg. l. neo in crimine maleficii.* quia ius canonicum *non. 28. §. quod eis. in non dicit expresse, non licere in hoc crimine verb. sed si ne hac proba uti; & quæ expresse prohibita non sunt, illa stare non prohibentur (z). leges non tum quia crescente delicto modus pænæ & prohibeant tormentorum debet crescere (4). Ex hoc D. ex quib. fundamentis sic argumentatur. Hoc crimen quotidie augescere videmus, licet integri iudicii genera veritatis inquirenda inveniuntur nova non prohibita, quod probat *ti. D. de multis DD. dictis generalibus. Resp. Fundamen-**



mentum præsuppositum esse vanum, falsumque. Quia sic posset probare in maleficii crimine ad eruendam veritatem, etiam duellum indici à Principe posse. Nam nec duellum in maleficii crimine indici, est iure prohibitum, expresse facta mentione maleficii. sic posset de ferri candentis proba hoc idem inferre. Sed cum in his pateat, illam omnem huiusmodi non esse faciendam; satis apparet, nec de aquæ frigidæ proba, hoc dici posse. Sicut ergo duellum fieri non potest ad probationem maleficii, idcirco duntaxat; quia duellum fieri generaliter prohibitum fuit; non poterit etiam hæc proba adhiberi, propter eandem generalem prohibitionem. Nec enim solent leges purgationem aliquam prohibentes addere, ut nō liceat ea uti in tali, & tali crimine; sed simpliciter vetant ea uti, quia qui generaliter prohibet, omni in re id prohibet; qui furari, is prohibet aurum, argentum, ferrum furari; qui candente ferro experiri prohibet, is prohibet experiri in omni casu, quo ratio prohibitionis procedit. Qui ergo prohibet canon uti iudicem probatione aquæ frigidæ, prohibet ea uti in omni crimine, quia nullum est crimen, in quo prohibitionis ratio æque non militet. ea enim hic est, quia superstitiosum & incertum, & cum Dei tentatione coniunctum est hoc genus

nus probationis; ut ipsimet Canones indicant, citati superiore questione quarta, *sect. 3. in fin. (b) & sect. 4. (c)* quibus diserte & annullantur tales purgationes aquæ frigidæ, & prohibentur litigantes eas præstare, & iudices prohibentur postulare: Et Doctores omnes tam Theologi, quam Iurisconsulti ad vnam hanc accipere, ut generale prohibitionem, neque putarunt sibi vllum crimen excipiendum, neque vquam de maleficio excipiendum, in hunc versus diem vel somniarunt; quia vidbant prohibitionis rationem æqualem in maleficio, atque in cæteris criminibus. Generaliter & sine criminis vllius exceptione (nullo enim addunt) locuti sunt Theologi, Jurisprætique. *D. Thom. in 2. 2. q. 95. a. 8. in ad. 3. & ibi Caietan. D. Antonin. 4. p. tit. 15. ca. 34. §. 2. Binsfeld. 2. p. de confess. maleficor. qu. 1. post vlt. conclus. cul. Abbas in c. li. et in fin. ne cleric. vel monach. Matt. de afflict. ad lib. 2. Constitut. Regni tit. 31. Turecremat. in d. cap. consulisti. Abb. & Ancaran. in cap. fin. de purgat. vulg. (vbi bene loquitur) And. Alciat. in Compend. iudiciarii processu. Ludov. Damhauderius in præct. crim. c. 43. Nauarr. c. 11. Manual. n. 39. Nicola. Remig. lib. 3. Damonolat. cap. 9. And. Gall. li. 2. de pace publica c. 7. n. 24. (vbi sicut & Ancar. expressè addit, esse mortale peccatum) Ioan. Asthu. admo. ad iudi. iur. tenuere Joachim. à Beuss, Borcbolt, Venator. & alii citati à Godelm. d. c. 4. n. 23.*



n. 23. & n. 27. qui addit hęc cōmunem DD. sententia approbati quoq; ab omnib. facultatibus Iuridicis Academiarum Germaniæ. Sane cum canones sic expresse loquantur, & generatim ab omnibus DD. intelligantur (nec enim vel vnum Theologum Catholicum, vel vnum Iurifconsul. pro se adducunt aduersarii. Curia eius in feud. tantum meminit mortis p̄fici, non vero eum laudat vel probat) nonne ab Academiarum & Doctorum recedere communi consensu, canonum innixio & menti & verbis, propter leuiculas rationes, & temerarium & inconsultum est admodum? Frustra igitur sibi hoc effugio blandiuntur. satis enim expressa est prohibitio canonum. Quia negatio malignantis est nature, & vniuersim destruit, quicquid eam subsequitur. Modus p̄næ augetur cum delicto; quando legibus ille modus non aduersatur: hunc aduersari iam palam est. Hac vite fracta, cedo alteram.

3. argumentum simile est sequentibus, quæ omnia multum habent verborum sed parum stringunt: reducam analytice ad sua enthymemata vel syllogismos, sic enim vniuersi rationationum optime intelligitur, & fucus omnis remouetur. tertii ergo argumenti summa hęc est. Iudices possunt & debent eam adhibere p̄nam quæ rei maxime metuit, & propter quæ ipsi aliiq; exemplo terri-

ti est.

ti efficacius à delicto deterrebuntur: huiusmodi, quo ad maleficas, sunt ignis & aqua. ergo his elementis iudicibus in hoc crimine potissimum vtendum. Resp. primo si quid hoc argumentum valeret, probaret etiam de ferro candenti: de quo tamen id nec ipse aduersarius asserit: quod si asserit; nonne dd. omnibus Canonibus, & aliis quoq; (d) manifeste se opponit. quod cuius modestie sit, ipse viderit. Si quid etiam valeret; probaret non in maleficis tantum, sed & in homicidis, & in aliis criminibus: quod tamen aduersarius in aliis negat. Ignis enim tormentum maxime metuendum est tam latroni, quam Lamie. Præterea quæro, cur aquam magis metuant Lamie quam fideiulas & eculeum: quia (inquit) illi queunt resistere, huic non queunt. Sed cur huic queunt? Deus (inquit) non permittit. Vnde nosti? experientia. sic semper principum petitur. Secundo respondeo, Maiorem absolute falsam esse, si sit propositio vniuersalis, adhiberi enim non possunt à iudicibus p̄næ, quibus iura vel legitime consuetudines non suffragantur: hæc vero aquæ frigida usurpatio, Dei tentatrix est, & iuri aduersatur, ac proinde vsus eius corruptela est, non consuetudo. Si negat vniuersalem esse propositionem: corrui syllogismus, quia peccat in modo.

d d. c. Man-
nam in si-
d. c. consu-
luisi. d. c.
ex tuarum
d. c. senten-
tiam. & ca.
fin. de pur-
gat. vulg.

Tom. 2.

Q9

QUAT-



Quartum argumentum. Ad veritatem indagandam vti debent iudices modo qui magis fauet vtilitati publicæ. talis est hæc proba. igitur ea vtendum Min. probatur: quia tendit ad conseruationem publicæ vtilitatis, ad salutem ac reconciliationem humani generis, omniumque terræ fructuū prouentum. *Resp.* Minorem falsam esse: probationē vero eius supponere, quod erat probandum. Non enim quaritur; an maleficæ quæ veræ maleficæ sunt, & quas esse iudici constat, puniendæ? item an iudex modis legitimis quibuslibet vti possit? constat enim affirmatiua horum pars, sed quaritur, an iste modus sit legitimus. & in hoc fallitur scriptor ille. quia putat, vt actus aliquis sit legitimus & bonus; sufficere, si per eum quis ad bonum finem tendit. Nonne bonum ergo sanitatem conferre, sane si finem spectes? sed si per maleficium conferas, vel vt per fornicationem aut aliud peccatum eo tendat, actus erit malus, & lethalis. cur? nonne ad finem bonum tendebat? ita, sed per medium non bonum. Idem hic assero bonum ad finem tendere iudices hos; sed peccare. quia per mala media, nempe superstitionem & tentationem Dei. Præterea hoc quoque argumentū laborat vitio, quo præcedens. dum plus probat, quam intēdit; nihil probat. ad eundem enim finē tenderet iudex

iudex per duelli, vel ferri candēis purgationem: & tamen hoc ei non licet.

Quinto. constat experientia sagas probam aquæ maxime vereri & detestari, eo quod sciant se sic detegendas: verisimile ergo est illas tali iudicio conuictas, nō auras subire eculeum, vel saltem in eo non negaturas, quod ante in aquis coram omnibus palam fecerant. *Resp.* consequentiam hanc nihil valere. Deinde, si hanc maxime detestatur; quomodo solent se illæ huic probe offerre tam frequenter? Item, vnde scit certo, se sic detegendas? nisi quia pacti sibi talis consciæ sunt. Si pacti consciæ; sit hoc igitur demonis opera, quod aduersarius negat. Denique potius crediderim, illas tunc libentius eculeum subituras, & tormēta peritacius laturas, vt tolerantia diluant præcedēs aquæ iudicium. sic enim cassum redituræ conatum illum improbi iudicis.

Sexto. Indicia depositionis & denunciationis sociorum & complicum, incerta sunt & fallacia: ergo potest iudex ad eorum robur hanc probam adiicere. Anteced. probatur tum quia malefici potentiores solent se laruis obtegere: tum quia Diabolus potest innocentiū vultus in conuētibz exhibere tū quia conuentus tales incerti, & imaginarij sunt. *Resp.* Primo nec conuentus esse imaginarios & incertos omnes: cōtrariū docui



supra lib. 2. nec omnes semper lauari inter-
sunt, vt etiam illic docui. nec diabolus à
Deo in hoc crimine permittitur innocen-
tes exhibere, vt etiam docui, *eodem lib. 2.* sic
falsum antecedens. Sed si illud concedere-
rem, & nunc pro confesso haberem; inde
tamen non sequeretur illatio illa. Possunt
enim illa indicia, aliis legitimis indiciis ro-
borari (de quibus agitur *lib. sequenti;*) & vt
nulla forent indicia legitima alia, præstaret
reum nocentem absolui, quam ex prohibi-
tis indiciis & illegitima probatione con-
demnari, teste Stephano Pontifice (e). De-
nique hoc argumentum etiam probaret, de
omni vulgari purgatione.

*e in d. e. co-
sulisti.*

Septimum argumentum ex verbis D. Bins-
feldii contra eius mentem, non dicam calu-
mniöse, certe non omnino candide, detor-
zum & contextū est; quib³, vir ille & doctus
& pius, iudices ad puniendum maleficium
istud hortatur; & probat in hoc crimine
plus deferendū testimonio complicum, q̄
in cæteris criminibus: ex his concludit ad-
uersarius, hæc ergo probā recipiendā: quia
hæc proba est certior illis testimoniis. *Resp.*
nec esse certiorē, sed incertiorē; quia nul-
lus homo tā mendax, q̄ Diabolus, cuius hæc
p̄ba pacto nititur: nec ad rē ptinere certior
sit nec ne. Ratio enim dissimilis valde est ha-
rū probationū. testimoniorū probatio di-
uino,

uino, naturali, & positiuo iure nititur:
proba hæc, vt iam sæpe dictum; sed sequi se-
ctiōne probandum; omni iuri repugnat.

Octauū argumentū teste Binsfeldio, indi-
ciū homicidii ex cadauere sanguinante co-
ram occisore petitū, videtur soli diuino mi-
raculo adscribendū: ergo sentiendum simi-
liter de sagis supernatantibus. *Resp.* quid de
antecedente sentiā, hoc opere non semel me
indicasse; sed esto, sit adscribendū miraculo:
an eadē ratio huius proba? dicis. nō probas,
Ego qui nego, discrimē dabo. Nulla in san-
guinis illa missione causa subest suspicionis,
de pacto cū dæmone: nihil illic miscetur su-
perstitiosi: non queritur illic à Deo signū, &
proinde, nec Deus tentatur: quæ omnia re-
periri in p̄ba frigida docebit sequēs sectiō.

Nonū argumentū ait inconuincibile esse, si
diligēter aduertatur: aduertat igitur quæso
(lector) mecum, & herbam para, quam victi
victori porrigamus. Sed quid hoc cæan mon-
tes parturiuerit? certe nihil hic reperio à nu-
me. 67. vsque ad num. 70. quod vim habeat
argumenti, nisi istud: iudices à maleficis, in
iis quæ ad iudicium eiusque ordinem per-
tinent, nec lædi nec impediri possunt. Dæ-
mon ab initio mundi semper omnia cona-
tus fuit & conatur, ne malefici puniantur,
& vt amassios suos eripiat iudicibus: ideoq;
persuaserat olim omnia, quæ fatentur, illu-
sarum



sarum mentium esse somnia: sicque confectus diu fuit, vt impunitate & contemptu iudicium, mire numerus cresceret reorum. Eadem ex causa tam maleficæ, quam demon summopere vellent lædere, & exterminare omnes iudices: quod nequeant, fit, quia Deus non finit; cuius potestas est infinita, demonis finita. si ergo tantopere Deus potestatem suam ostendit in defensione & tutela iudicium in hoc crimine; quare nõ idẽ plane volet & operabitur Deus circa executionẽ huius aquatilis p̄bæ; q̄ quasi index est, & minister ad huius maleficialis hæresos veritatẽ retegẽdam ac agnoscendam? Sic, n. ille cõcludit, ex p̄missis quas narrauit breuiter, hoc ait: Deus potestati suã ostendit in tuẽdis iudicibus cõtra dæmonum & maleficorũ insidias, vult igitur eã ostẽdere quoq; in crimine eorum detegendo. *Resp.* Quid, si negem consequentiam, & dicam argumentum à pure particularibus procedere? Deus hoc facit, ergo & istud vult. Si dicas probari cõsequẽtiam: quia vt decet Deũ iudices tueri, ne lædantur: sic decet eos dirigere ne fallantur. *Resp.* nunq̄ illos falli, quãdo vsi sunt modis & medijs à iure cõp̄batis. Nõ, n. fallitur iudex, q̄ nocentẽ absoluit, quẽ acta docent innocẽtẽ, vel nõ docent nocentẽ. Nũquã falli, soli Dei est, neq; hoc iudicis humanis cõpetit. Præt̄: rea multa crimina sepe
Deus

Deus vult in sequenti sæculo in solidũ puniri: ideo ea p̄mittit hic latere. At reip̄. melius consultũ si deprehẽdatur sane. sed an Deus semper q̄ singulis rebus pub. vtilius; id facere tenetur? Quid si illas punire velit? Possim et̄ dicere, vtilitatẽ illam reip̄. honori diuino cedere; hũc sepe exposcere, vt crimina quẽdã futura vltimo iudicio seruẽtur expiãda. Nõne eodẽ argumẽto idẽ de furib; probẽ & ficiariis? Deus potestati suã ostendit in iudicib; & ministris aliis iustitiæ tuendis, vt exiguo numero aliquãdo & plures & ferociores cõprehẽdãt, eorumq; vt et̄ gladios: ergo et̄ volet hæc prouidẽtiã suã extẽdere ad criminis eorũ detectionẽ. Deniq; nõ semper iudicia hæc sine omni impedimẽto p̄cedũt vel læsione iudicũ, aut ministrorũ iustitiæ, vt docet lib. 3. Ecce, quam leui manu & breui falcicula, stuppeus arietis tam inuicti funis discissus, machinam exarmavit.

Decimum, fors consultoria permittitur; quatuor conditionibus concurrentibus: hæc proba est quãdam fors consultoria, & in ea inueniuntur conditiones quatuor illæ. nam non fit in electionibus Ecclesiasticis; sed fit in rebus Spiritualibus & ad animæ salutem pertinentibus; & fit cum reuerentia, & ex necessitate, defectu aliarũ p̄bationũ. poterit igitur hac iudex vti. *Resp.* Hæc sortem non esse cõsultoriã, sed diuinatoriã.



nam consultoria fors quærit, quid agendum vel iudicandum sit; hocque de futuro: diuinatoria, quid euenturum sit, vel quid factum latens. In hac proba vero non quæritur de futuro, neque de eo quid faciendum; sed tantum de præterito siue de culpa & commissio non aperto. Diuinatoria, igitur hæc fors foret. Prohibita ergo hæc proba, vt ceteræ sortes diuinatoriæ. imo & consultoriæ sortes hodie prohibitæ sunt, nec permittit nos Deus voluntatem suam per extraordinaria, & iure Ecclesiastico vel S. S. non approbata media inuestigare. (f). Vide quæ dixi sup. cap. 2. q. 7. sect. 4. Neq; hic adsunt quatuor illæ conditiones. nam deest necessitas (g).

f. tex. in ca. sortes. 26. q. 5. vt docui sup. sect. 1. h. p. 2. q. 2.

Vndecimum (h), mallei malef. auctor ex Scoto dicit licere vti absque Mortali ad tollendum maleficium remediis vanis & superstitionis, dummodo sine alio maleficio fiant: & desit omne pactum cum dæmonibus, etiam implicitum; quia hoc est destruere opera diaboli, quod est laudabile. Hubertinus & Goffredus putant maleficia posse per eandem artem destrui, per quam facta sunt. Imp. etiam in leg. eorum C. de malef. & mathem. permittit maleficia quæ in bonum finem diriguntur, nempe ad salutem hominum, &c. Cum igitur in hac proba desit pactum omnne, desit etiã maleficium: licebit iudici ea vti, etiã si aliquid superstitionis admisceretur.

Resp.

Respon. in primis hic non agi de maleficij destructione, sed tantum de probatione maleficij commisi: & proinde hic opus diaboli non destrui, sed tantum indicari. Deinde pactum hic non abesse. Imper. quoque illam constitutionem (nisi dicas eam tantum toleranter loqui, non verò approbatiue) iniquam esse, & diuino iuri contrariam, quia ius diuinum omne maleficium prohibuit: nec enim faciendæ sunt mala, vt eueniant bona. Hubertini verò, Goffredi, & vt videtur Mallei malef. opinionem, nos libro 6. copiosè refuturos, quæ sane, quoad destructionem maleficij per maleficium, est erronea (i): quoad destructionem per superstitionem tantum media, temeraria est, vt minimum; quia superstitio semper est in vitio & peccato, nec vnquam licita (k) dicitur: Nec Scotus aliud dixit, in 4. distinct. 34. quaestione vni. vbi hoc tractat, quam licere maleficia, signum tollendo, destruere: quod vero superstitionis & vanis vti remediis liceat, Scot. non dicit, sed de hac re dicentur aliàs plura lib. 6.

Duodecimum est, omnia quæ ab hominibus fiunt, ab intentione eorum ita iudicanda, vt si intentio bona sit & doli expert, peccato vacua sit actio. quia peccata non sunt, si voluntaria non sunt: ideo si index putans hoc sibi licere, bona intentione & citra dolum ad veritatem

i. art. Paris. 5. & 6. k. vide D. Tho. 2. 2. q. 95. & qua diximus l. 1. c. 1. & d. ar. Pari. 5. tex. Leui. 19. & 20. & c. admonent. 26. q. 2. ca. nec mirum 26. q. 5.



Idē arb. iud. q. 6.

ritatem inueniendam hoc vtatur remedio, vel nihil, vel parum peccare. Confirmatur 1. quia in rebus quæ ad fidem non pertinent falli, vel nullum, vel paruum est peccatum. Confirmatur 2. hoc argumentum, quia iudices, teste Menochio (1), duplex arbitrium habent, vnum astrictum & ligatum, alterum liberum & plenum, quod dici potest concessio ab homine vel lege facta qua possit iudex semoto iure, æquitate & ratione, sed proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, quod placuerit statuere. Confir. tertia, tum quia alioqui facile sagæ, sine hoc probæ genere, iudicia eludent: & experientia docet illas nulla Canonica purgatione meliores fieri: tum quia iudicibus adimitur vnica ratio certi aliquid statuendi, & sic molestiis & scrupulis innumeris inuoluuntur. Ex his omnibus à numero 82. vsque ad 91. concludit vix vllum vel neglectæ legis, canonice, vel temeratæ religionis piaculum pertimescendum esse illi iudici, qui proprio ductus appetitu, à dolo tamen alieno, ac pleno illo arbitrio, vtitur cognoscendæ per hanc probam veritatis.

Respondeo, plurima hic occurrunt discutienda, quorum iam pars explicata, pars fufius explicabitur lib. sequent. Inprimis illa regula, vt sit Theologica doctrinæ consentanea sane est intelligenda; quæ à sola intentione

tione peccati petit rationem. Nam cū peccatū sit triplex, infirmitatis, malitiæ, & ignorantie (m); illud quod ex ignorantia committitur, bona cum intentione committi potest, & peccatum tamen esse (n), vt accidere certū est, quando vincibilis ignorantia est: tunc enim bonam intentionē: non prorsus excusare eum, qui facit, quod scire debuit, sibi non licere; certius est quam vt probari nūc à me debeat (o). Solū quod ab ignorantia omnino inuincibili sit, caret omni peccato. quia censetur omnino inuoluntariū: vincibilis solū modo minuit peccatū. affectata vero auget, efficit n. vt sit peccatū ex malitia. considerandū itaq; qualiter ignoret iudex, sibi hac proba vt non licere. Si hoc scire, & discere expresse noluit, tunc ignorantia directè affectauit: si vero aduertens vel facile potens aduertere se discere posse ac teneri, occasionem tamen discendi oblatam neglexit; indirectè tunc laborat ignorantia affectata: & sicut prior est expresse peccatum malitiæ: sic posterior implicitè, & interpretatiuè eodem recidit. totiesque sic peccatur quoties vel directè, vel indirectè, quando se discendi iterum occasio obtulit, discere vel expresse noluit vel neglexit (p). Quæ in iudicibus locum habent, quia hoc addiscere tenentur: eo ipso enim quod iudices sunt tenentur scire, quæ officium iudicandi exigunt.

m D. Greg. l. 26. moral. c. 16. D. Tho 1. 2. q. 76. n. Act. 3. v. 17. o vide Din. Tho. & ibi Medin. l. 2. q. 74. art. 5. & d. q. 76. ar. 2. Schol. in 2. d. 22. Valen. disp. 2. q. 3. pñct. 6. & q. 5. p Barr. Medina. l. 2. q. 94. art. 2.

tenen-



tenenturque, qui rudiores sunt, consilium petere à doctis & piis viris. quare cum hoc negligunt, à supina ignorantia excusari non possunt, cum tam facili negotio, consulendo Academicas Facultates, hoc queat discere. Quod si tamen aliquis contenderet rem hanc esse difficilem cognitu (que meae quidem sententia facilis est cognitu, quia sufficienter à summis Pontificibus decisa) & iudex adhibuisset aliquam diligentiam ad sciendum, non tamen omnem quam adhibere poterat & ratione difficultatis rei, & status sui, tenebatur adhuc ignorantia erit vincibilis, & proinde cum peccato, quia talis ignorantia non tollit voluntarium. Quando autem quis diligentiam sufficientem dicendus adhibuisse, hoc alterius & prolixæ disputationis est (q). Nobis sufficit, illud fundamentum subuertisse quo supponebatur ab aduersario, solâ intentionem bonam sufficere, ne quis peccet faciendo, quod facere non oportuit. Ad q. 18. Sor. in Conf. 1. Resp. eam esse falsam. Quia etiam falsi in iis quæ pertinent ad mores, & præcepta Decalogi, potest esse Mortales: si quis fallatur propter ignorantiam rerum, quas sub M. tenebatur scire, ut tenentes iudices ad ea, quæ ad officium eorum spectant, & graue continent præiudicium, ut in nostro casu; cumque omnis error voluntarius quarumcunque rerum, semper sit peccatum ex cõmuniore & veriore

q. Videtur
tur Visto.
in Rel. de
Indis n. 9.
Veg. li. 6. in
Con. Trid. 1.
q. 18. Sor. in
Conf. 1. Resp.
q. d. 5. ar. 2.
q. vni. Ban-
nes 2. 2. qu.
do. 6. 2. dub.
to. Valen. 3.
punct. 1. An
gl. in 2. d.
27. q. 2. a. 2.

veriore sententia, contra Durandum; sequitur, quo error periculosior fuerit & maioris detrimenti, hoc futurum peccatum erroris grauius. hic autem detrimenti est maximi, quia fouet superstitionem, tentat Deum, & proximo grauissimam infert iniuriam. Ad secund. Respondeo. Iudices qui tali arbitrio libero & pleno vtuntur; non iudices esse, sed tyrannos, utpote, quibus in corde illud

Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas:

Et qui iubent potius, quam cognoscunt, id eoque regnant potius, quam iudicant. Vtine vnquam ab vilo homine vel à lege facta hæc laxa concessio, ut ipsi liceat solo vacare dolo: ceterum seponere ius, & equitatem & rationem, proprium vero sequi appetitum, & sic quodcunque placuerit iudicio statueret? Deus bone, quo talia iudicia deciderunt? hæcne licentiam tribui ab hominibus Christianis? qui ius & æquitatem remouet, nonne iustitiam tollit, quæ omnis vel benigna æquitate, vel rigido iure fulcitur? æquum bonumque naturalis est iuris; hoc tollis, si ab æquo bonoque & iure simul iudicem permittis abire. Non hominis, sed Dei iudicia iudices iudicare Rex ille Israël, vere dicebat; hominis est arbitrium sequi rationis, quæ nos à belluis discriminat, & rationatione præcedente imperare humanis affe-



affectibus, qui quod contra legis præscriptū
sæpe nituntur: ideo iudices nolebat huma-
num sequi iudicium, sed diuinum: quia iu-
dicandi leges acceperant à Deo Iudæi, ideo
qui secundum illas iudicabat, memor erat
se Dei iudicare iudicium. Aduersarij ne ho-
minis quidem iudicium amplectuntur, sed
belluarum: hominis est rationem nunquam
semouere, belluarum est appetitum sequi.
qui ergo iudici, semota ratione, proprio du-
ci appetitu, permittunt, nonne bestiam, nõ
hominem iudicatorio tribunali imponunt?
Non, non, legibus contemptis; qui iudicat à
Deo iudicabitur. Princeps es, & legis con-
denda habes auctoritatem? iustis quas tuli-
sti legibus, pare non metu pœnæ quam præ-
fixisti (hanc nemo à Deo exposcet) sed metu
legi diuinæ, metu legis naturæ, amore ho-
nestatis, & decoris & laudis. Nullus est Prin-
ceps, qui Dei lege aut iure naturæ absolua-
tur, aut hoc ius, hanc æquitatem possit, sine
peccato, transgredi iudicando. Principe iu-
dices inferiores, supremi quidem illi, & qui
Principis immediatè gerunt vicem; dum
contra legis mentem non tendant; possunt
verborum proprietatem extensione, vel re-
strictione labefactare: alij his inferiores, & à
quibus ordinaria solet appellatio, saltem in
ciuilibus esse, illi verbis etiam legis adstrin-
guntur: si cõtra ea iudicant, peccare censendi,

di, ex communi Theolog. sententia (r). No-
tari digna sunt illa D. Augusti. In istis tem-
poralibus legibus, quanquam de iis homi-
nes iudicent, cum eas instituerunt: cum ta-
men fuerint instituta & firmata, non lice-
bit iudicibus de iis iudicare, sed secundum
easdem s.] D. Gregor. etiam scribit à iudici-
bus iura diuina humanaque reuoluenda, &
& cum reuoluerint, secundum id quod illis
constitutum est, iudicandum (r) & addit ex-
emplum Moysi, qui querelas populi semper
ad Domini tabernaculum ingressus refere-
bat, & iuxta quod Dominus imperabat iu-
dicia proponebat. Nimirum (ait) nos iusti-
tuens, vt non ex corde nostro, sed ex præce-
pto diuino sententiam proferamus. Hoc te-
nebantur sequi præcepto Dei iudices Israë-
lis, qui iudicare iubentur, iuxta legem eis à
Deo per Mosem datã (v), imo & regi ipsi
eadem necessitas incumberebat (x). Sane apud
Romanos testatur Asconius solitos indices
iusiurandũ in leges prestare, quod illis solemn-
i formula præiretur. Nihil autẽ perniciosius,
nihil periculosius semper iudicatum, quã si
affectui indulgere iudex permittratur: appe-
titus verò semotus à ratione, nihilo passio-
ne & affectu melior est. Absit ergo à Deum
timentium mentibus, absit à Christianis sub-
sellis talis arbitrij plenitudo, qualis in cõ-
firmatione proponebatur. Ad 3. cons. Respon.
Præsta-

r D. Tho. 1.
2. q. 96. &
ibi Med. 2.
2. q. 6. art. 5.
& ibi Ban.
& Aragon.
& Sor. Itẽ
Cate. in sũ.
verb. Index
Nauar. Ma-
nual. ca. 25.
n. 5. & 13.
s. li. de vera
relig. c. 31.
t. c. summo-
pere 11. q. 3.
v Deut. 17.
ver. 10.
x d. cap. 17.
ver. 19.



Præstare sagas centum nocentes absoluit
 quam vt per talem probationem innocens
 vna mulier condemnetur, vel periclitetur.
 præstare eas absolui sine iudicis peccato, qui
 licita omnia expertus, quam cum peccato &
 superstitione veritatem deprehendere, &
 crimen punire. Quid tibi (ô index) proderit
 si prouinciam criminosis liberaris, animæ
 tuæ dispendium facias? quid tibi prodest be-
 ne consulere aliis, si tibi per peccatum ma-
 le consulueris? At illa deterior fiet dimissa
 tibi non nocebit, sed sibi consequetur illam
 Nemesis sua. De scrupulis quod additur, di-
 cerem lubens, *Trepidauerunt vbi non erat timor.*
 Eximatur semel hic error ex eorum men-
 tibus: erronea conscientia cessabit. docean-
 tur timere superstitionem. doceantur quam
 graue peccatum sit Deum tentare. Docean-
 tur mortale peccatum esse, non obedire Ec-
 clesie (y) ; quæ vniuersum prohibuit vul-
 gares purgationes. Non puto, me hac in re
 falli, vnâ ex causis, cur canonicis & civilibus
 mediis veritatem non assequantur, præci-
 puam esse credo, quod huic superstitionis
 probationi confidant, cæteris, hoc est, iu-
 stitiæ & Deo, diffidant, & ideo eas obeunt
 negligentius. Nonne hoc meretur decipi
 & illudi?

*Vlt. argumentū petiur ex verbis D. Bernardi
 in Cant. Cant. serm. 66. in fin. ex cuius narra-
 tione*

*y Nañar. 5
 n. 15. in fin.
 ver. Sexto
 peccat mor-
 taliter.*

tione colligūt, hunc morem miraculosum,
 & apud veterem Ecclesiam in more positū.
Sed Respon. verba D. Bernardi hoc non pro-
 bare, & D. Bernardi, post Longobardorum
 & Bartarorum in Italiam & Gallias irru-
 ptiones ac imperia diu vixisse, nempe post
 annum 1100. vt antiquior illi auctoritas
 quæcūda fuerit in re, quam ante Bernardum
 Stephanus Papa, & tempore Bernardi Luci-
 tertius, & mox post Bernardū Honorius ter-
 tius damnarunt. Sed nec B. Bern. hanc con-
 suetudinem probat, nec laudat, nec Ecce-
 siasticum morem, sed quorundam tantum
 priuatorum fuisse docet: notandum quoq;
 illos hæreticos de quibus loquitur, fuisse
 Apostolicos & pauperes de Lugduno, & de
 Barulo dictos, verba Bernardi hæc sunt; Pro-
 batum est, mori magis eligunt, quàm con-
 uerti. Plerumq; fideles iniectis manibus ali-
 quos ex eis ad medium traxerūt. Quæsi fi-
 dem, cum de quibus suspecti videbantur, o-
 mnia prorsus suo more negarent, examina-
 ti iudicio a quæ mendaces inuenti sunt. Cū-
 que iam negare non possent, quippe depre-
 hensi aqua eos non recipiente, arrepto, vt
 dicitur freno dentibus, tam miserè quàm li-
 bere impietatem non confessi, sed professi
 sunt, palam pietatem astruentes, & pro ea
 mortem subire parati. Nec minus parati in-
 ferre, qui astabant. Itaque irruens in eos po-
 pulus,



" pulus, novos hæreticis suæ ipsius perfidie
 " martyres dedit. Approbamus Zelû, sed factû
 " non suademus.] Hæc ille, ex quib' patet hoc
 vulgi factum fuisse, & abs Bernardo illud fa-
 & si non approbari. Quomodo approbaret
 Canonû & peritus & obseruantissimus? Re-
 spondi argumentis scriptoris illius Catholici,
 & excepi hastas eius amentatas: nunc vi-
 cissim, communis & veræ sententiæ tela
 torquebo.

SECTIO III

*Proponitur & probatur vera sententia
 negativa.*

EGide iis qui ignari sunt prohibitionis
 Canonû: de alijs sit Cõcl. Peccãti iudices, qui
 ignari prohibitionis Pontificiæ, proba hac aqua frigi-
 da in maleficiû crimine vtuntur.] In conclusione
 hac suppono prohibitam esse probam, quod
 probatû à nobis s̄ (z). Nec valet Solutio ad-
 uersarij, non esse mentem Canonum de hoc
 crimine loqui. Vis enim negatiuæ indefini-
 tæ prohibitionis est vniuersalis. ideoq; præ-
 cepta negatiua semper, vbiq; & omnes ligat:
 vt docent quotquot Decalogum explicant:
 ideo qui dicit; *Non licere vri proba aqua frigida;*
 intelligendus est, de purgatione cuiuslibet cri-
 minis per talem probam. Neque hætenus,
 quod sciam, vllus hanc limitationem cano-
 nuum illorum fominiauit, vt de purgatione
 leuium

*z sect. præc.
 in resp. ad
 z. arg.*

leuium tantum criminum loquerentur. nec
 modernus iste scriptor tantæ adhuc est au-
 thoritatis, vt eius interpretatio contra rece-
 ptam hætenus sententiam sit admittenda.

Concl. cõmunis est vt superius probauimus.

Probatur primò. Quia peccatum est di-
 ctum, factum vel concupitum contra legem
 æternam, vt ait D. Augustin. (a) siue vt ait D.
 Ambrosius (b), Peccatum est legis diuinæ
 prauaricatio, & cœlestium inobedientia
 mandatorum. Inter cetera autem legis diui-
 næ siue æternæ mandata est, vt oues pasto-
 rem suum audiant, & Ecclesiæ capiti obe-
 diant, constatque Catholicis omnibus, ad
 hoc visibile caput Ecclesiæ, pertinere deci-
 sionem rerum fidei, & eorum, quæ à fide
 dependent. Horum ex numero est iudicare,
 quid religionis virtuti repugnet, quid non;
 siue quid supersticiosum sit, quid non sit.
 Cum itaque Pontifex Romanus, visibile ca-
 put Ecclesiæ (fremant hæretici, vt lubet)
 declarauit probam seu purgationem aquæ
 frigidæ supersticiosam esse (c); illi non cre-
 dere & contrarium contendere; est non au-
 dire Ecclesiam, & proinde peccare di-
 gnũque se præbere, vt habeatur, sicut
 Ethnicus & publicanus: & proinde est inci-
 dere in cœlestium præuaricationem manda-
 torum. Si dicas Stephanum Papam memi-
 nisse tantum feruentis aquæ & non frigidæ.

*a li. 22. cõm.
 Faust. D.
 Thom. 1. 2.
 q. 71. art. 6.
 Schol. in 2.
 d 35.
 b de Para-
 diso c. 8.*

*c c. cõsu-
 luiti. 2. q.*

Rr 2 Vrgæ



Urgebo, eandem frigidæ & feruentis esse rationem, quia generaliter ibi subdit pro ratione; Quod S. Patrum documento sancitum non est. *superstitiosa adinuentio non est presumenda.* Igitur Stephano Papæ idcirco hæc probationes superstitiosæ, quia non repertæ in canonibus, non sancitæ S. Patrum documento: sed ab hominibus vulgo præsumptæ. Prostant aduersarij vnum vnus patris documentum hanc probationem approbans: & videbuntur non penitus auctoritate veterum destituti. Præterea Pontifex alius (d) aquæ frigidæ & feruentis simul mentionem faciens, vtramq; vocat *popularem inuentionem*, vtramque dicit factâ *fabricante inuidia* (h. diabolo homini saluti inuidente, vtramque æqualiter detestatur. Aquæ etiam huius frigidæ purgationem Lucius tertius vocat (e) *peregrinum iudicium* (nempe alienum ab Ecclesiæ moribus) & declarat inualidum. Sed & Innocentius tertius iudicauit eandem esse aquæ frigidæ, aquæ feruentis, & ferri candentis prohibitionem (f). Est ergo summorum PP. iudicio hæc proba *inutilis, plebeia inuentionis, peregrinum iudicium, fabricatio inuidiæ, superstitiosa adinuentio, destituta a Patrum documento.* Canonibus improbata. Quædam adfert aduersarius a num. 156. vt probet diuersam esse rationem altarum probationum quæ prohibita. 1. ait illæ subibantur sponte & vltro-

d. c. Memmæ
in fin. 2. q. 5.

e. c. extrin-
sæ de purg.
cano.

f. c. senten-
tiæ sangui-
nis ne cler-
vel monach.

nea oblatione: hæc à iudice iniungitur. Hoc ipse vidit non esse verum. nam ex dicto capite Memmæ & c. vlt. de purg. vulg. patet etiam solitas iniungi à iudice alias, & exempla superius allata docent etiam aquæ probam sponte susceptam. Ideo dicit 2. aduersionem naturalibus remedijs posse per dæmonem impediri: & ideo hanc probam esse incertam. Quali verò non possit etiam, vel ipse sustentare in aquis maleficam, vel aliquid ei supponere quod sustentet. 3. adfert ex malleo maleficar. quod si duellum alicubi potuit permitti, multo magis posse probam ferri candentis: item etiam si peccent duellatores, iudices tamen excusari posse. Respondeo. hæc omnia iam ostensum euidenter esse falsa, vltimo dicit experientiam huic fauere probationi (quod nec semper verum, & etiam olim illis alijs fauebat) & propter Sacramentum Baptismi hanc aquæ esse prærogatiuâ, quod est gratis conicere, & somnare vigilantem, & declinare post Scribonium. Conf. hæc probatio. quia Diuinatoria fors est superstitiosa; sed huiusmodi probatio est quædam species sortis diuinatoriæ, vt docui sect. præcedent. ergo est superstitiosa. Maior est omnium Doctorum, & certa, quia diuinatio est vna species superstitionis. Min. probatur ratione D. Thomæ (g), quia ordinatur ad lu-

Re 3 seruata

g. 2. 2. q. 95.
a. 8. ad. 3.



h d. c. cōsu-
luisi.

seruata. præsupponit enim contraria sententia, nisi per aquam frigidam non posse crimina deprehendi: At si aliter quam per vulgares purgationes inuestigari nequeat, Stephanus V. Papa (h) definit relinquenda illi, qui solus nouit corda filiorum hominum. Et sane temerarium est, laicos iudices occulta peccata scrutari velle, de quibus nec Ecclesiæ licet iudicare: sed ei tantum qui corda & renes scrutatur. Hanc confirmationem cum s. loco insinuasset aduersarius *cap. 1. certe cap. 3.* suo loco non dissoluit. non enim de secretis illis prouidentia diuinæ, & maiestatis gloriæ Dei agitur in argumento, sed tantum de peccatis, quæ via licita, omnibus tentatis, iudex nequiuit deprehendere. Sed videtur eam velle soluere *num. 173.* dicendo diuersam esse rationem priuatorum sic occulta inquiringentium, & iudicum; nam iudices faciunt, vt vicarij Dei & ex officio, priuati ex mera curiositate. Hæc responsio eueritur eo quod canones diserte etiam de iudicijs loquantur, idque tam quo ad magistratus, quam quo ad priuatos prohibent *d. c. consuluisi. d. c. ex tuarum. d. c. Memm. d. c. vlt.* & sanè æqualis vbiq; est supersticio, & Dei tentatio, & in magistratu hæc sunt minus ferenda, minus excusatione digna. Confirmat. 2. hæc probatio: Iure Canonico vulgares omnes purgationes sunt improbatæ, vt patet *ex dd.*

ex dd. canonibus, & communiter Canonistæ i *D. Tho. 2. 2. q. 97. sū. in verb. Tentatio Dei vel tentare Deū Nauar. c. 11 n. 39. & seq. Galē. West capel. catechisi 61. k. ca. vlt. de purg. vulg. d. Tho. d. a. 8. ad 3. & sum. & Nauar. Petrus Anchar. in d. c. vlt. & Binsfeld. d. q. 1. Alex. de Hal. p. 3. q. 45. mem. 3. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 14. pñc. 1. Turpat. recr. ad 1. q. 4. in pñ. n. 3. & c. cōsuluisi ead. q. n. 2. & 3.*
tentatio: Tentatio Dei est peccatum repugnans religioni & primo præcepto Decalogi; sed qui vtitur huiusmodi probatione tentat Deum. ergo hæc probatio est peccatum repugnans religioni. Maior probatur, ex communi sententia DD. (i) Minor vero probatur auctoritate Honorij Pont. qui vulgari purgatione ferri candēdis dicit Deū tentari (k) & quod ille de vna specie asseruit de cæteris quoque vulgaribus probationibus communis DD. schola intellexit (l), eadem enim in omnibus est ratio. quia vel potest illud delictum aliter deprehendi, & tunc nulla adest necessitas: & ideo miraculū petitur à Deo citra necessitatem, quæ est aperta Dei tentatio: vel si non potest sciri alijs medijs illud peccatum, tunc iudex est iniustus, qui de quibus iudicare non potest, eo quod diuino throno sunt reseruata, iudicium usurpat. Sed si bene consideres sententiam contra sententijs scriptoris: semper hic adest Dei tentatio. Etenim vult iudicem non deuenire ad hanc probam, nisi si habeat sufficientiam in dicitia ad torturam, nec ad alium finem, 2. & 3. quam



quam tortura, hanc probatuetur, vide quæ de hac re dixi præced. sect. in princip. Conatur hoc crimen tentationis DEI euadere quia signa & miracula sæpe legimus in S.S. petita ab Abrahamo, eius seruo, Gedeone, cæteris. *Respon.* cum Alex. de Hales, hæc non facta ad imitationem posterorum, sed in significationem & figuram futuri, iuxta illud Apostoli, *1. Cor. 10. ver. 11. omnia hæc in figura continebantur illis.* Quod si figuram non recognoscas, dico speciali spiritus sancti instinctu vel iussione seu reuelatione ea fecisse, nec aliter licere à Deo signum petere (m), iuxta D. Tho. aut magna & euidenti uilitate, vel necessitate id exigente, uerbi gratia, ad gentis alienius conuersionem certo inde subsequituram, ut Apostoli & alij Sancti fecerunt. In nostro uero casu, quia Deus satis multa dedit media legitima ueritatis exploranda, necessitas ista cessat; ut supponit Stephanus Pontifex. Quod attinet ad Achaz: ille per Esaiam reprehensus fuit, eo quod Dei signum oblatum respuerit, ne Deum honore hoc afficeret, q. quid ad rem, que so?

3. *probatuæ cõclusio*, quia hic nõ est miraculosa Dei operatio censenda, sed pactum Magicum cum dæmone: ergo illicitum cooperari iussione sua ad hoc. Probatuæ antecedens, quia hoc promiscue contingit ad projectionem in aquam, quam faciunt iudices

m 2. 2. qu.
178. art. 1.

Catho-

Catholici & hæretici, ut constat; quia maxime hæc pba uiget inter hæreticos: sed hæretici non faciunt uera miracula. Si dicas hoc ad confirmationem fidei ipsorum non fieri. *Resp.* nulla illos unquam facere ad confirmationem fidei: tam ordinaria uero & continua eos facere, ad aliam rem probandam; id nunquam auditum nec credibile. 2. probat. Deus per nullos facit miracula sine necessitate: hic non esse necessitatem idoneam, ostensum est. 3. Miracula Dei nunquam fallunt sed sunt certissima & infallibilia: hæc proba fallit aliquando. *Respon.* (n) hoc fieri fraude & dolo carnificis, uel quia non bene aduertunt iudices & fidem non habent nec satis confidunt Deo; quod tamen erat necessarium ad miraculi patrationem. *Sed contra*, si sit saga (secundum uos) mergi non potest uel humana adhibita: quia nullæ uires humane Angelis bonis ministerialibus possunt resistere: Et tamen n. 31. falsus est eã quæ malefica erat, uel à carnifice demersam: sibi ergo ipsi respõdeat. Itẽ Godelmannus, ex litteris cuiusdã Nobilis Borussia, sex sagas diuersis vicibus, cũ uere cõstaret esse reas, in aquã gelidam colligatis artibus proiectas submersas fuisse (o) & de pluribus hoc idem affirmat Ioan. Althusius (p). Quod etiam aditur de iudiciũ parua seu modica fide; plane impertinens est, illa enim dictis scripturæ

p n. 122.

o li. 3. de la.
mii c. 4. n.

35.
p Admonit.
ad iudicem.

Re 5 locis



locis exigat fiducia in miraculis, quæ ad fidei confirmationem edenda erant; non quæ ad iudicium inquisitiones, & notitiam pertinebant. *Mat. 17. v. 20. Mar. 9. v. 23. & 24.* Quod autem de Sceue filiis *Act. 19.* adfertur, id vel eodem referendum, vel ad id nihil omnino facit. 4. probat hic pactum intervenire, quia cum nec naturali hoc vi contingat, nec miraculosa Dei operatione; restat fieri ex vi pacti cum dæmone; non quidem expliciti vel expressi, tale enim iudicibus nullum nunc puto intercedere (neque aliud probant, quæ multis dicit auctor ille *libri sui c. 3. n. 91.* & quod dicit esse pactum implicitum cum Deo, id iam probatum est esse explicitam Dei tentationem.) Sed dicimus cum primo aliquo iudice pactum explicitum intercessisse dæmoni, ut dæmon ad tale signum proderet occultum & latens crimen; nempe ut, quæ sagæ essent, eas sustineret, ne mergerentur: postea (ut contingit in omnibus huiuscemodi rebus) alii iudices hoc edocti, vi illius primi pacti, idem obtinuerunt, atque ita iam, etiam ignari, ex pacto implicito operantur. Pactum vero hoc implicitum intercedere patet, quia superstitiones omnes nituntur pacto implicito, ut

lib. 2. de doctr. Chri. docet B. August. (9) & cum eo omnes Theol. 20. 22. & 23. & docui c. 2. 7. 5.

Legge D. August. loco illo & seqq. & deprehendes hic, & superstitionem & pactum implicitum versari; quia effectus nec est

nec est causæ naturali adæquatus; nec talis, ut à Deo debeat merito per miraculum expectari. Cum ipsæ sagæ non intercedere quoad hoc vllum dæmonis pactum non male sentit, nec inualide probat ille scriptor à n. 97. Nam in illo exemplo quod ibi narrat clarissime id cernitur, referam eius verbis; Quemadmodum hac adhuc ætate in præfectura Linnensi, Diocæseos inferioris Coloniensis, accidisse dicitur, quod vetula quædam videns duas mulierculas aqua tentatas non subsedisse, sed supernatasse, ipsa ad præfectum loci accurrens, & interpellans, eousque tam ipsum quam ceteros ministros iustitiæ præsentem permouet, volens acerrime instans, ut & ipsa aquis tentaretur: se licet apud populum suspecta admodum sit de hac maleficiali hæresi, iam tamen innocentiam suam per hoc coram populo testatam facere, indignamque hac suspitione publice se eximere velle. Annuit importune eslagitanti præfectus, & ceteri: sed hanc in aquam proiectam euidentius supernatasse, neque ut demergeretur, vel fundam peteret (quæuis id studiose suo motu super aquas tentans) efficere vlla ratione potuisse dicitur. Extracta, ecquid carnifex suorū mēbrorū ipsa esset, interrogatur: potuisse insimulatam hoc effugisse piculū, donec pducto accusatore, necessitas adesset huic retamini. Tādē

con-



” confluentibus iudiciis cōtra eandē cōpluribus, ipsa ante torturam quaerentibus respōdit, amasium suum sibi suasse, vt hoc aq̄ue periculum subiret se illam liberaturum, & in ipsi aquis samam vitam que eius asseruaturum esse. Hac confessione sponte prolata incineranda eadē fuisse, nisi se ipsam in carcere pridie suspendio suffocasset.] Cernit's in hoc exemplo, tacitum pactū, quod operatum in tribus mulierculis, & quoad tertiam praeualuit pacto expresso cum tertia inito. quia volebat dæmon hāc rogo tradi, vel Litem necari, moraliter certus impoenitentem obiturā. Iudices autem isti nō sunt secuti scriptoris illius sententiam, quia non sufficientia habentes iudicia, ad solas muliercula importunas preces, ad hāc purgationem processerunt; atque ideo ex duplici capite grauiter peccarunt. primo quod vsi illicita probatione. Secundo quod precipitanter ea vsi. Sed hinc colligo scriptorē ab aliis iudicibus, qui similiter praxi illa vtuntur dissentire; dum ipse vult, praecedere ante probam debere iudicia ad torturā sufficientia: illi vero putant, à proba cum aliqua diffamatione posse incipi. Qua in re fortassis loquuntur magis cōsentaneae praxi ordinaria illi, sed reprobæ. 5. probatur hoc pactum ex moribus Diaboli. conatur ille Dei miracula effingere. habere conatur suos marty-

martyres, qui sunt hæretici, & inter hos sagz. ideo sicut Deus plerisque suis Martyribus miraculose concessit; vt aquis mergi non possent, in veræ fidei confirmationem: sic Diabolus prestigioso miraculo conatur persuadere hominibus etiam suos Martyres esse immerfabiles: & hoc pacto duo cōsequi conatur. primo vt illa Christi miracula falsa reputentur. 2. vt saltem ipse æqualem cum Deo potestatem habere videatur. & præterea confirmetur in pertinacia pseudomartyres sui, quibus sic persuadet se eos seruaturum in igne, sicut seruauit in aquis. Confirm. hæc ratio, quia si aliqua saga sic iniecta in aquis vere perniteret & animo eiuraret, statim mergeretur, quia pactum cessaret.

4. probatur nostra conel. Non obedire in spiritalibus (cuiusmodi est id de quo agimus) Pontifici maximo, est non obedire Deo, iuxta illud; *Qui vos audit me audit: qui vos spernit, me spernit.* Sed nō obedire voci & iussioni Dei est graue peccatum: ergo vti hac proba est grauiter peccare, cum Pontifex eā prohibuerit, vt probatū initio huius sectionis. Min. probatur verbis Samuelis, *nūquid vult Dominus holocausta & victimas?* (q. d. nūquid magis gaudet Deus cæde & supplicio nocentiū? nam & hi vocantur à prophetis hostiæ & victimæ, vt docui alio loco) & non potius



*21. Reg. 25. potius, vt obediatur voci Domini? (v) (vt non ten-
datis, & iudices, contra Dei prohibitionem.)
9. 22. Melior est enim obedientia quam victima; & au-
scultare magis, quã offerre adipem arietum. (Sua-
uior est Deo odor obedientiæ, & humilis
sensus vestri submissio, quam nidor adusta-
rum ex vetitis probationibus lamiarũ. pur-
ras manus vestras & mentes amat Deus sub-
missas præceptis vicarii sui; non rogos, non
pyras, non enissas miserarum contra cano-
num præcepta examinatarum, dampnata-
rumque.) quoniam quasi peccatum est ariolandi,
repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquie-
scere.] quid accommodatius ad probandum,
hanc probam canonico iure vetitam, ad a-
riolationem sortis diuinatoriæ, & manga-
nicam diuinationem pertinere? Non dici-
mus illie Samuelem de sagis, aut hac proba-
tionẽ locutum, non ita desipimus: sed dici-
mus hoc ab eo probatum; inobedientiam,
quæ sit prætextu alterius boni, Deo ingra-
tam & ariolationi similem esse. hinc inferi-
mus, cum hæc sit inobedientia valde simi-
lis illi Saulis inobedientiæ, vt ostendi: idem
quod illa meruit, mereri nomen, & in ean-
dem classem reduci. Addimus hoc argu-
mentum ab aduersario visum, sed non de-
pullum. lege quæ scripsit à n. 123. vsque ad 127.
& videbis me verum dicere. Quæ vero mox
sequuntur de dæmonũ potestate in corpo-
ribus*

ribus deferendis & similibus ad tẽ nihil pti-
nent. Nam conari negare, vim dæmonum in
corporibus mouendis, vel in eleuãdis, & sus-
tinendis in aqua, id sane foret in philoso-
phiam q̃ solœcismus in Priscianũ. egimus
de his lib. 2. vbi etiam docuimus, vera per Sa-
tanam edi miracula non posse; & hæc eadem
omnia D. Binsfel. breuiter sed solide docue-
rat, ideo contra illum, qui hic miraculũ nul-
lum agnoscit (vt nec ego) tota illa disputa-
tio & λογισμῶν, à n. 128. vsq̃, 149. & quæ por-
ro subduntur; à Deo talem potestatem elu-
dendi iudices dæmoni non permitti, ea pla-
ne non probantur satis. Cogit me aduersa-
rius hic extra chorum nõnihil, vt eum sub-
sequar. Multis enim conatur hic suadere
dæmonem hoc in aquæ elemento non pos-
se: quia dæmon est ex elemento aëris com-
pactus, non aquæ: sed facilius in inuicem o-
perantur & possunt, quæ sunt ex eodem ele-
mẽto compacta: ergo facilius dæmon ope-
ratur in aëre, quam in aqua: ergo non quia
potest corpora sustinere in aëre, ideo potest
in aqua. Resp. hoc tantum probare, quod dif-
filius faciat in aqua. Sed neq; hoc probat.
nã maior argumẽti, dæmonẽ esse cõpactũ ex
corpore aëreo, est erronea, vel saltẽ prorsus
temeraria, & ideo moneo scriptorẽ, vt retra-
ctet, & legat quæ Scholastici ea de re, vel
quæ ex illis & ex PP. optime Molina (s), & sim. p. q. 54
Valen-



Al. de offi. Valencia. Nec ad rem pertinent, quibus fu-
g. c. 1. c. ne se agit, vt ostendat daemones in aqua nihil
innitaris s. miraculi haecenas ostendisse. Non enim fe-
& ibi Abb. quitur alias non fecerunt: ergo nec iuror
& DD. de terant, nec nunc possunt. Et quod dicit. Pri-
Cōsti. fufe scos martyres idcirco diuina virtute super-
Iaf. in aut h. nataffe; id iam nos docuimus sententiā no-
Nonissima stram roborare. Sed neque est verum, nul-
n. 22. C. de los martyres Christi submersione necari
inof. test. potuisse. Legat Surium, legat Baronii Mar-
v Anton. tyrolog. & Annales, inueniet complures a-
Maria Cor- quis suffocatos. nolo immorari; quia hoc
rat. in tract. est. *vd. md. 997. or.*
de comun. s. probatur concl. quia Iudex (t) sine causa
DD. opin. li. sufficiente, & praegnanter recedens à com-
l. 3. inspec. 1. muni sententiā Iuris interpretum perperā
& 2. iudicat, & proinde peccat, vt & Doctor cō-
x. Inec ma- sulēs sine idoneo fundamento contra ill. (v).
gistratib 32. His addimus Corollaria quæ sequuntur ex
de iniur. Kir prædictis. primū iudicē, qui hac p̄ba fuerit
chou. com. vsus, posse cōueniri actione, vt possunt qui
opin. Cent. iniuste aliquem carceri manciparunt (x).
5. concl. 30. 2. Si, cum non adsint alia sufficientia in di-
Godeim. s. cia ad torturam, propter adminiculum hu-
n. 30. ius probationis vulgaris reum subdat tor-
y d. c. sentē- turā Iudex, peccabit, & tenebitur actione
tiam san iniuriarum, vt supra, etiam si reus in tortura
guinis & d. non fateatur. quia iniuriam fecit indebite
ca. ex tuarū. torquendo, vi iudicii à iure improbat (y).
 Quod si reus tormentorum vi confiteatur

ex ea subsecutum nullum, & sententiā irrita
 (z). Et per consequens Iudex talem suppli-
 cio mortis afficiens, homicidij reus est, co-
 ram Deo, quia occidit, quem non habebat
 ius occidendi. Notandum tamen confessa-
 rio, vt diligenter personam iudicis conside-
 ret. Nam si casu aliquo fieret, vt laboraret
 ignorantia inuincibili (quod vix puto posse
 hodie contingere) immunis esset à peccato
 in foro poli: si laborat vincibili, pro magni-
 tudine & probabilitate ignorantiae decre-
 scet peccatum. Hanc puto & veram & secu-
 ram de hac aquæ frigida purgatione sen-
 tentiam.

QVÆSTIO VI.

De quibusdam alijs vulgaribus probis.

QVÆDAM est probatio per ponderā
 & lancem: nam in eadem Germania
 appendunt sagas, & aiunt eas ultra certum
 pondus (nempe libratum 14. vel 15.) depri-
 mēre non posse, quantumuis sint proceræ
 vel obesa. hoc etiam Reckius damnat lib. de
 proba aquæ frigida n. 41. Ego idem de illo
 dicendum puto, quod de alijs vulgaribus
 purgationibus. nempe niti pacto demonia-
 co, superstitiosum esse, & cum Dei tentatio-
 ne coniunctum. Canonibus expresse non
 prohibetur, quia est inuentum planè recens.

a 2.3. fol.
62.

2. Est quoddam sortis seu purgationis
genus per crucem, de quo sit mentio in
Constitut. Caroli Magni (A), ubi iubentur li-
tigantes *cruce*, aut *scuto*, & *fuste* decertare. &
in Capitulari, ubi habes, *campo vel cruce con-
tendant*. Ex his locis crucem fuisse genus ar-
morum quidam volunt. Ego non assentior.
sed puto fuisse genus purgationis per sortes,
quibus se ad crucem aliquam ei manus im-
ponens, vel eam amplectens, quis expurga-
bat. Sanè illis locis cruci, campus hoc est, du-
ellum opponitur. & in testamento Caroli
Magni apud Nauclerum: si accusator con-
tendere voluerit de ipso periurio stent ad
crucem.] *Cruce* ergò contendere, non aliud,
quam *ad crucem stare*. *Stare* verò *ad crucem*
quid sit nescio, nisi id quod dixi. Crucis iudi-
cium etiam Frisones superstitione exerce-
bant, vt docet lex eorum 14. sortes tales esse
debent. duo tali de virga præcisi, quos tenos
vocant: quorum vnus signo crucis innota-
tur, alius purus dimittitur, & lana munda in-
uoluti, super altare seu reliquias mittuntur,
& presbyter si adfuerit, vel si presbyter deest
puer quilibet, vnum de ipsis sortibus de al-
tari tollere debet, & interim Deus exorant-
dus, si illi septem qui de homicidio commis-
so iurauerunt, verum iurassent, evidenti si-
gno ostendat. Si illum qui cruce signatus est
iustulit, tunc vnusquisque illorum septem
faciat

faciat sum sortem, id est, *tenum* de virga, & si-
gnet signo suo, vt eum tam ille, quam ceteri
qui circumstat, cognoscere possint, & ob-
uoluantur lana munda, & altari seu reliquiis
imponantur, & presbyter si adfuerit, si verò
nò, vt superius puer innocens, vnumquemq;
illorù sigillatim de altari tollat, & ei qui sor-
tem suam esse cognouerit, rogat, cuius sor-
tem extremam esse contigerit, ille homici-
dij compositionem persolvere tenetur, ce-
teris, quorum sortes prius leuatae sunt, abso-
luti.] Si ritus etiam communis Francis fuit,
certare cruce non foret aliud, quam sic indici-
o crucis contendere; & *stare ad crucem* so-
ret, conuenire cum aduersario, vt stent am-
bo crucis iudicio. quod forte verius.

3. Huc pertinet sortitio illa quatuor
Constantinopolitani imperij candidato-
rum, Alexio Murziphlo superato, quatuor, Bo-
nifacius Comes Montisferrati, Balduinus
Flandriae Comes, Ericus S. Pauli, & Dandu-
lus dux Venetorum, pacti: vt in æde Aposto-
lorum, pro numero candidatorum, quatuor
calices ordine collocarentur, quorum vnus
solus hostiam sacram contineret, ceteris va-
cuis, eosque totidem Sacerdotibus tradi-
rent, vt ad cuiusque Principis nomen vnum
tollerent, & eis redderent: imperium verò
illi deferretur, cui calix obtigisset Christi
Domini corpus & sanguinem continens.



644 DISQ. MAG. L. IV. C. IV. Q. VI
Sed merito pōst illis pactio ista displicuit
& ius designandi quem vellet, communibus
suffragiis in Dandulum contulerunt. narrat
Nicetas *in sine Annal.*

4. Huc pertinent quidam olim qui res
aliquas abiecerunt, ut ex earum recuperatione
cognoscerent, sibi delicta sua dimissa à Deo.
hoc enim est Deum tentare, nec licet, nisi
habita reuelatione ad hoc faciendum: quod
credendum de S. Attilano Zamorensi, de
quo Marineus Siculus *l. 5. rer. Hispan. & de S.*
Arnulpho ex Lotharingia Principe, Ere-
mita, & Metensi Episcopo, de quo
Fulgolius *lib. 6. c. 9.*

*Hac de cunctis Magia generibus dicta, &
terminus sunt Tomi secundi.*

INDEX

INDEX RERVM
ET VERBORVM
TOMI II.

A.

A RONIS virga,	424.
Abbas tres philtro necati,	29.
Aborsus per maleficia, 62. cum seq.	
Abortivi excisi a magis,	57.
Abraham an Propheta,	256.
Abraham Genethliacos conuicit,	164.
Abrahamij humilitas,	335.
Abraha seruus signum petiit,	374.
Abstracta pro concretis,	272.
Achaz, quo liberos modo per ignem lustravit,	414.
Achatis potus,	426.
Achami furtum,	373.
Acredula pranotio,	474.
Acus per cutem prodeuntes, &c.	94.
S. Adalbertus,	360.
S. Adalberti anathema falsum, quod est Adel- berti heretici,	212.
Adolphi Scribonij probationes reiecta,	281.
Aduocatorum veterum superstitio,	421.
Ædæsi somnium,	499.
Ægyptiaci dies qui fuisse doctum,	183.
Æromantia,	405.

SS 3

ÆSCM



INDEX RERVM ET

Æsculapij templo cubabant,	287.
Æternitatis participes prophete quomodo,	261.
Agamemnon,	502.
Agnus castus,	53.
Agræstij hæretici calumniatoris mors,	332.
Alatoides membrana,	421.
Albigeriana visio,	579.
Alcmena partus,	64.
Alchindryna liber nefarius,	443.
S. Aldegundis,	353.
Alea cur prohibita,	511.
Aletriomantia,	439.
Alexander & Hymeneus,	134.
Alexandri Magni somn.	500.
Alexandri Magni visio,	277.
Alexandri Medici percussor præsignificatus	457.
Alexandrinorum Βλακηννομίον,	466.
Aloxius Brana,	464.
Allabius,	461.
B. Aloysius Bertrandus,	337.
Alphonsus rex Aragonum,	151.
Alphonsus sapiens Rex Castella per astrologiam	465.
deceptus,	249.
Alphonsus I. rex Neapolitanor.	417.
Alphitomantia,	418.
Alsatica superstitio,	71.
Althea stipos fatalis Moleagro,	417.
Aleuromantia,	113.
Amasis maleficiatus,	Amis.

VERBORVM TOM. II.

Amatorium maleficium quam noxium menti	
& corpori, & quare,	27.
Amatorij veneficij materia, & exempla,	2.
Amatorio ne solo maleficio abutantur rebus sa-	
crisimo & alius maleficiis Sacramenta pro-	
phanant,	15.
Amatoriorum veneficiorum huius cui descri-	
ptio, & sacrilegia varia,	8. cum seq.
Amatoriorum maleficiorum ingredientia, seu	
materia,	27.
Amatoris veneficij voluntas cogi non potest,	
bene turbari concupiscentia, & sanguis ef-	
feruescere, &c.	16. cum seq.
Ameribisti gestatio superstitiosa,	423.
Amniomantia,	420.
Amoris præses quidam Demon,	105.
Amoris remedia naturalia, superstitiosa, & di-	
uina,	33.
Amphiarai templum vaticinium,	287.
Ana, quid Cabalistic per Aleph finale, & quid	
per Ain,	201.
Ananiasapta quid, & unde ductum, fuse discu-	
tatur,	idid.
Anabaptistarum somnia,	499.
Andronicus Imp. 37. Sacrilegus,	530.
Angela Boëma,	317.
Angeli populorum custodes,	459.
Angelis data propheta cur,	256.
Anguilla perfecta cicuta per posticum, & post-	
ea inuolucra factus solita omnia,	83.



INDEX RERVM ET

<i>Animalia an ipsa praesenscant, quod significanti</i>	
475.	
<i>Animalium noxiorum exorcismi & coniu-</i>	
<i>rationes quae licite,</i>	193.
<i>Animantium praesagia,</i>	474.
<i>Annos & tempora qui colant,</i>	184.
<i>Anulo quodam empto Princeps deceptus in</i>	
<i>ludo,</i>	404.
<i>Antichristi nomen cur per 666. significatum</i>	
442.	
<i>Antichristi tempus vane praedixere omnes,</i>	
464.	
<i>Anthropomantia,</i>	414.
<i>Antigonus,</i>	502.
<i>Antipathia hominis cum demone,</i>	355.
<i>Antonius Cardinalis Granuellanus,</i>	471.
<i>S. Antonij regula ad discernendas reuelationes</i>	
<i>explicata,</i>	355.
<i>D. Antonio consecrandi porcos origo & ritus</i>	
195.	
<i>Antonij Verderij error,</i>	483.
<i>Antonij Tiberti Cesenatis diuinitio,</i>	481.
<i>Apollo Myricaeus,</i>	420.
<i>Apollo Ismenius,</i>	410.
<i>Apollinis varia oracula,</i>	377.
<i>Apollonius Tianeus,</i>	371.
<i>Apollonij Tyanici iactantia,</i>	392.
<i>Apostasia a fide,</i>	134.
<i>Appa & Gela ut tutata castitatem,</i>	37.
<i>Apparitiones Angeli, & Despara,</i>	540.
<i>Aqua</i>	

VERBORVM TOM. II.

<i>Aqua an oderit maleficis: quod non,</i>	586. 589.
<i>Aqua ascensus maleficus,</i>	78.
<i>Aqua rarefactio & condensatio facilima,</i>	101.
<i>Aquarum praesagia,</i>	472.
<i>Aquila Ponticus cur pulsus ab Ecclesia,</i>	453.
<i>Arabi significat latronem,</i>	447.
<i>Aranea specie demon,</i>	135.
<i>Arbitrium liberum absolutum Iudicibus non</i>	
<i>competere,</i>	621.
<i>Arborum, herbarum & florum prognostica,</i>	473.
<i>Arcarius demon in Misnia,</i>	580.
<i>Aretinorum fons,</i>	397.
<i>Argentineses quidam heretici,</i>	569.
<i>Ariobaldus Dux Longobardorum,</i>	133.
<i>Ariopharnus Thracum regis iudicium,</i>	248.
<i>Ariolatio quid, & unde dicta,</i>	410.
<i>Arihmantia duplex,</i>	442.
<i>Arluna Scythica,</i>	419.
<i>Arma maleficio imbuta, gladius, annulus, &c.</i>	
61.	
<i>Armorici Baronis infanticidia,</i>	118.
<i>Arnulphus Lotharingia dux,</i>	644.
<i>Arnobij somnium,</i>	500.
<i>Aronenses energumene quomodo a demone re-</i>	
<i>xata & quaedam liberatae,</i>	330.
<i>Arreptij seu obsessi,</i>	381.
<i>Arreptiorum reuelationes false,</i>	303.
<i>B. Arsenius,</i>	352.
<i>S. Arsenij doctrina de demonum lucta & va-</i>	
<i>riis insidiis,</i>	347.
Si 5	Asile



INDEX RERVM ET

Afelerationis predictio & mors,	461.
Afina veneratio,	466.
Afidomantia,	466.
Affassini qui,	69.
Assumere quid,	213.
Affriorum sortitio in bellis,	433.
Astra non sunt certa omnium euentuum signa,	457.
Astragalomantia,	433.
Astroarij,	467.
Astrologi qui excusandi,	373. (seq.)
Astrologi que nequeant predicere,	449. cum
Astrologi sepe habent pactu cum damone,	462.
Astrologorum peccata qua & quanta,	450.
Astrologorum diuinationes cur aliquando vere,	462.
Astrologis vera dicentibus minus credendum,	488.
Astrologia quatuor partes discussa,	447. cum
seqq.	
Astronomia & Astrologia discrepant,	446.
cum seq.	
Athenis euecta ad imperium,	461.
Atheismus ex Caluinismo pullulat,	125.
Atilamus,	644.
Attila mater,	499.
Aufidi in Piceno mulieris maleficium,	11.
Augurium quid & quotuplex,	427. cum seq.
Auguria oblatina & impetratina qua,	428.
Aurum respectu augurij nomina aduersa,	429.

VERBORVM TOM. II.

Aurelianensis Dux venesicus,	61. cum seq.
Aurum tintinatio,	173.
Auspicium militare ex acuminibus,	432.
Auspicia pedestria,	430.
Auspicia quid & qualia,	428.
Axionomantia,	466.

B.

B abyloniarum seminarum consuetudo se aduenis prostituendi, & funium que tendebantur & rumpebantur, mos explicatus,	20.
Baptismi aqua quo pacto causa salutis,	590.
Baptismi ritus defensi,	199.
Baptismi oleo & aqua abutuntur malefici,	11.
Barde Somnium,	500.
Bartholomai Coclitis predictio,	486. mors,
	487.
Basina Franc. regina saga,	301.
Basilicius fanaticus qualis,	265.
Basilii Imp.	392.
Basilii Pseudomonachus,	18.
Batauus missam irridens,	147.
Beelzebub Numen Accaron,	375.
Begardi,	301.
Begini & Begardi,	306.
Belomantia,	434. & 436.
Benedicere animalibus suspensitiose non licet,	193.
Benedictionis mensa omissio noxia,	157.
Berlinenses malefica quo pacto glaciem procreant,	



INDEX RERVM ET

<i>D. Bernardinus Senensis fontem diuinatorium obstruxit,</i>	307
<i>Bernatium maleficorum summa impietas,</i>	49.
<i>Birgitta Sueca, & eius reuelationes defensa</i>	317.
<i>Birgellensis demon,</i>	126.
<i>D. Blasij patrociniū animalium,</i>	195.
<i>Blasphemorum pœna & exempla,</i>	154.
<i>Bohemici Magi prestigia,</i>	81.
<i>Boheme fascino viros occidere,</i>	108.
<i>Bololau a canibus deuoratus,</i>	133.
<i>Bonnenfis vetula combusta per iudicium proba aqua,</i>	594.
<i>Bonum hominis rei quod,</i>	207.
<i>Bonum iudicantis quod,</i>	ibid.
<i>Boni cur a demone vexentur,</i>	125.
<i>Boni minoris suāsu Diabolus solet impedire maius,</i>	340.
<i>Bonis nocere possunt, sed raro, malefici.</i>	114.
<i>Botanomantia,</i>	420.
<i>Bonū presagium,</i>	474.
<i>Branchidarum oraculum,</i>	379.
<i>Brafilensium oniropolia,</i>	488.
<i>Brauo miles Hispanus alicui a demone in al- tum sublatu,</i>	142.
<i>B. Bricij miracula dico,</i>	361.
<i>Brigida Scota,</i>	317.
<i>Bruta fulmina,</i>	428.
<i>Bruzellesis muliercula diuinitio per somnium discussa,</i>	502.
<i>Bur-</i>	

VERBORVM TOM. II.

Burchardus Halberstadiensis Episcopus, 536.

C.

C ADAVERA quomodo lancinent siue in patibulis, siue inhumata,	56.
<i>Cœlorum influentia possunt species in phantasia producere,</i>	495.
<i>Cæsetani quadam sententia explicata,</i>	167.
<i>Cæsetani excusatio reiecta,</i>	177.
<i>Calix pro sorte,</i>	509.
<i>Caligulam Casonia sustulit,</i>	28.
<i>Callia templum in Gargano,</i>	287.
<i>Calumniatores Sanctorum peniti, 134. cum seq.</i>	
<i>Caluini error de baptismo,</i>	588.
<i>Caluiniani amici demonum, eorum parant imaginibus, varia exempla,</i>	126. cum seq.
<i>Caluiniani osores virginitatis,</i>	132.
<i>Caluinistæ præcursores Antichristi,</i>	78.
<i>Caluinistarum reuelationes,</i>	359. cum seq.
<i>Caluinistarum vexillum effigie demonis insigne,</i>	127.
<i>Cambrensis Deipara imago, duellum, & miraculosa Clinici victoria,</i>	540.
<i>Cameracenses quidam hæretici,</i>	367.
<i>Campanarum ostenta mira,</i>	470. cum seq.
<i>Chananus significat mercatorem,</i>	447.
<i>Canonistarum quorundam error,</i>	617.
<i>Cipnomantie species,</i>	414.
<i>S. Carilefus,</i>	156.
<i>Car-</i>	



INDEX RERUM ET

Carnium esus,	34.
Carolus Magnus Imp.	250.
Caroli Regis Franc. morbus ex maleficio,	61.
Caroli Calvi auditus,	557. 573.
Caroli Mansfeldij Comitis mirus morbus ex maleficio,	98.
Carnifex a malefica laesus in ipsa iustitia executione,	57.
Carnifex a malefica iam rogo mandanda laesus afflatus,	120.
Carthaginensis mulier ex falsa reuelat. causa schismatis,	297.
Catharina Raconissa reuelationes,	357.
Catharina V. Valtheri mirus morbus ex maleficio,	82.
Catharina Senensis reuelatio de concep. B. Mariae virginis discussa,	320.
Catharina Bononiensis decepta,	298.
Catholici & Ariani Episcopi certamen,	564.
Catonis dictum acutum,	173.
Catoptromantia,	399.
Catoptromantia in cuspide splendenti,	454.
κατοπτροσ, & κατοπτρη,	284. cum seq.
Cantele pro aqua frigida reiecta,	598.
Celta dicti Germani,	398.
Cephalonomantia,	406.
Cereris oraculum,	397.
Ceriti & Cericilli,	89. cum seq.
Ceromantia,	418.
Certamen duorum veneficorum mirabile,	52.

VERBORVM TOM. II.

CHABAR quid, unde CHABARIM,	438.
Chaldei qui dicti,	447.
Charibertus,	371.
Childericus rex Francia,	301.
Chiromantia quatuorplex, & quae licita, quae contra,	482. cum seq.
Chiromantia scriptores, prohibita lectione	484.
Chorion,	421.
Chosen seu Essen,	265.
Christus quo sensu Propheta,	259.
Christi Domini factum cacum sanantis,	199.
Christianus cur obiecta infanticidia,	60.
Christianus Comes de Oldenborg,	557.
Chrysmatis vis,	147.
Cineraria diuinitio,	416.
Circi Byzaceni starna fatales,	74.
Cisterna in Aphaceno templo,	396.
Citatio ad comparandum coram Deo & varia eius exempla,	531.
Cleidomania,	407.
Clemens V. citatus coram Deo,	533. 538.
Clementis octauae bulla,	549.
κληρονομη,	172.
κληρονομη quid & κληρονομη,	392.
Cluniacenses monachi Alphonsum Regem Aragoniae ex purgatorio educunt,	355.
Cogitationes an nota demoni,	369.
Cogitationes quo pacto Magi diuinent,	370.
S. Coleta prudens humilitas,	298.
Colo-	



INDEX RERVM ET

Coloniensis virgo,	131.
Colophonij vates,	379.
Cometarum significationes,	469.
Comitissa seclæ Caluimiana venesica & aduul- ra inssu mariti occisa,	96.
Conceptio B. Virg. Deipare immaculata de- fensa contra quandam pratensam reuelat- tionem,	326.
Confessionis vis,	96.
Congelatio,	285.
Coniectatio quid, 252. quatuorplex,	446.
Coniectatio iudicialis ex astris quatenus licet ita,	ibid.
Coniugibus vitanda phibira,	31.
Coniugum intemperantia,	112.
Conrad. VV impina multa sublegit clam ex Pe- co,	437.
Conrardi Marpurgij inquisitio,	554.
Constantini Stechati astrologi diuinationes 464.	
Constantinopolitani Circi malefica imaginis 74.	
Constantinopolitanum imperium quo palle sorte obuenerit Flandria comiti,	643.
Coponus sicarius,	477.
Contradiçiones defensoris probe aqua frigida 596. cum seq.	
Contumacia inobedientiæ pœna,	128.
Cornicis presigium,	474.
Corpus imago animi,	480.
Cor-	

VERBORVM TOM. II.

Corporis dispositio quam exposita illusionibus, 307. cum seq.	
Corpori naturaliter ferrum & alia metallica certo conformata artificio innasce non posse, 97.	
Corpori humano ex malis humoribus inter- dum dura, ut topbos, spinas, conchylia, &c. innasce,	96.
Coscinomantia,	406.
Crassus,	178.
Crateris impium consilium,	33.
Creatura quo modo laudem Dei nobis propo- nani,	591.
Cribro diuinare,	406.
Cristallomantia eius pœna,	400. cum seq.
Crucis dies unde sumendi,	44.
Cruomantia, & Crubria mulieres, 417. cum seq.	
Crucifixi imago sanguinem fundens,	68.
Crucis signum quam vim habeat.	197.
Crucis signum contra illusiones,	328.
Crucis signaculo discernuntur illusiones,	339.
Crucis signum opponere visioni seu reuelationi, 354.	
Crucis signum pretermisum noxium,	139.
Cruce certare quid,	642.
Cubabant olim in templis ad somnia captanda, 287.	
Cubomantia,	433.
Cultrum excernens deglutitum,	99.
Curio-	



INDEX RERUM ET

Curiositas,	157.
Cyanea ad Lucam,	396.
Cyru.	502.

D.

D AEAR,	208.
Dactylomantia,	403.
Damon pro anima apparet euocata,	392.
Damon cur utatur aetate puerili ad diuinationes,	308.
Damon quaedam per se non aequè potest ac per alios,	160.
Damon cur potius per alios quam se, malefici noccat,	ibid.
Damon non habet corpus aëreum, nec aliud,	282.
Damon alligatus loco per Magum, 104. cum seq.	
Damon maleficas sustinet, ne mergantur,	282.
Damon somniis deludens,	108.
Damonis fraudes in oraculis reddendis,	370.
Damoni permittit Deus aliquando ledere, & iudeos decipere,	603.
Damoni se deuouere vel eum innocare quam periculosum,	136. cum seq.
Damoni homines tradendi potestas,	102.
Damonem aëreum corpus habere, error,	639.
Damones quidam lenones,	19.
Damones que occulta queant reuelare,	211.
Damo-	

VERBORVM TOM. II.

Damones Lutheri & Zuinglij antecambalones,	78.
Demonum conuiuia sunt calamitates hominum,	1.
Demonum ministerio non licere uti, nec ad bonum,	197.
Demoniaci obsessi & possessi quomodo differant,	103.
δαμονώδεις,	90.
Danielis liber somnialis,	491.
Daphnomantia,	419.
Deus cur maleficia permittat, 121. cum seq.	
Deus cur permittat homines a damone possideri,	106.
Dei gloria resultans ex maleficiis,	123.
Dei prouidentia in tuendis & dirigendis iudiciis maleficij quanta & qualis	614.
Dei prouidentia que in tolerandis sceleribus malef.	121.
Dei suauitas, clementia, sapientia, potentia, iustitia,	123. cum seq.
Defuncti poscunt elemosynas, & spiritalia remedia,	153.
Dementia breuis ac ridicula per maleficiis,	88.
Depositi negatio,	140.
Desidia seu segnitudo,	34.
Desperatio,	157.
Despuendi in sinum superstitio auersaria,	43.



INDEX RERVM ET

Despectio in sinum superstitiosa,	22.
Detractionis pana,	127. cum seq.
Denotionis seu execrationis maleficium,	101.
Diabolus quomodo inducat in gulam & libidinem,	347.
Diabolus in iudicio militis patronus & liberator,	141.
Diabolus vnumquemque decipit per ea, quae quisq. amat,	307.
Diabolus quomodo mundi rex secundum Lutherum, & quomodo secundum Catholicam veritatem,	46.
Diabolus quomodo Deus seculi dicatur,	47.
Diadumenus vnde dictus,	421.
Didaci Ordonij duellum cum Zamoranis,	543.
Didius Iulianus,	398.
Dies SS. Pauli, Vincentij, Urbani, Ioannis, Annunciationis,	182.
Dierum faustorum vel infaustorum observatio,	179.
Dina fossa,	418.
Diophanes magus,	405.
Dire,	431.
Discretio experimentalis quid, & quae nomina eius,	292.
Discretio spirituum doctrinalis quae,	293.
Discretionis spirituum donum quid, & de duplici eius modo,	291. cum seq.
Diuitio quando & quale peccatum.	444
Diui-	

VERBORVM TOM. II.

Diuinitio quotuplex,	376.
Diuinitio quale peccatum, siue quae heretica, quae non,	374.
Diuinitio in S. S. an semper in malum sumitur,	248.
Diuinitio qualis permissa,	373.
Diuinitio malefica per plumbum liquefactum & aquam,	81.
Diuinationis definitio explicata, & quomodo differat a vana obseruantia, prophetia, coniectatione, quarum sit rerum, vnde dicta, sollemnia, instrumenta,	362. cum seq.
Diuinationis a prophetia & coniectatione discernende canones,	371. cum seq.
Diuinationis recipienda quae dispositio apta,	255.
Diuinationem explicitam illicitam esse, nemo Christianus potest licite ignorare,	374.
Diuinationes cum pacto expresso seu explicito,	376.
Diuinatores astrologi ex repub. eijciendi,	468.
Diuinatores consulere non licet,	375.
Diuinatoria fors illicita,	629.
Diuinatoriae sortis species,	432.
Doctrina, & eruditus quid vulgato interpreti,	267.
Dodecaedron,	439.
Dodonides columbae quales,	379.
Donatistae Sacrilegi,	148.
Dracus Londinensis,	360.
Ti 3	Dubium



INDEX RERVM ET

Dubium quid, & quando in dubiis mitior sententia sequenda,	206.
Duella omni iure prohibita docetur,	544.
Duella quando Principes possint permittere,	548.
Duellorum causa, 539. ritus,	ibid.
Duellorum incertitudo & iniustitia,	543.
Duellorum variorum exempla,	541.
Duffus rex,	72.
Dulciniste,	306.
Dunstanus ignita forcipe nasum larue comprehendit,	333.
Dura & crassa quo pacto demon queat verè aut falso corpori inferere,	97.

E.

E cclesia preces quam vim habeant mala repellendi,	197.
Ecclesia non obedire est <i>M. pecca.</i>	526.
Ecclesiasticas ceremonias superstitiosis ritibus conferre blasphemum & impium est,	200.
Electiones astrologica,	447. cum seq.
Eleemosyna potest sortito haberi,	508.
Eleemosyna data sagis an periculosa,	146.
Eleemosyna vis,	ibid.
Eleemosynam denegantes fascinari,	147.
Eleemosyna defunctis prosunt,	153.
Eleemosynis impetrata res an efficaciores,	187.
Elia humilitas,	352.
Elizaeus	

VERBORVM TOM. II.

Elizaeus cur psalter requisivit,	255.
Elizabetha Crofiba,	360.
Elizabetha Barithona vaticinia,	ibid.
Elementa tantum sunt tria, nullum ignis,	469.
B. Eleutherius,	127.
S. Elphegus,	346.
Elymas magnus,	160.
Elxana maleficus,	49.
Energumens tot cur tempore Christi,	124.
Energumenorum corpora an possit Daemon subingredi & quo id pacto,	102.
Energumens veros reperiri, & qui tales sint,	ibid.
Enguerrani Marignani uxor malefica,	71.
Enthusiasta heretici,	490.
Epachij poena,	148.
Ephemerides pastorum, & rusticorum, & nauarum unde natae,	474.
Ephesiorum nota quæ,	438.
S. Ephrem,	295.
Ephialtes seu Incubus morbus,	495.
Ephod quid, & quotuplex,	265.
Epileptici apti malefico,	76.
Epileptici patent falsis reuelationibus,	308.
Epithecus Messenius,	499.
Erichtus magia,	387.
Erkembaldi de Burban factum & miraculosa Eucharistia perceptio,	528.
Error iuris qui peccatum,	620.
Euangelium,	281.
Te 4	Inan-



INDEX RERVM ET

<i>Euangeliorum liber incumbustus,</i>	562.
<i>Eucharistia quomodo exitum sit sumentis,</i>	527.
<i>Eucharistia verè ad salutem instituta,</i>	526.
<i>Eucharistia contempta, & formidata,</i>	135.
<i>Eucharistie sacramenti forma à Deo instituta,</i>	204.
<i>Eucharistia miraculum,</i>	15.
<i>Eucharistia sumptu purgatio, defensa exemplis & ratione contra Hotomannum Caluini- stam,</i>	521.
<i>Eucharistie vis,</i>	95. & 145.
<i>Eucharistia contempta vltio,</i>	135.
<i>Eucharistiam indigne sumentium pœna,</i>	529.
<i>Eucharistia abutuntur malefici,</i>	112.
<i>Eucharistica sortitio,</i>	643.
<i>Eucharistice purgationis formula & causa,</i>	523.
<i>Eucheta infanticida,</i>	5.
<i>Eulalijs fiseella incombusta,</i>	561.
<i>Eulogij somn.</i>	500.
<i>Eustachius Abbas,</i>	532.
<i>Excommunicatio lata in duellis explicatur,</i>	548.
<i>Excommunicationis contemptus,</i>	149.
<i>Execrationum seu Dirarum in seipsos exem- pla,</i>	136.
<i>Exorcismi vis cum missa sacrificio,</i>	138.
<i>Exorcismorum formula qua licita,</i>	194.
<i>Expuere in faciem vis,</i>	343.
<i>Festa-</i>	

VERBORVM TOM. II.

<i>Ecstasis seu raptus prophet.</i>	283.
<i>Ecstatici,</i>	381.
<i>Extispicina,</i>	411.

F.

F <i>Acies index animi,</i>	479.
<i>Famagostani Turca vaticinia,</i>	368.
<i>Fanatici seu evjzoi,</i>	381.
<i>Fascini definitio,</i>	42.
<i>Fascinatio quid late, & stricte,</i>	39.
<i>Fascinatio quid secundum vulgus & hereti- cos,</i>	41. cum seq.
<i>Fascinatio illa vulgaris quam erroris originem habeat,</i>	44.
<i>Fascinatio vulgi fabula & superstitio est,</i>	42.
<i>Fascinationis vera causa, refutatis falsis,</i>	41.
<i>Fascinationis remedia quedam superstitiosa,</i>	44.
<i>Fatui & furiosi cur sepius diuinent,</i>	255.
<i>Faustina quomodo amore liberata,</i>	33.
<i>Felicis Malleoli liber pro superstitiosis oratio- num formulis discussus & confutatus,</i>	191.
<i>Feminarum reuelationes quomodo examinan- da,</i>	309. cum seq.
<i>Ferdinandus III. Castella Rex,</i>	536.
<i>Ferdinandus Daualus natus galeatus,</i>	421.
<i>Feris erepta in magicis,</i>	56.
<i>Ferrantis Comitibus Flandria matrem demon de- cepit,</i>	371.
	5



INDEX RERUM ET

Ferri candentis miracula,	554-557. & 567.
Fessina tribades,	405.
Fessanorum Hydromantia,	397.
Festorum violatio,	157.
Fides qua operetur in sanatione,	205.
Fidos remedium contra maleficium,	94.
Fidei vis contra illusionem,	331.
Filam collo commensuratum,	426.
Fila maleficij amatorij qualia,	22.
Finis bonus solus non facit actum esse bonum aut legitimum,	610.
Finni malefici balistarij,	67.
Florentina mulier,	92.
Floridensis diuinitio,	408.
Forma nocet pudicitia,	36.
Forma proba aqua frigida in maleficiis,	579.
Forma ferri consecrandi ad Iudicium,	553.
Forme verborum que permessa, que non in me- dicinis,	203. cum seq.
Formula proba aqua feruentis,	574. cum seq.
Formula curationum superstitiosa multa,	208. cum seq.
Francie aula superstitiosa in dierum obserua- tione,	186.
Franci vsi ferri candentis indicio,	553.
Franciscus Dux Armoriorum,	537.
D. Francisci exemplo se virgo volutat in niuiti- 331.	
Francisci Borgie reuelat,	357.
Franciscus de la cruz delusio, heresis, falsa pro- phetia,	

VERBORVM TOM. II.

phetia, supplicium, & historia,	302.
Fresua seu strix auicula,	6.
S. Friardi prudentia,	337.
Fridericus III. Imp.	259.
Fridericus Dux Austriae,	29.
Frisonum superstitiosa fors,	642.
Fruenti auersio per maleficium,	66.
Fulicem prasag.	474.
Fulminis vis in penetrandis solidis,	101.
Furi oculus quo pacto excutiendus, vt cognos- catur,	211. cum seq.
Furtum concipere per lancem & litium,	426.
Futurorum scientia quo pacto reseruata Deo,	452.
Futurorum contingentium cognitio cur solius Dei,	260.

G.

G Agates in diuinatione,	407.
Gaianus mimus,	136.
Galea nascentium,	421.
Galeacius vicecomes maleficiatus,	113.
Galicene femine,	379.
Gandensis virginis propter superbiam illusio, 335.	
S. Gangulphi vxor adultera detecta & punita, 578.	
Gastromantia,	398.
Geila mors,	133. cum seq.
Gelo, que Mauritio insidiata,	6.
Gene-	



INDEX RERVM ET

Genebaldus Laodunensis lapsus & poenitentis
 & quam obediens D. Remigio, 333. cum
 seq.

Geneuenses venefici, 50.

Geomantia, 43.

Germani proba aque vsi, 57.

Germanorum mos quidam discussus, 41.

Germanorum superstitio, 396. 406. 430. 433.

Germanarum seminarum diuinitio, 397.

Gertrudis, 317.

Gladij mucronem tres digitos longum excor-
neni, 99.

Glandium trium presagium superstitiosum
 473.

Gnostici magi & infanticida, 61.

Gnosticorum magia & viscerationes & infan-
ticidia, 61.

Gestorum iconoclastia, 126. cum seq.

Goninus magus Parisiensis illusus iudici in
supplicio, vicaria sibi mula in patibulo re-
ta, 121.

Gosunini Comitis mors, 146.

Gotfridus Schlüssel, 137.

Gotholannus Nanarchus, 537.

Gracorum nomine qui significantur in S.
 277.

Grando & glacies eadem specie, 473.

Gratiani error, 57.

S. Gregorius Agrigentinus, 134.

Gregorius V I. Papa, 52.

Gr

VERBORVM TOM. II.

Gregory XIII. laus & bulla, 346.

Gualtherus Burgensis, 333.

Guilhelm. Aquitania Dux delusus, 335.

B. Guilb. Roscildensis, 350.

Gula etiam leuis religiose punita, 159.

Gunda mulier viri veste assumpta monaste-
rium ingrediens punita, 156.

Gundiz alius Fernandez de Corduba, 334.

Gustroniensis faber magus, 408.

S. Gutlacus, 346.

Gygis annulus, 404.

H.

H *Abitus optimus periculosus, & nitor, so-*
lito maior suspectus, 44.

Hadrianus V I. Papa, 462.

Heretici si-
Cherinthus.
Marcus Magnus.
Montanista,
Donatista.
Archontici.
Manichaei.
 } 301. cum
 seq.

Heretici flores re-
uelatio-
num, vt
fuere

Heretici daemones expellere nequeunt, 125.

Hereticorum Propheta mente capiebantur. ex-
empl. prob. 284.

Hereticos mire ignis semper ulciscitur, exem-
plis duobus id confirmatum, 567. cum seq.

Hereticos reiecit aqua, 625.

Heresi flamma quod umbra corpori, 570.

Halitu & afflatu malefica fascinoant, 4.

Hannonia energumena que fingens se sacer-
 dotis-



INDEX RERVM ET

antissimam & consecrans: exemplum,	316.
Haraldus Hybernus,	500.
Haruga,	410.
Haruspicina unde dicta, & quid,	410.
Hebraei astrologi causa idololatriæ & iconoclas- tie,	463.
Hecate vel Horoibus infestati,	90.
S. Helene falso ascripta oratio,	210.
Heliogabalus,	419.
Helisæ gestus puerum suscitantis,	199.
Heluena saga,	118.
Heluetia obstetrix puericida,	51.
Heluetica dua maleficia afflatu lepra infecerunt 52.	
Henricus Imperator,	522.
Henricus Moguntinus Episcopus,	530.
Herba & festuca malefica, quas supergredien- do quis fasciatur,	4.
S. Herebertus,	295.
Hermotis Malateste mors,	437.
S. Hermannus Steinfeldensis,	350.
D. Hieronymus crucis signum adhibuit san- tionem,	199.
Hieronymi Cancellarij Mediolanensis annulus 404.	
Hieroscopia descriptio accurata,	410.
D. Hilarion demonem quem Magus immisit erat e virgine expulit,	104.
Hildebrando puero omen oblatum mirum 425.	

Hilde-

VERBORVM TOM. II.

Hildegardis,	317.
Hippomanes,	8. & 27.
Hispani Catholici contra Arianum certamen, 559.	
Hispanorum militum oratio superstitiosa vul- nerum curandorum,	188.
Historis filia Tiresia,	63. cum seq.
Homicidij poena,	133.
Homicidia magica,	56. cum seq.
Hominum generi ex maleficorum scelere utili- tates nata,	124.
Horror & letitia ex reuelatione,	355.
Hosomanni temeritas castigatur,	525.
Humilitas necessaria contra illusiones,	29.
Humilitatis vis contra illusiones,	235.
Humilitatis vis contra demones,	300.
Hydromantie species varia,	394. & 417.
Hypatia prudens facinus,	37.

I.

Iacobi Richij libellus confutatus, 581. cum seq.	
Iacobi Brochardi Calvinista reuelationes, 359.	
Iad, 283. eius colloquium cum Alexandro, 55.	
Iannes & Mambres,	160.
Iannes seu Iannes Theophili preceptor, Patri- archa, Magus,	398.
Iaponij furium valde detestantur,	550.
Ichthyomania,	418.
Idæ-	



INDEX RERVM ET

<i>Iddegonim,</i>	422.
<i>IEDVAM diuinitio, & quid IEDVA,</i>	421.
<i>Ieiunium necessarium ante Missa celebratio-</i> <i>nem,</i>	148.
<i>Ieroboami uxor,</i>	375.
<i>IESV nominis uirtus liberat puerum a demo-</i> <i>num potestate,</i>	144.
<i>IESV nominis efficacia,</i>	202.
<i>Ignorantia qua in diuinatione excuset,</i>	375.
<i>Ignorantia qua a peccato excuset,</i>	619.
<i>Illuminati haeretici,</i>	301. & 506.
<i>Illisforum per reuelationes excusationes dis-</i> <i>ciuntur,</i>	299.
<i>Imago malefica,</i>	81.
<i>Imagines malefica amatoria,</i>	26.
<i>Imagines uel statua malefica, & varia exem-</i> <i>pla,</i>	72.
<i>Imagines malefica ex cere, terra, &c. 13. carum</i> <i>baptismus & alij ritus,</i>	14.
<i>Imagines astrologica,</i>	448. cum seq.
<i>Imaginarij magi,</i>	409.
<i>Inmisericordia,</i>	147.
<i>Impedimentum perpetuum quod,</i>	114.
<i>Imprecationum mala & ultiones,</i>	123.
<i>Incestuosus Satana traditus,</i>	132.
<i>Incendi solita a maleficis,</i>	23.
<i>Iudicium complicitum,</i>	612.
<i>Iudolentiam seu patientiam tormentorum quo-</i> <i>modo procurent malefica,</i>	118.
<i>Infans tutus inter demones</i>	144.
<i>Infant-</i>	

VERBORVM TOM. II.

<i>Infantes proprii occisi & comesti a maleficis,</i>	49.
<i>Infantium cades</i>	s. cum seq.
<i>Infantibus cur sapius noceant malefici maxime</i> <i>non baptizatis quasitum & cur Deus hoo</i> <i>permittat,</i>	117.
<i>Infanticidium,</i>	54.
<i>Inferni ostia varia,</i>	382.
<i>Inferationis maleficium,</i>	93.
<i>Iniuria quomodo remittende ex Dei precepto,</i> <i>198:</i>	
<i>Intentio qua excuset a peccato,</i>	207. cum seq.
<i>Inuidia & odium proximi,</i>	131.
<i>Ioann. Morochararius maleficus,</i>	72.
<i>Ioann. de Varenis,</i>	352.
<i>Ioannes Flander Estinensis Deipara defensor,</i> <i>540.</i>	
<i>Ioannes Galeacius astrologum strangulari ius-</i> <i>su,</i>	464.
<i>S. Ioannes Gualbertus,</i>	564.
<i>Ioannes de Rupefissa,</i>	307.
<i>Ioannes Sagus, & Ioan. de Rupefissa,</i>	358.
<i>Ioann. Stadij uanitas,</i>	448.
<i>Ioannis Tursonis mors,</i>	537.
<i>Ioan. Bentiuoli seuitia,</i>	487.
<i>B. Ioannis die succensa pyra, & unde mos,</i>	413.
<i>Ioanna Potiere saga causa vexationis totius</i> <i>monasterij ubi degebat,</i>	304.
<i>Ioanna uirginis Lotharinga reuelat. defensor</i> <i>357.</i>	
<i>Vn</i>	<i>Iob</i>



INDEX RERUM II

<i>Iob à damone plagatus,</i>	75.
<i>Ionatha fors, & petitio signi,</i>	373.
<i>Iona tempestas,</i>	ibid.
<i>S. Iordanes illusus non semel,</i>	240. cum seq.
<i>Iosephi sortitio & virga,</i>	425.
<i>D. Iosephi nomen cur datum cuidam,</i>	350.
<i>Iouinus notatus, 488, scriptor superstitiosus</i>	421.
<i>Iprensis Episcopi sententia defensa,</i>	190.
<i>Ira etiam lenis,</i>	159.
<i>Iridis & similium prasagia,</i>	473.
<i>Irrisio virorum Sanctorum,</i>	156.
<i>Isaacius Imp. de imperio deiectus,</i>	365.
<i>Isaacius Angelus,</i>	395.
<i>Italus veneticus Cathar. Medicee,</i>	53.
<i>Italorum hodierna hydromantia,</i>	397.
<i>Iudæi perfidia. duellum & supplicium,</i>	540.
<i>Iudæi crudele pactum fenoris,</i>	251.
<i>Iudæi dictum acutum de astrologia,</i>	455.
<i>Iudæi unde dicti adorare caput asini,</i>	406.
<i>Iudeorum idololatria in captandis somnis,</i>	287.
<i>Index sine causa idonea non potest recedere à</i>	
<i>communi opin.</i>	640.
<i>Iudex improbus damnatus,</i>	154.
<i>Iudici non licet quam vult penã infligere,</i>	609.
<i>Iudices peccant bona intentione proba aqua frigida</i>	
<i>ventis fuse doctum,</i>	620. & 626.
<i>Iudices qua sub mortali facere & scire teneantur,</i>	628.
<i>Iudi</i>	

VERBORVM TOM. II.

<i>Iudices ac ne Principes quidem lege plane soluti</i>	
<i>in 621. quo pacto legibus astricti,</i>	623.
<i>Iudices cur veritatem non assequantur in sagarum iudicis,</i>	624.
<i>Iudices non possunt inquirere in planè occulta,</i>	630.
<i>Iudices an possint vti plenitudine arbitrij,</i>	621.
<i>Iudices isti aquarioli qua docendi,</i>	625.
<i>Iudicis hac proba aqua frigida ventis pane,</i>	
<i>potest conueniri actione iniuriarum, eius sententia est nulla, est homicida,</i>	640. cum seq.
<i>Iudicium iusturandum in leges,</i>	623.
<i>Iudicibus & iustitia administris an malefici possint nocere,</i>	119.
<i>Iudicibus quibus noceant malefici,</i>	121.
<i>Iudicium quid in S. S.</i>	266.
<i>Iudicium, qualis purgatio,</i>	551.
<i>Iudicia humana cur sint incerta,</i>	524.
<i>Iudicarius processus contra vermes noxios,</i>	194.
<i>Iuger. & Lausckaffer vermes,</i>	ibid.
<i>Iulij II. bulla,</i>	546.
<i>Iul. Sirenius nimium tribuit Astrologis,</i>	454.
<i>B. Iulianus ex parricida Sanctus,</i>	125.
<i>Iulianus Apostata,</i>	302.
<i>Iuliani Apostata Magia,</i>	419.
<i>Iuliani calumnia in vigiliis Christianorum,</i>	287.
<i>Iulianus Magus,</i>	488.
<i>IN 2</i>	Index



INDEX RERVM ET

<i>Iunonis palus Epidauri,</i>	396.
<i>Iurisiurandi purgatio defensa,</i>	521.
<i>Iusti Lipsij narratio & amicitia cum auctore,</i>	502.
<i>D. Iustina & Cyprianus magus,</i>	18.
<i>Iustitia Dea Hotomanno,</i>	527.
<i>Iugis varia nomina,</i>	4.

K.

K <i>Abbala, duplex Iudaorum,</i>	442.
<i>KALAL quid,</i>	434.
<i>Karentinensium maleficiariorum discussa historia,</i>	114. cum seq.
<i>KIBEL, unde Kabala,</i>	434.
<i>S. Kiliiani & sociorum caedes,</i>	134.
<i>Kunigundis Imp.</i>	554.

L.

L <i>Acetas in urina quidam eiecit,</i>	96.
<i>Lactis exsecandi aut surandi maleficiu,</i>	
<i>& rimum, necnon remedium lepidum, exempla singulorum,</i>	64.
<i>Lestrygones cur strige,</i>	5.
<i>Lampadomantia,</i>	426.
<i>Lapis ignis & diuinatoriu Iudaeis,</i>	422.
<i>Lapis quomodo radat & subintret aqua superficem,</i>	100.
<i>Lapidum rationalis fulgor quando desierit</i>	
<i>275. cum seq.</i>	
<i>Lappono malefici sagittarij,</i>	69.
<i>Laurentij Medici mors,</i>	464.
<i>Lauri</i>	

VERBORVM TOM. II.

<i>Lauri vri a maleficis solebant,</i>	24.
<i>Lecanomantia,</i>	398.
<i>Lecliterna Gentilium in sanis ad somnia captanda,</i>	498.
<i>Leniae femina cur maritis iniusta,</i>	108.
<i>Leo Imp. Philosophus contemptor Magorum,</i>	393.
<i>Leo Isaurus,</i>	463.
<i>Leumi Crucij Eruditorium exorcista non legendum sine iudicio,</i>	214.
<i>Leuuerstetensis puella,</i>	93.
<i>Libanomantia,</i>	415.
<i>Liber dictus reuelationes prophetarum,</i>	302.
<i>Librorum scribendorum & complicandorum apud Hebraeos consuetudo,</i>	458.
<i>Liberos Demoni offerunt malefici,</i>	118.
<i>Libidinis irruamenta vndecim ex Helinando explicata,</i>	34.
<i>Libidini qua spiritalia arma depellenda optima,</i>	36.
<i>B. Libuina,</i>	352.
<i>Licium non est quicquid prodest,</i>	204.
<i>Licium non est vsurpare S. S. ad sensum ad quem non prolata,</i>	ibid.
<i>Ligamina & nodi amatorij,</i>	22.
<i>Ligaminis maleficium quam frequens, quomplex, &c.</i>	106.
<i>Ligaminis causa precipua,</i>	108.
<i>Ligaminis modi,</i>	107.
<i>Ligentur cur sapius vri,</i>	108.
<i>Vu 3</i>	<i>Litho.</i>



INDEX RERVM ET

Lithomania,	422.
Lituanorum superstitio,	413.
λίμνα,	282.
Loca ubi maleficia solent reponi vel recondi,	12.
Locutio linguarum ignotarum non procedit ab atra bile,	378.
λόγον & λόγια quid,	265.
Lollardi,	301.
Longobardi capre caput adorarunt,	406.
Lotbarii Francia Regis sacrilegium & pœnis 522.	
Lotherie contractus quid, quotuplex, & quæ conditiones requiratur, ut sit licitus,	460. cum seq.
Lotherie contractu qua persona lucrari pos- sunt,	513.
Lucas Garricus infelix diuinator,	486.
Lucernaria diuinatio,	426.
Lucretii insania & mors,	12.
Luculli mors ex amatorio,	ibid.
Ludouicus Rex Germanorum,	574.
Ludouicus Sfortia,	465.
Lugdunobataui iconoclaste,	127.
Luizici populi,	430.
Lumen propheticum ad quam qualitatis spe- ciem pertineat,	264.
Luminis prophetici certitudo, nomina varia & an idem sit cum lumine fidei,	263.
Lumini prophetico non credentes peccant, & puniti,	ibid.
Luna	

VERBORVM TOM. II.

Lunaticorum plures species,	76.
S. Lupi libum,	188.
Lusitani veteres,	419.
Lusitana Monialis,	358.
Lutherus nimis liberalis in demonem,	46.
Lutheri funeri demones interfuerunt,	126.
Lutheri pseudopropheta,	361.
Lutheri & sequacium de baptismi materia er- roris plene vesani,	587.
Lutherum in angustiis olidas redegit demon, 126.	
Luxuria punita,	132.
Luxu vestium punitus per demonem,	ibid.
Lycii pisces arcoli,	418.
M.	
Mæstitia & iocus,	35.
Magdalena de la cruz,	315.
Magia, heresis, luxurie cognatio,	132.
Malchus & Malki,	281.
Maledici in martyrem pœna,	146.
Maledici in sanctos,	134.
Maleficus cui malefico possit nocere,	116.
Malefici intentionem cur demon exigat,	2.
Malefici quibus personis nocere queant,	116.
Malefici excommunicati,	68.
Malefica curatio,	95.
Malefica non sunt possessa ab inhabitante demone,	282. cum seq.
Maleficarum supernatio unde pronentia,	281.
Maleficium esse,	r.
Vu 4	Male-



INDEX RERVM ET

Maleficium, quid, & quotuplex,	1.
Maleficium soporiferum,	59.
Maleficium hostile, & qualia ingredientia, 55. & 68.	
Maleficium per inhalationem omnium pessimum,	51.
Maleficium per cibum & potum,	ibid.
Maleficium per unctionem, & vis eius,	ibid.
Maleficium maleficio repellere non licet,	196.
Maleficij efficiens causa,	2.
Maleficij vox quid significet,	ibid.
Maleficij inhalatorij causa contra Bodinum & alios,	52. cum seq.
Maleficij intrinseci materia,	ibid.
Maleficij extrinseci modi varij,	54.
Maleficij crimen quoad probam aqua, nihil habet peculiare,	60.
Maleficij species, per introsumptionem, vel per applicationem exteriorem,	50.
Maleficio maxime cur demon delectetur,	1.
Maleficia qua ab extrinseco,	12.
Maleficia qua interius operantur,	3.
Maleficia tantum nocent, quibus volunt male- fici,	2.
Maleficiorum instrumenta, seu materia,	3.
Maleficius multus ledi & occidi probatur,	41.
Maleficiandi praesegmina vel quid aliud euis experuntur a suis,	12.
Maleficiatus quid,	2.
Maleficiatus & frigidi qui, & hoc per malefi- cos	60.

VERBORVM TOM. II.

cos posse fieri,	106.
Mandragoreus virunculus, & de hac impostu- ra,	402.
Mangania species, 382. in quibus pactum le- tens,	409.
Manuel Connens deceptus ab astrologis, 464.	
Manus Domini facta super me, quid,	285.
S. Marcellus,	339.
M. Antonius Triumvir,	18.
Marcus hereticus & Magnus,	ibid.
D. Marcus sutores sanavit,	199.
Mare baptizantium superstitio,	396.
Margarite Rauennatis reuelat.	357.
B. Maria virgo visa cuidam in somnis despon- sari,	350.
B. Maria virgo se vltia,	136.
Maria Deipare fauor in tuenda castitate,	36.
Maria virginis Deipare deuotio quam utilis, 92.	
B. Maria Dei matris inuocatio quam saluta- ris,	158.
Maria Magdalena,	132.
S. Maria de Oignies amicus illusus, sed a San- cta seruatus,	344.
Maria Imperatricis scelus & supplicium, 555.	
Marioni aduocati prophetia,	302.
Massa quod genus prophetia,	281.
Mathematici qui in iure & historiis,	462.
Vu 5	Matthias



INDEX RERVM ET

Mathias Corninus Hungar. Rex,	471.
Mausconensis Comes sacrilegus,	149.
Matrimonium solemniter contrahere ante lucem vitandi iugaminis causa an superstiti- tiosum,	106.
S. Matrona,	339.
S. Maurus,	295.
S. Mauricij Abbatia,	471.
Mauricij somn.	500.
Medici astrologi superstitiosi qui, 466. eorum- dem Medicorum coniectatio, quomodo pra- habilis,	475.
S. Meinulphus,	371.
B. Meinulphi monasterium Bodkense,	471.
S. Meinulphi doctrina dignoscendarum veritat. reuelat.	343.
Menses qui colant,	184.
Mercurius Paderbronnensis Episcopus,	536.
Mercurij lapidei indices,	433.
Meroneus rex,	378.
Meronei Regis fors,	431.
Metamorphosis sagarum in felces, mures, &c. 59.	59.
Metecorologicorum praeuotiones,	463.
Metonymia,	276.
Metoposcopia,	476.
Miles iniuste damnari, quam se demoni tradit re malens,	141.
Mine Dei magnam munus,	282.
Miraculo se excusari nemo potest petere.	531.
Mirac.	

VERBORVM TOM. II.

Miracula cur hodie rariora,	604.
Miracula fiebant à deluso,	337.
Misericordiae mater, quando capiti vocari B. Virgo,	289.
Misuius adolescens,	301.
Misse vis a 47. contra maleficia,	95.
Misse S. Isidori miraculum,	562.
Missas malefici curant celebrari super variis, 11.	
Mitior sententia qua,	206.
Mola adurebatur, & cineres post tergum spar- gebantur,	26.
Moloch Idololum,	118. & 419.
Monachorum expurgatio de furto,	521.
Monomachia purgatio & eius origo, 538. cum seq. cause & armorum genera,	ibid.
Monstra,	431.
Montanistarum reuelationes,	358.
Morbis saepe cause efficientes sunt demones, & quo id pacto faciant, contra medicos quosdam,	75.
Morbos quomodo inserat demon,	90.
Morbos curare cum superstitione non licet, 193.	
Mortuos qui vidissent cito mori, opinio vulgi, 355.	
Moses quo pacto prophetarit,	260.
Moses Abbas,	159.
Mulier & malleus à molliendo,	35.
Mundus corde Dei, immundus visio demonum debita,	132.
Mun.	



INDEX RERVM ET

<i>Munzeri Pseudoprophet.</i>	361.
<i>Mures presagi,</i>	474.
<i>Murmur ante verba magica,</i>	384.
<i>Musca in specie demon,</i>	137.
<i>Musica,</i>	35.
<i>Mutiniensis Comitum factum in signo,</i>	555.
<i>Mylitta Assyrus Venus,</i>	21.
<i>Myra fons,</i>	418.
<i>Myricaria diuinat. varie,</i>	420.
<i>Myricina virga.</i>	423.

N.

N <i>Abi, & Nebua a qua radice,</i>	254.
<i>Napelo nutrita puella,</i>	53.
<i>Narces Androgyni,</i>	424.
<i>Natiuitatum magisterium,</i>	449.
<i>Nebula, Tonitru, fulminis presagia.</i>	472.
<i>Necromantia que & qualis, varijq, ritus eius</i>	382.
<i>Necromantia proprie dicta,</i>	392.
<i>Necromantie modi duo Thebanus, & Thesalicus,</i>	387.
<i>Nectanabus Magus Alexandri Magni patet</i>	398.
<i>Neg. usui precepti vis,</i>	608. & 626.
<i>Nicolaus Papa,</i>	522.
<i>Nicopolis unde dicta,</i>	174.
<i>Nisum pluiarum gelu presagia,</i>	472.
<i>Noë an maleficiatus a filio,</i>	107.
<i>Norimbergensia exempla duo diuinationis in-</i>	400.
<i>fauste,</i>	
<i>Noto.</i>	

VERBORVM TOM. II.

<i>Notoria ars,</i>	168.
<i>Noxius,</i>	147.
<i>Noxendiales pulueres,</i>	55.
<i>Noxij faciliores decipi,</i>	309.
<i>Nuditus membrorum & inspectio punita,</i>	132.
<i>Numerorum que vis,</i>	443.
<i>Nympharum oraculum apud Apolloniam,</i>	415.

O.

O <i>Bedientia vis contra illusiones,</i>	330. 334.
	338. 342.
<i>Observantie vana alexicaca, & medica,</i>	187.
<i>Obstetrices malefice,</i>	49.
<i>Oculta facta non licet explorare per astrologiam,</i>	468.
<i>Ocium,</i>	34.
<i>Oculo excusso diuinare quid, & quo fiat modo,</i>	407. exempla infelicis conamini,
	ibid.
<i>Odais & Zariadres somnium,</i>	500.
<i>Oinomantia,</i>	417.
<i>Oliuarum ossa incendendi maleficium,</i>	20.
<i>Olle ludus,</i>	510.
<i>Ominandi genera varia,</i>	172.
<i>Ominis nomen in S.S.</i>	175. cum seq.
<i>Omina,</i>	430.
<i>Omina ex nominibus,</i>	174.
<i>Omina ex verbis fortuitis,</i>	175.
<i>Omina vialia seu τὸ ἐνὸς Νοῦ.</i>	ibid.
<i>Omina domestica,</i>	ibid.
<i>Omi-</i>	



INDEX RERVM ET

<i>Omnium ab animatis & inanimis petitorum</i> <i>tabula,</i>	179.
<i>Omnium obseruantissima gentes,</i>	157.
<i>Omnium vanitas,</i>	172.
<i>Omphalomantia,</i>	428.
<i>Omura miraculum de Christiano falso accu-</i> <i>sato,</i>	550.
<i>Oniropolis auctores,</i>	428.
<i>Oniropolitatum fundamenta,</i>	489.
<i>Onomantia,</i>	446.
<i>Onomarchus,</i>	502.
<i>Onus,</i>	282.
<i>Onychomantia,</i>	404.
<i>Oomantia,</i>	418.
<i>Opera culpa non tribuenda Deo,</i>	604.
<i>Oraculum ex arca,</i>	380.
<i>Oracula & uaticinia, & eorum genera uariata</i> <i>377.</i>	
<i>Oraculorum cessatio unde,</i>	374.
<i>Oraculorum cause inuestigatae,</i>	ibid.
<i>Orationis vis contra illusiones,</i>	328. 338. 345.
<i>Orationis tepiditas & distractio punita,</i>	159.
<i>Orationis mentalis periculosus quidam in pro-</i> <i>xi lapsus & illusio,</i>	306.
<i>Orchis,</i>	44.
<i>Orinthomantia,</i>	443.
<i>Orpheus fanaticus,</i>	381.
<i>Ossa oliuarum quid apud Baruch, & ossis no-</i> <i>mine quid significant Hebraei,</i>	24.
<i>S. Osualdus,</i>	354.
<i>Oryz</i>	496.

VERBORVM TOM. II.

<i>Oigerius economus sacrileg.</i>	150.
<i>Otto III. Imp.</i>	555.
<i>Otho filius Imp. captus à Venetis,</i>	395.
<i>Oua diei parasceues asseruantium superstitio</i> <i>discussa,</i>	186.

P.

P <i>Agomantia,</i>	396.
<i>Painoti imago malefica.</i>	72.
<i>Palicorum crateres in Sicilia,</i>	396.
<i>Palomantia,</i>	433.
<i>Palumbi maleficium & poenitentia,</i>	III.
<i>Pancratius astrologus sibi & aliis infelix,</i>	463.
<i>cum seq.</i>	
<i>Pandulphi Malatesta crudelitas & poena,</i>	481.
<i>Parentum percussores puniti,</i>	128.
<i>Parentum execrationes quam formidanda</i> <i>probatum, 128. cum seq. quam periculose,</i>	106.
<i>Pariendi difficultas per maleficium,</i>	63.
<i>Parricidia strigum,</i>	57.
<i>Parthenomantia species dua,</i>	426.
<i>Pasiphaes templum,</i>	287.
<i>Passeres praesagi,</i>	474.
<i>Pastorum ludus,</i>	439.
<i>Patensum Achaia diuinatio in fonte,</i>	399.
<i>Paupere proferre,</i>	429.
<i>Pauperes de Lugduno seu de Barulo,</i>	625.
<i>Peccatum quid,</i>	627.
<i>Peccatum triplex, infirmitatis, malitiae, igno-</i> <i>rantiae,</i>	619.
<i>Pae</i>	



INDEX RERVM ET

Peccata sunt causa maleficiorum,	127.
Peccare quis potest faciendo rem licitam, & non peccare faciendo illicitam,	207.
Peccare quis potest, faciens bona intentione, quod ei facere non licebat,	619.
Pedis offensiu omen frequentissimum,	176.
Peditus omen,	ibid. cum seq.
Penetratio corporum solidorum Diabolo possibilis,	100.
Pergamonis virginea maleficorum qualis,	14.
Peruiporum superstitio,	163.
Peruuij pœna,	140. 145. cum seq.
Pestis tempore parochi sortiri debent, quæ vrbe remaneat,	508.
Petrus de Fraximeto,	95.
Petrus Bernensis index sagarum,	138.
Petrus Daioca propter eleemosynas saluus,	153.
Petrus Massiliensis,	362.
Petrus de monte Ilcimo,	464.
Petri Sartoris fraudulenta hypocrisis,	306.
Petri Primodaj error,	483.
Petri Leonij astrologi exitus,	464.
Petri Inei Alban. Episcopi miraculum,	564.
Petri Tarentasij miraculum,	49.
πρωγ. quid,	23.
Pharmacia,	405.
S. Philastrij festum,	157.
Philippus Pulcher Francorum Rex,	538.
Philtrum ex infante,	55.
Philtura propinantium pœna humane & diu- na,	29. cum seq. Phil.

VERBORVM TOM. II.

Philtura omnia noxia, adigunt in furorem, ex- empla,	28.
Philtorum remedia, quæ apud Gentiles, & quæ proba,	31.
Phocensis tyranni annuli,	404.
Phur,	432.
Physiognomica diuinitio vnde nata, & quæ habeat fundamenta, & quæ possit prædicere, 476. cum seq.	
Pictauenses Magi,	147.
πρωπορ. & an hinc Epytirum, & quale hoc,	24.
Platonis diuinitio,	442.
Pœna modus quando augetur cum delictis, 609.	
Politica coniectatio,	505.
Pollentianus Magnus,	419.
Pontifex Romanus visibile caput Ecclesie, 627.	
Pontificis est declarare, quid sit supersticiosum ibid. cum seq.	
Pontifices declararunt probam aque frigide il- licitam,	ibid.
Popponis Dani miracula,	563.
Por. an multum diluari queant,	100.
Porphyria meretrix,	564.
Posterum pro aduerso,	184.
Prædictio & prænotio quomodo differant,	247.
Præmonstratensium initio energum. quidam sardicus,	328.
Proba aqua frigida olim diuersa ab hodierna,	



INDEX RERVM ET

278. quam saepe à Pontificibus, & Imperatoribus sit prohibita, *ibid.* & an hodie licita sit, fuisse disputatum, 279. cum seq.
Proba aqua frigida parum habet utilitatis, & quasi superfina, prout illam recipi vult Richius, 595. cum seq.
Proba aqua frigida est tentatio Dei, 631. & inobediencia similis ariolationi verita, 638.
Proba aqua frigida apud paucos in sola Germania in usu, alibi explosa, 594.
Proba aqua frigida non est miraculosa, sed ex pacto demonico, probatur, 632. cum seq.
Proba aqua frigida qualis olim fuerit, 578.
Proba aqua frigida necessario fallax, si capta sit malefica ob aliud crimen aliquod, 603. cum seq.
Proba aqua frigida in malefici crimine prohibita canonibus & communi sententia ostenditur, 606. cum seq.
Proba aqua non est fors consultoria, 615.
Proba aqua frigida & aliarum vulgarium ostenditur nullum esse discrimen, consultatiue adferebantur, 628.
Proba aqua non praescitur à Deo Angelus, 604.
Proba aqua frigida per bonos Angelos Deum non adesse, 598.
Proba vulgata per lancem & pondera, 641.
Probationes vulgatae omnes iure Canonico prohibita, 630. cum seq.
P 107

VERBORVM TOM. II.

- Probationibus quibus vti liceat iudici, 605.
Proculus Ariannus, 147.
Prodigia, 431.
Prodigia quatenus liceat obseruare & proponere, *ibid.*
Prohibitio generalis quam longè porrigitur, 606.
Promissi matrimonii violati pana, 145.
Propheta vnde dictus, 254.
Propheta verus intelligit, & denūtiat aliis, 263.
Propheta definitio, 254.
Propheta quam certi de euentu, & de Deireuelatione, 262.
Propheta nomen quam multa significet, 253. quibus competat, 255.
Propheta non mente capti, ut fanatici, 284.
Propheta per somnium & generis eius, 285.
Propheta quibus dari à Deo solita, 256.
Propheta quaedam sententia seu praescientia, & quaedam comminationis siue consilii, & discrimen, 261.
Propheta an semper in bonam partem, 247.
Propheta quomodo voluntaria & inuoluntaria, 256.
Propheta quorum praesentium vel praeteritorum sit, 259. cum seq.
Propheta an semper hominibus mediante Angelo detur, 258.
Propheta genera duo per Sacerdotes & per prophetas, 264. cum seq.
XX 2 P 107



INDEX RERVM ET

Prophetia infallibilis veritas quomodo,	261.
Prophetia gradus, & dignitas,	290.
Prophetia donum quod teste D. Paulo,	216.
Prophetia definitio tradita & explicata,	254.
Prophetia causa efficiens solus Deus, consuetudo variorum alia causa,	255.
Prophetia infusio an requirat aliquam in ho- mine dispositionem, & cuiusmodi,	ibid.
Prophetia materia qua res sint,	259.
Prophetia influxus mediante Angelo quo pa- tetur fiat,	258.
Prophetia nomen, quatuorplex significatio, & de- finitio, singularumq; particularum explica- tio,	253. cum seq.
Prophetarum oraculum,	279.
Prophetica inspirationis species, cum Dialogo, vel sine. Item imaginaria & intellectualis, & quid singula,	257.
Prophetare quo sensu dicantur mortuus insa- nus, vel Paganus,	253.
Prosperitas,	35.
Provocatio ad diuinum iudicium, quando licet ea, & quantum ei deferendum, 531. cum seq.	
B. Prunius,	193.
Prunarum ardentium proba qualis, & eius ex- empla varia,	560.
Psychomania,	287. 382.
Proloei somnium,	499.
Puerorum familiaritas periculosa,	36.
Pueros necant fuga variis modis,	5.
Pulchri-	

VERBORVM TOM. II.

pulchritudinis corporea examan & vanitas,	36.
pulueres malefici, eorum color & vis,	5.
Punctus maleficus,	68.
purgatio Canonica quid, & varia eius genera proponuntur,	520. cum seq.
purgatio vulgaris per crucem, qua,	642.
purgatio vulgaris per aquam qualis,	573.
purgatio vulgaris per ignem, qualis & quoru- plex, & eius exempla,	549. cum seq.
purgationes vulgares damnatae,	546.
purgationes vulgares ubi in vsu, & exempla, 552. cum seq.	
purgationes vulgares a quo prohibita,	572.
Pyra accensa probatio & exempla,	562.
Pyrethia,	424.
Pyromantia species,	412.
Pythagoras deditus Physiognomia,	480.
Pythagora specularia magi,	400.
Pythagororum diuinitio,	441. & 443.
Pythia Delphica,	379.
Pythones sive Pythonicorum varia nomina, ibi.	
Pythionissa Francica,	ibid.
Q.	
Q. Veracetensium monialium prophetia,	303.
Queuedi Hispani diuinationes, & vulnerum curatio,	405.
R.	
R. Abdomantia,	436.
Rana oscillum,	8.
Ranun-	



INDEX RERVM ET

Rannuncolorum prasagium, 474.
Rasis & aliorum medicorū praua remedia, 33.
Ratio contra omnes orationum superstitiosorum formulas, 197.
Rationes dignoscendi superstitiosas formulas orationum, 190.
Rationale iudicii, 265.
Regibus & Iudicibus solertia quedam diuinādi à Deo data, & eius exēpla varia, 248.
Relapsi in heresim pœna, 570.
Remediis vanis & superstitiosis uti non licere, 616.
Remora, 8.
Rerum magnarum & solidarum in corpus ingestio, probata exemplis, & examinātū quomodo ingerantur & egerantur, 91. cum seq.
Retractio & absconsio genitalium an naturalis & vera, 113.
Reuelationis veritas ab euentu quo pacto dignoscatur, 356.
Reuelationi vigilantis an plus tribuendum, quam dormientis, 325.
Reuelationem ut quis diiudicet: qua illi necessaria in genere, 291. cum seq.
Reuelationes sedulo discutienda antequam approbentur, 294.
Reuelationes Sanctarū quanti facienda, 317.
Reuelationes à Deo petere an licitum queritur, 295.
Reuelationis aliena quomodo discutienda, 298.
Reuelationes

VERBORVM TOM. II

Reuelationes miraculis confirmari, 356.
Reuelationes proprie non propalanda, sed tegenda, 352.
Reuelationes aliis confirmari, 350.
Reuelationes vnde appareant esse à Deo, vel à demone, 326. cum seq.
Reuelationes quorum non credenda, 304. cum seq.
Reuelationum discernendarum precepta qui tradiderint, 291.
Reuelationum finis perpendendus, 351. cum seq.
Reuelationum falsarum indicia respectu personarum, 305.
Reuelationum qualitates que consideranda, 325.
Reuelationum pugnantium considerandarum regula, 350.
Reuelationum preceps & subsequētia perpendenda, 353.
Reuelationum prætēxtu olim heretici & hodie se insinuant, 300. cum seq.
Reuelationum de immaculata concept. B. M. que certiores, 350. cum seq.
Reuelationum circumstantia que perpendenda, ibid.
Reuelationibus assueti, sepe opiniones suas putant reuelationes, 103.
Reuelationes proprias tuto quis potest repudiare, probatum exemplis, 298.
Reuelationes



INDEX RERVM ET

<i>Reuolutiones,</i>	447.
<i>Reuolutionum qua certitudo,</i>	449.
<i>Rhabdomantia species,</i>	423. 433.
<i>Rhenus explorator liberorum,</i>	396.
<i>Rhombus magicus,</i>	22.
<i>Rhythmi aut versus an superstitiosi,</i>	199.
<i>Richarda Imperatrix,</i>	554.
<i>Richij sententia proponitur & examinatur,</i>	
<i>592. cum seq.</i>	
<i>Riffe vel raffe,</i>	510.
<i>Ritus & gestus abfoni, damnandi,</i>	199.
<i>Robertus Abbas,</i>	333.
<i>Robertus Episc. Cantuariensis,</i>	560.
<i>Rodolphus Habsburgius,</i>	461.
<i>Rollonis Normanni contra fures rigor,</i>	518.
<i>Romani iuuenis cum Venere desponsatio,</i>	109.
<i>Rostochiensis faber magus,</i>	407.
<i>Rugie matrona,</i>	555.
<i>Ruta salutaris contra fascinum cur,</i>	43.
<i>Ruy Paez de Viedma duellum,</i>	543.
S.	

S acerdotes diabolus calumniatur,	539.
Sacerdotum impurorum poena,	379.
Sacha quid,	423.
Sacrilegorum poena,	148. cum seq.
Sacrorum & Sacramentorum irrisio, abususque	
<i>147.</i>	
Sacris rebus cur patiatu Deus maleficos abuti,	122.
<i>ti,</i>	
Sacris rebus abutuntur malefici ad necandus.	
Sad-	

VERBORVM TOM. II.

<i>Sadducaei athei,</i>	125.
<i>Sagus necessitas nocendi,</i>	147.
<i>Sagittarij seu balistarij malefici,</i>	66.
<i>Salassiorum malefici venenarij quid conati, &</i>	
<i>quomodo deprehensi,</i>	50.
<i>Saligna virga,</i>	424.
<i>Salissatio & salissator,</i>	173.
<i>Salmacis fons qualis explicatum,</i>	115.
<i>Salomoni sapientia in somnis data,</i>	289.
<i>Saluatorum quaedam superstitio,</i>	188.
<i>Sambethe filia Noë,</i>	381.
<i>Sancij Hispani & aliorum militum sacrilegorum poena,</i>	152. cum seq.
<i>Sanguinis libatio magica,</i>	392.
<i>Sanguisuga venenata,</i>	193.
<i>Sanguinatio cadaueris quale indicium: dissimile vulgari probationi ostenditur,</i>	613.
<i>Santaberenus,</i>	392.
<i>Saphar, quid,</i>	201.
<i>Sara Sponsa,</i>	132.
<i>Sartor quidam Anglus à demone occupatus,</i>	
<i>135.</i>	
<i>Sauonarola, 262. detrectat probam ignis,</i>	564.
<i>Sauonarola reuelationes, & causa damnationis,</i>	
<i>359.</i>	
<i>Saul inuitus Propheta, 256. à spiritu malo cur obsessus, 131. consulens Pythoniissam,</i>	375.
<i>Scena Sacerdotes filij,</i>	125.
<i>Sceleria Sethus,</i>	18.
<i>Scinci,</i>	27.
Xx 5	Scin-



INDEX RERVM ET

Sciomania quid,	392.
Scottus defensio a calumnia,	617.
Scottus Parmensis,	370.
Scytharum diuinitio,	425.
Scythici magi,	420.
Sebast. zianus,	395.
Secundelli delusio,	337.
Semen humanum, & stercorea praebeant malefici 11. cum seq.	
Sena insula,	379.
Senes & pueri facile illuduntur,	361.
Sepulera violant fuga,	56.
Sepulcrales aniu,	51.
Serapis quid,	490.
Serapidis templum,	287.
Serpentes non sublatis ab Apostolis concepta ver- borum ad hoc forma,	201.
Sethus Magnus,	394.
Sexus feminei reuelatione quanti faciendae,	
Si significat quia, vero,	196. (309.)
Sibylle quales, & unde dictae,	311.
Sibylle folia,	420.
Sibylle & Balaam Propheta,	250.
Signum petere a Deo quando licitum,	373.
Signum a Deo poscere differt, ab omen accipere, re. probatum ex S.S.	170.
Signum maleficij amotum feliciter,	63.
Signi amotio felix,	79. cum seq.
Signa a Deo petere exemplo veterum quomodo licitum,	632.
	Sile-

VERBORVM TOM. II.

Silesius nobilis demones conuincas iratus vocat, & illi venere specie equitum, &c. 143. cum seq.	
onpactozia,	475.
S. Simcon Treuirensis,	327.
Simon Augusta demonem eiecit, quem nequi- uerant Lutherani ministri,	126.
Simon magus demones in alios immittebat, 105.	
Simonis Magi pulueres,	3.
Simonis mira non fuisse omnia praestigiosa con- tra Baronium.	105.
Simonis Bulgarorum ducis mors mira,	73.
Simoniacus Episcopus conuictus per ignem, 564.	
S. Simphoriani pagi inquilina mulieris male- ficium,	93.
Simplicitatis vis contra illusiones,	331.
Siticho Episcopus Spirensis,	529.
Slauorum lex de purgat. vulgari,	553.
Societatis Iesu Burdigale factum,	403.
Socrates Physiognomus,	480.
Socratis diuinitio,	437.
Soham & millium,	268.
Solymanus Imp. Turcarum,	251.
Somnus,	34.
Somnium quid,	489.
Somnium, demonis nomen,	346.
Somnia quaedam licet obseruare, quaedam non, item quaedam vera, quaedam falsa, quaedam a Deo, quaedam non,	491.
	Somni-



INDEX RERVM ET

Somniorum species ac diuisio,	489.
Somniorum causa qua,	493.
Somniorum porta dua,	492.
Somniorum diuinatio,	488.
Somniorum diuinorum causa finales variae que,	281.
Somniorum diuinorum examen,	502.
Somniorum naturalium examen,	494.
Somniorum diabolicorum examen,	491.
Somniorum certitudo vnde,	492.
Somniorum naturalium causa intrinseca & extrinseca que,	496. cum seq.
Somniorum propheticorum multa exempla,	289.
Somniorum curiosi obseruatores calamitatis fuerunt,	502.
Somnificum maleficium quale,	6.
Soraclini vates,	378.
Soricinum auspiciu,	178.
Sors quadruplex,	432.
Sors pro oraculo, vt Delia, Lycia, Praenestina ibid.	
Sors consultoria hodie quale peccatum,	445.
Sors diuisoria vt licita qua concurrere debeant 505. cum seq.	
Sortis diuinatoria & consultoria discrimen 616.	
Sortis contractus,	510.
Sortis contractus duo genera, & periculosissimum id in quo statim sortiuntur singuli collati pecunia,	514. cum seq.

VERBORVM TOM. II.

Sortes consultoria in S. S. excusata qua,	373.
Sortes Apostolorum,	ibid.
Sortiens fraudator an iterum admitendus,	516.
cum seq.	
Sortitio gentilium qualis, & qua iure civili ac canonico permessa, 506. Sortitio veterum Christianorum hodie abolita, & quomodo illa peragi solita,	508.
Sortitionis ministri & impensa cui ferenda,	517.
Spannacen sis hospes a demone visibiliter abla- tus,	142.
Spatulomantia,	174.
Spectra militaris exercitus proficiscentis ad lo- cum delicti penitentia causa,	152.
Spicam excernens quidam,	99.
Spiritus quo pacto se ingerant, doctrina P. N. Ignatij,	354.
Sponsa a demone ablata, restitutaq, eius vesti- menta,	145. cum seq.
Sprengeri & Nideri quanta in his auctoritas, 77.	
Stadelein maleficus,	62. 120.
Stampani Comitum maleficium,	71.
Stapedi affricatum venenum an ad cor homi- nis queat penetrare,	60.
Stare ad crucem quid,	642. cum seq.
Stephanus equos Neapolitanus,	29.
Stephanus Hagiocristophorita magus,	394.
D. Stephani reliquia,	129.
Sternutationis omen,	179.
Stoichio-	



INDEX RERVM ET

Stoichiomantia,	437.
Strenarum initio anni consuetudo an licita desceptatum,	11.
Striges infantes an nocent,	5.
Stygis aquae venenum,	60.
Suides per cutem prodeuntes,	94. cum seq.
Superbia exposita illusioni,	337.
Superciliorum spectio,	173.
Superstitio in verbis aut orationibus sacris	
166.	
Superstitionum instrumenta tuto perduntur	
403.	
Superstitiose medicinae,	168. cum seq.
Suspendiosi lancea vitta,	22.
Suspendiosorum lipsana in magicis,	54.
Sycomania,	420.
Syngrapha pacti extorta demoni,	159.
Synesi consilium cauendum, 491 reprehensum	
492.	
Syrhus vicus,	418.

T.

Tanaquil veratrix,	412.
Tartarorum diuinatio,	419.
Telephron denasatus a maga dormiens,	59.
Temixitiani Indi filios immolabant,	118.
Temnia saga Athenis necata,	29.
Templum augurum,	428.
Templariorum de damnatione,	538.
Temporariorum superstitiones,	186.
Teplur	

VERBORVM TOM. II.

Tepirantia vetus & noua,	416.
Ternarius numerus in maleficiis,	22.
Tetbaldi Peletarij expurgatio per ignem,	
551.	
Thallus,	76.
Theagenis predictio,	461.
Theodoricus Rex Gothorum,	249.
Theodoricus maleficiatus,	113.
D. Theodori Episc. Sedunensis factum fictum,	
197.	
Theodosij somn.	500.
Theophilus Oeconomus penitens,	158.
Thessali cadauera contra magicas insidias custodiebant,	58.
Theurgia,	382.
Thomas Munzerus,	488.
Thoma Anglici libri tributi D. Thoma Doctori Angelico,	262.
Thoma de Kempis apertio contra tentationes,	
438.	
Tophet sacrificium,	419.
Thrasillus astrologus,	462.
Thummim quid, & cur noster doctrina & sacerdotis,	267.
Thurifumia,	415.
Thyrxenus Apollo,	396.
Tiberius Gracchus,	178.
Tiresia Magia,	384.
romantia,	418.
Torquendus prior qui deformior,	480.
Tri	



INDEX RERVM ET

Tridentini Concilij canon de duellis,	545.
Tripudium solistimum, 429. soninium,	ibid.
Turcarum diuinationes,	398. 405. 424.
Turcarum superstitio,	418.
V.	
V Alazca veneficium,	108.
Valentis diuinatio,	439.
Vana obseruantia quid,	162.
Vana obseruantia, quando lethale pecc. & vti- niale,	168.
Vana obseruantia quatuor species,	ibid.
Vane obseruantia dignoscende canones,	164.
Vana obseruantia exempla,	165.
Vaporum presagia,	472.
Vaticinium quid significet,	247.
Veneficia quadam naturalia, quadam etiam malefica esse seu damoniaca contra hereti- cos,	45.
Venetis maleficus animas Demoni emens,	48.
Veneti cur mare despondeant,	391.
Ventorum presagia,	471.
Ventriloqui,	379.
Venus demon succuba,	100.
Venus Gazæ somniantium,	499.
Veneris Gazæ oraculum,	377.
Verbum quid,	280.
Verbis maleficiari nonnullos,	4.
Veritatis agnita impugnatio,	134.
Vestis virilis mulieribus non induenda,	157.
Victimaria diuinatio,	410.
Viden	

VERBORVM TOM. II.

Videntes unde dicti propheta,	254.
Vigilantia & attentio ad bonum,	342.
Vij sine Viales Dij,	423.
Vililla in Aragonia,	471.
Vinum,	341.
S. Vincentius Ferrerius,	346.
Virginum an coningatarum reuelationes plu- ris faciende,	316.
Visio, & verbum, quo pacto differant & quid singula,	279.
Vtricus Neufesser,	93.
Vnguentum pagantum, quid vocent,	118.
Vnguentis quibus & quomodo vtantur male- fica,	4.
Votum castitatis ex pacto exorcista,	137.
Vox leuis repugnat vite grauitati,	36.
Vrim & Thummim, quid rei, & qua forma disputatum fuisse,	267. cum seqq.
Vrim & Thummim unde dicta, & varie opi- niones de nomine,	ibid.
Vrim & Thummim significatio, 271. nominum ratio: & vsus prophetia,	272.
Vrim & Thummim resposio duplex,	278.
Vrim & Thummim propheta quando deserit, 277.	
Vsura poena,	146.
Vsuras licitas esse vnquam, error,	199.
Vulgares purgationes, quomodo vocata, & cur paribiles leges,	530.
Vultricoli qui,	14.
Tj	VVa-



INDEX RER. ET VERB. TOM. II.

W.

W Arenisfont, 578.
VVenceslai cum Radislao duellum,

^{542.}
VVilhelmus Lausanensis Episcopus, 193.
S.VVinvalocus, 356.
VVisenburgense exemplum Iudicij, 557.

X.

X Erxus, 502.
Xylomania genus, 435.

Z.

Z Abernensis mulier, 91.
Zelotypia poculum, 573.
Zingala seu Egyptia, 405.
Zita Princeps Arabum, 463.
Zopyri iudicium de Socrate, 480.
Zoroastris libri, 60.

Finis Indicis Rerum & Verborum.

S. SCRI

S. SCRIPTURÆ ET
VARIORVM SCRIPTO-
RYM LOCA HIS LIBRIS
emendata vel explicata.

Ex Veteri Testamento.

G Enesi 1.v.14.(458) & 49.v.13.(25)
Exod. 3.v.1.(257) & 13.v.9.(485) & 28.
v.15. & 30.(266) & v.17.(268)
Leuit. 19.v.26.(500) & 20.v.ult.(381) & 26.
v.1.(422)
Numer. 5.(573) & 12.v.6.(288) & 27.v.21.
(266).
Deut. 8.v.11.(435) & 18.v.10.(500) v.11.(381)
v.15.(260) & 28.v.56.(39) & 33.v.8.
(274)
Iud. 5.v.20.(459)
Hist. Regum lib. 1.c.10.v.12.(253) & c.18. ibid.
& c.28.v.7. & 8.(381, 393) lib. 2. Reg. c. 2.v.
15.(548) lib. 3. Reg. c. 18.v.29.(253) & c. 20.
v.33.(175) lib. 4. Reg. c. 3.v.15.(285)
Paral. 1. c. 24.v.23.(532) c. 25.v.3. & 5.(253)
Esl. lib. 2. c. 7.v.56.(273)
Iob 4.v.13. & 7.v.14. & 33.(288) & 37.v.7.
(485)
Psal. 15.v.16.(509) & 59.v.9.(25) & 103.v.
2.(458) & 105.v.28.(393)
Prouerb. 1.v.3.(266) & 6.v.12.(478) & 16.v.
10.(248)
Eccles. 5.v.2.(493)
Sapientia 4.v.12.(40.

Ty 2

Eccles.



ELENCH. LOCORVM S. S.

Eccle. 31. v. 15. (432) & 34. v. 6. (502) v. 7. (498)
 & 48. v. 14. (253)
Esua 3. v. 9. (465) & 8. v. 19. (393) & 34. v. 4.
 (457) & 65. v. 4. (287)
Ierem. 23. v. 33. (282)
Baruch 6. v. 42. (19)
Ezech. 11. v. 21. (285) & 21. v. 21. (433) & 40.
 v. 1. (285)
Dan. 2. v. 2. (286) v. 27. & 30. (501) & 8. v. 19.
 (460)
Osee 2. (35) & 4. v. 12. (19) & 435)
Ioel 2. v. 28. (288)
Nabum 3. v. 4. (19)
Mach. lib. 2. c. 7. v. 17. & 19. (532)
 Ex Nouo Testamento.
M *Mathei* 17. v. 14. (76)
Marci 9. v. 17. *ibid.*
Luc. 1. v. 29. (294) & 8. v. 27. (77) & 9. v. 39.
 (76) & 13. v. 11. (77)
Ioannis 12. v. 31. (46) & 14. v. 30. *ibid.*
Actor. 10. v. 10. (285)
1. Corinth. 2. v. 11. (501) & c. 14. v. 1. 3. 4. (260)
2. Corinth. 4. v. 4. (47)
Gal. 3. v. 1. (40) & 4. v. 10. (183)
Ephes. 6. v. 12. (47)
Coloss. 2. v. 8. (452)
2. Tim. 4. v. 15. (532)
Tit. 1. v. 12. (253)
Apoc. 1. v. 10. (284) & 2. v. 24. (282) & 6. v. 14.
 (458) & 12. v. 13. (460) & 13. (442)

Loca

ET IURIS CANONICI.

Loca Iuris Canonici.

*c. sententiam sanguinis, ne clerici vel monachi
 secular. & c.* 279. & 628.
c. ex iuratum, de purgat. canonica, 279. 628.
c. Rub. de frigidis & maleficiat. 107.
c. vni. de sagittariis, 66.
c. 2. de sortileg. 444.
c. assassini, de homicid. in 6. 69.
Concilium Antistodorense, c. 1. 180.
Gregorij XIII. bulla de duello, 546.
c. Nobilis, 2. q. 4. (554) c. consulisti, 2. q. 4. (571)
 627.
c. Mennam, 2. q. 5. 571. 628.
c. super causa, 2. q. 5. 572.
c. 1. 26. q. 2. 506.
c. illud, 26. q. 2. 169.
c. 1. 26. q. 3. 410.
c. sortes, 26. q. 5. 445.
c. si quis Episcopus, 26. q. 5. 444.
c. aliquanti, & c. si quis clericos, 26. q. 5. 438.
c. non obseruetis, 26. q. 7. 171. 180. 183. &
 491.
c. quis existimaret, 26. q. 7. 183.
c. non licet, 26. q. 6. 169. & 180.

Ex Iure ciuili.

l. 3. §. eiusdem, D. de testib. 605.
l. 1. D. de adilit. edicto. 381.
l. 3. §. aduersus, D. de sepulc. viola. 391.
l. fin. C. de relig. & sumpt. funerum, 511.
 Ty s l. qui



BLENC. LOCORVM P. P.

<i>I. qui sepulchrum, C. de sepulch. violat.</i>	391.
<i>Rub. C. de malefic. & Mathemat.</i>	462.
<i>Leorum, C. de malefi. & Mathemat.</i>	17. 196.
616.	
<i>Imulti C. de malefi. & Mathemat.</i>	392.
<i>l. l. C. l. ii. de gladiator.</i>	544.

Loca Patrum & Ecclesiasticorum
Scriptorum.

<i>Anastasi Nyseni,</i>	3104.
<i>Antonij Magni,</i>	355.
<i>Arethe Casariensis,</i>	458.
<i>Auctoris libri de spiritu & anima,</i>	284.
<i>Augustini, 196. 175. 183. 256. 267. 438. 457.</i>	
<i>Bernardi,</i>	624.
<i>Cassiodori,</i>	171. 439.
<i>Damasceni,</i>	258.
<i>Epiphani,</i>	18.
<i>Eusebij,</i>	457.
<i>Gregorij Magni,</i>	260.
<i>Gregorij Turonensis,</i>	438.
<i>Helinandi,</i>	34.
<i>Hieronymi,</i>	255. 259. 281. 436.
<i>Hildegardis,</i>	102.
<i>Isidori,</i>	410.
<i>Marci Historici Graci,</i>	211.
<i>Nicephori,</i>	439.
<i>Petri Cluniacensis,</i>	355.
<i>Simeonis Metaphrasta,</i>	438.
<i>Socratis,</i>	439.
	5020.

ET PHILOSOPHIC. SCRIPT.

<i>Sozomeni,</i>	<i>ibid.</i>
<i>Synefij,</i>	491. cum seq.
<i>Theodoret,</i>	285.
<i>Theodori Lectoris,</i>	563.
<i>Theophilacti,</i>	285. 436.

Loca prophanæ Philosophiæ, historiæ,
Poëseos scriptorum.

<i>Acronis, 426. Anemiani Marcellini, 440.</i>
<i>Aristotelis, 43. 427. 493. Artemidori, 489.</i>
<i>Ansonij, 172. 469. Cassij medici, 480. Catu-</i>
<i>li, 426. Cedreni, 73. Claudiani, 430. Con-</i>
<i>stantini Geoponici, 213. Firmici, 76. Gellij,</i>
<i>447. Glossarij vet. 5. Glyca, 73. 105. Hip-</i>
<i>ocratici, 493. Homeri, 492. Horatij, 54. 71.</i>
<i>Ioannis Curopalata, 72. Ioan. Meicri, 71. Io-</i>
<i>annis Salisberiensis, 14. 176. 452. Ioan. Zona-</i>
<i>ra, 73. 439. Iosephi, 266. 271. 275. Inuena-</i>
<i>lis, 447. Lucani, 55. 387. cum seq. Macro-</i>
<i>bij, 489. Martialis, 478. Moschi, 416. Ne-</i>
<i>mesiani, 32. Niceta, 365. Onidij, 4. 14. 70.</i>
<i>15. Petronij Arbitri, 426. Philonis Heb. 265.</i>
<i>271. Piside, 472. Platonis, 493. Plimij, 43.</i>
<i>Porphyrij, 492. Propertij, 22. 309. 426. Sa-</i>
<i>xonis Dani, 14. Seneca, 383. 418. Sopho-</i>
<i>clis, 416. 554. Statij Papinij, 384. 415. Straba-</i>
<i>nis, 115. Suctonij, 461. Taciti, 407. Theocri-</i>
<i>ti, 23. 43. 418. Tibulli, 32. 43. Virgili, 7. 14.</i>
<i>22. 31. 305. 417. 492.</i>



Ad candidum Lectorem.

Notandum, vitia typographica quibusdam locis irrepsisse, quae benevolus Lector per se facile notabit. Et quoniam in numeris arith. pag. sub lit. Ff & Gg. error commissus, idcirco, ad usum INDICIS, post pag. 448. statim apponatur 449. ac reliqui deinceps vsq; ad 481. subsecuto ordine componantur: hinc enim alij numeri recto tramite gradiuntur. Item pag. 640. lin. vlt. post v. confiteatur, adde, confesio erit nulla, quia vi extorta: & iudicium ex



[Faint, illegible handwriting on the right page, possibly including the name "Luis"]

